


No. 375-373




28 a - 7 - 7

4
5-562

Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Clase	
Signat.	A
Volumen	37
Número	273





B. 12. 846

COMMEN- TARIA IN VNIVER- SAMARIST. DIALE- CTICAM, VNA CVM

QVAEST. QVAE A GRA-
uissimis viris disputari solent.

*Auctore Fr. Didaco Masio Valentino, Ordi. Trädicato.
Ingenuarum Artium, & sacrae Theologiae Doctore,
eiusdemq. in florentissima Valentinorum
Academia, publico professore.*

Horum Commentariorum tomus secundus lib. de Interpre-
tatione & reliquos posteriores Dialecticae complectens.

Impleuit eum dominus spiritu



potavit illum Ecclesi. 15.

sapientiae, & intellectus, &

statis aqua sapientiae salutatis
VALENTIAE.

Apud Petrum Patricium. Anno 1592.

Adusum fr. Iuz Colcalca

ADMOD. REVER. P.F.

IOANNI LOAZES, SACRAE THEO-
logiae Magistro, Patriarchalis collegij Oriolēsis Re-
ctori perpetuo, & huius Prouinciæ Aragoniæ
Ordin. Prædicatorum iam secundo
Prouinciali.

F. Didacus Masius eiusdem instituti, & Prouinciæ.

F. F. P.



VLTA sunt quæ me (ut hæc
commentaria sub tuo nomine
apparere voluerim) Reuer. ad
mod. Pater Prouincialis, hu-
iusq; nostræ Prouinciæ singu-
lare decus, & ornamentū, flectere potuerunt:
imprimis eximia tua virtus, probata sapien-
tia, mira (in tuæ curæ commissis ouibus guber-
nandis) prudentia, comitas, & suauitas, infla-
matum religionis augendæ, & accensum desi-
derium, & animi quadam in omnes literatos
propensio, innumeræq; aliæ dotes, quarum ful-
goribus ita omnium animos ad te conuertisti,
ut huius almæ Prouinciæ (religionis, & litera-
rum parentis fœcūdiſsimæ) patres, multis, aliis,
literis, & religione florentibus patribus, quibus
ipsa maxime fruitur, & abundat, prætermiſſis,
te vnum semel, atq; iterum, dignum, qui totius
Prouinciæ gubernacula teneres, iudicarunt:

quo-

quorum sane expectationi, & semel de te con-
cepta opinioni, ita satisfacisti, ut optimi, & re-
ligiosissimi Prouincialis munus te adimplesse,
omnes uno ore fateantur. Verum ut hoc opus
tibi praecipue consecrare decreuerim, duo bene-
ficiorum genera effecerunt, priuatum unum,
& alterum toti Prouincia, imo & toti religio-
ni commune, & ut de priuatis beneficiis nihil
dicam (norunt enim omnes huius prouincia
alumni, quantum tibi debeant, propter maxima,
& assidua in me collata beneficia, & propter
paternam charitatem qua me es semper com-
plexus) illud quod est toti Prouincia comune,
adeo est eximium, ut pro illo parem tibi, tuisque
gratiam referre nos omnes posse, numquam pu-
tem: est autem celeberrimum Oriolense Patri-
archale collegium, a maioribus tuis magnis sum-
ptibus exaedificatum, amplissimisque redditibus
(ut in eo utriusque diuina, & humana Philoso-
phia professores, & collega viri religiosi aleren-
tur) de: ac uis, tuis laboribus, industria, & in cre-
dibili quadam vigilantia, in hanc quam cerni-
mus amplitudinem, & maiestatem ita acreuif-
se, ut inter innumera, et maxima collegia, qui-
bus sacra decoratur religio, inferiora multa
habeat, maius autem, aut illustrius, nullum cer-
namus habere: Hoc certe Pio V. sanctissimo

videtur &

Et piissimo Pontifici maximo, nos omnes debe-
mus, quod te singulari quadam gratia, perpe-
tuum eiusdem collegij Rectore designauerit.
Ex quo sane tempore, ita omnes curas, cogita-
tiones, et studia in illud illustrandum, mori-
busq; et literis imbuendum conuertisti, ac so-
lent parentes charissimos filios, ex ipsis suis vis-
ceribus natos, moribus, probitate vite, et lite-
rarum cognitione informare. Quis igitur mi-
hi vitio vertet, quod haec nostra commenta-
ria sub tuo nomine apparere voluerim? Quis
hoc meum studium, et institutum non lauda-
bit? Flectuntur fera beneficiis, belluinaq; ferita-
te deposita, in eos a quibus beneficia acceperunt,
grati animi significationem (quantum illis fas
est) exhibere conantur, et nos (nisi inferiores
ipsis belluis effici vellimus) in benefactores no-
stros, aliquam grati animi significationem ex-
hibere verebimur? Accipe igitur Prouincia-
lis meritissime, hoc opus, quamuis exile, et ut
sub tuo nomine prodeat minime dignum, tam
quam mea inte obseruantia, et grati animi,
perpetuum symbolum, ea qua fronte qua ad te
mittitur complectere, si enim hoc (ut spero) as-
secutus fuero, maximam mihi felicitatem ac-
cessisse putabo. Vale colendissime Pater, meq;
ut soles dilige. Ex hoc tuo Valentino Predi-
catorum canobio.

COMMENTARIA IN DVOS LIBROS ARIST.

de Interpretatione

EODEM FR. DIDACO MAF-
sio, Valentino Vilarealensi, Ordinis Prædi-
catorum, auctore.

Prolægomena operis.



LXimiam, & cælebrem
catego. disputatione
in superiori opere ea
qua nobis licuit faci-
litate, & dexteritate,
abundatis, & lucu-
lenter dedimus explicatam: prox-
imum est vt de interpretatione, cu-
ius tractatio secundum locum sibi
vindicat in dialectica, cum Arist. in
duobus libris disputemus. Ne tamẽ
veterem cõsuetudinem deseramus,
iuxta quam initio cuiusque operis,
cum omnibus interpretibus, non-
nulla prius ante ingressũ operis sem-
per præfamur, quæ ad ipsum intelli-
gendum nobis viam aperiant, eidẽ
insistentes, antequam ad Arist. inter-
pretandum accedamus, hæc octo pro-
lægomena ante omnia explicabim⁹,
Auctoris in hoc opere institutum,
materiam subiectam eius, ordinem
quem ad alios dialecticæ libros ob-
seruat, num ab Arist. editum fuerit,
rectene de interpretatione sit inseri-

Proleg.
explic.

ptum, in quot & quas partes diuidi
debeat, quæ methodus in eo obse-
betur, ac demum quenam ipsius v-
tilitas existat.

Primum igitur prolegomenon est
de huius operis instituto, quod cer-
te nullum aliud est, quam de oratio-
ne, non quauis, (vt de optante, vel
depreccante, seu alia huiusmodi) sed
de sola enũtiante dumtaxat, in qua
vna, veritas, & falsitas potest reperi-
ri, disputare. Caterum cum duplex
sit enuntiatio, vna categorica, quæ
constat solo subiecto, verbo, & attri-
buto, cuiusmodi est hæc, homo est
animal, & altera hypothetica, quæ
constatur ex pluribus enuntiationi-
bus categoricis, qualis est hæc, si sol-
lucet dies est, institutum Arist. in
hoc opere non est de vtraque enun-
tiatione disputare, sed de sola cate-
gorica, & simplici, vt animaduer-
tunt in iis commenta. Ammonius,
& Magentinus. Cognitio iam instituta
auctoris, facillimum erit materia

i. Proleg.
gem. de
instituta.

Non sub.

1. Prologom. de materia,

subiectam operis intelligere, quæ secundum inter prologomena occupat locum, cum enim institutum in qualibet arte sit explicare materiam subiectam eius, si institutum est agere de enuntiatione simplici, materia subiecta operis, erit enuntiatione tantum simplex, & non simplex simul, cum hypothetica, quemadmodum Ammonius, Boeti D. Tho. Louanienses & plerique alij existimant. Vnde maxime reprehendendi sunt Franciscus Toletus, & Villalpandus, contra omnes veteres, & grauissimos philosophos censentes, materiam subiectam huius operis esse vtramque enuntiationem, tam simplicem, quam hypotheticam; nam si Arist. etiam agit hoc loco de hypothetica, assignent vbinam in toto isto opere de illa disputauerit eiusque species proposuerit, ac proprietates tradiderit, quod certe nullo modo poterit assignare, cum nullibi id Arist. hic præterit.

Argu. eorum,

Argu. vero quo illi commoti fuerunt, leuissimum est, hoc enim pacto insurgunt. Arist. inferius, proponens definitionem enuntiationis, statim illam diuidit in simplicem, & hypotheticam: iam ergo agit in hoc opere de vtraque tamquam de subiecta materia, Respon. enim negando consequentiam cum Concilio Louanienſe, nam Arist. cum proposuisset eo loco definitionem quandam enuntiationis late patentem, vt intelligeremus conuenire vtriusque enuntiationi, tam simplici, quam coniunctæ, proponit diuisionem vtriusque enuntiationis, ex hoc autem non licet colligere enuntiationem hypotheticam pertractari in hoc loco, cum illa solum fuerit exempli causa proposita ad definitionem intelligendam. In tertio prologomenon explicandum est, quem ordinem obseruet hic liber ad alios libros dialecticæ.

3. Prologom. de ordine,

Est autem hic, vt nimirum sub-

sequatur librum categor. & antecedat libros de priori & posteriori resolutione, Topicorum, & Elenchorum. Quod his duabus rationibus colligere possumus. Prima est. Arist. in tradenda dialectica obseruauit methodum compositionis iuxta quam progredimur à simplicioribus ad compositiora: sed ea quæ tractantur in hoc libro, (quæ sunt enuntiationes) sunt compositiora vocibus simplicibus, quæ à categor. petuntur, simpliciora vero syllogismis qui in libris de priori, ac posteriori analyſi & reliquis pertractantur: ergo liber hic subsequetur librum categor. antecedit vero reliquos dialecticæ libros. Secunda ratio petita, est ex D. Tho. in præfatione huius operis. Dialectica dirigit intellectum in suis functionibus, ita vt in libris categor. dirigat primam operationem, in lib. de interpreta. secundam, & in ceteris alijs libris tertiam: ergo talem ordinem obseruabunt lib. dialectici, qualem obseruat functiones intellectus: sed secunda operatio intellectus compositio nimirum, & diuſio, (quæ per enuntiationem in his duobus libris pertractata dirigitur,) subsequitur primam operationem, & antecedit tertiam: ergo libri de interpretatione hunc ordinem obseruabunt ad alios libros dialecticæ, vt subsequantur librum categoriarum, & antecedant lib. de priori, & posteriori resolutione, Topico, & Elenchorum. Quidam existimant hoc opus non esse æditum ab Arist. sed à quodam posteriori Philosopho, quam sententiam (auctore Ammonio) sequutus fuerat Andronicus Rhodius inter Veteres philosophos, & inter recetiores nescio qua ratione ductus eandem amplectitur Franciscus Patricius lib. 2. discussio. Peripatetica. Cæterum omnes alij Philosophi ingenio ore profitentur esse opus legitimum Arist. quod

1. Ratio

2. Ratio

4. Prologom. de auctore,

1. Arg. quod confirmat Magentinus primo ex theorematibus quibus totum opus respersum est, quæ quidem in operibus Arist. frequentissima reperiuntur. Secundo ex phrasi, & modo loquendi conciso, & obscuro, qualis solet esse modus loquendi Arist. Ad dimus & nos tertiam rationem, quia cum lib. de interpretatione sit pars dialecticæ, si Arist. ipsum prætermisisset, truncatam profecto, & imperfectam tradidisset nobis artem disserendi, quod de tanto Philosofo minime est afferendum. Adducuntur tamen illi Philosophi in eam sententiam testimonio quodam ipsiusmet Arist. in præfatiuncula huius operis, ubi docet ea quæ sunt in voce, esse signa earum passionum quæ sunt in anima, de quibus inquit disputatû est in lib. de anima: at Arist. in omnibus lib. de anima nusquam egit de passionibus; ergo vel mentitur Arist. hoc loco, vel liber hic non est illius. Responde. tamen nomine passionis intelligendas esse ipsasmet actiones sensuum, & intellectus, quæ recipiuntur in his facultatibus, nam omne recipere est quoddam pati, de quibus actionibus diffuse satis egit Arist. in lib. de anima, & de eis intelligendus est in hac præfatiuncula, quando docet ea quæ sunt in voce, esse signa earum passionum quæ sunt in anima, quia nomina quæ sunt in voce significant conceptus, qui sunt in intellectu. Inscribitur autem opus istud Perhymenias, siue de interpretatione. Quid autem intelligat Arist. per huiusmodi titulum, dubium est. Porphy. enim & B. Albert. Mag. nomine interpretationis censent esse intelligendam, quamlibet vocem significantem, siue illa fuerit simplex. ut sunt nomina, & verba, siue fuerit composita, ut sunt enuntiationes. Reuera tamen veritatem non attingunt, quia si no-

men interpretationis ambiret voces simplices, sequeretur librum categ. à quo sumuntur voces simplices, inscribendum etiam esse de interpretatione, quod tamen veritati non est accommodatum. Vnde cum D. Tho. & Ammonio nomine interpretationis solas voces compositas intelligimus, nimirum enuntiationes, ille enim sunt quæ proprie interpretantur conceptus intellectus, cum in ipsis tantum veritas, vel falsitas reperitur. Erit itaque sensus inscriptionis. Liber de interpretatione, id est, liber de enuntiatione, quæ est in terpres mentis. Multi diuidunt hoc opus in quatuor partes, alij in pauciores, nos vero cum Latinis Interpretibus illud in duos libros partimur, quantumvis Græci totum illud vnum tantum constituent librum. In primo illorum agitur de enuntiatione, ac eius partibus, ut nomine, verbo, & oratione, tum etiam de proprietatibus, conuersione nimirum, & contradictione. In secundo autem disputatur de enuntiationibus infinitis, & modificatis, & tandem in ultimo cap. quædam difficultas explicatur. Methodus obseruata ab Arist. est soluendæ finitionis, coniuncta cum ratione demonstrandi. Agens enim Arist. de verbo, nomine siue de enuntiatione imprimis vniuersusque eorum diffinitionem tradit, deinde vero ostendit proprietates quæ de illa re possunt in hoc opere demonstrari. Huius denique operis maxima est haud dubie utilitas, ad totam disserendi artem probe intelligendam, cum enim institutum in ea sit tanquam de materia præcipua de syllogismo analytico disputare, hic autem proxime, & immediate consuetur ex enuntiationibus, quæ in hac dispu. traduntur, maxime illa utilis, & accommodata futura erit ad vniuers. disser. art. tenendâ.

Ratio

Rati

Prola
om. de
ctore

6. Præ
gom. de
diuisio

7. Prola
gom. de
metho

8. Prola
gom. de

PRÆFATIO ARI

stot. Caput i.

ARGVMENTVM CAP.

IN hoc cap. proposito instituto operis, tria theorematum tradit Arist. quibus significatio nominū, eorundemque veritas & falsitas explicatur: vnde in has duas partes erit distributa præfatio, in institutū, & in tria theorematum.

Primū constitūendum est, quid sit nomen, quid uerbum, tum quid negatio & affirmatio, quid enūtiatio & oratio. *b.* Ac uoces quidem signa ac nota sunt affectuum animi, scripta uocunt. *c.* Atque ut non iisdem literis, sic nec uocibus quidem omnes iisdem utuntur. At uero ut sensa animi quorum primum uerba nota sunt, & res quarum sensa animi speciem gerunt: idem apud omnes ualent. Sed de his in libris de animo diximus. Non enim ad institutum sermōnem pertinent. *d.* Ut autem in animo interdum ueri & falsi notitia expers est, interdum necesse est alter utrum interesse: sic in uoce. Verum enim & falsum coniunctione & disjunctione rerum omne consistit. Quo circa perceptioni animi ei, quæ a uero & falso abest, nomina & uerba respondent: ut homo, ut album, cum nihil additur præterea; neque enim uerum quicquam falsum uē enuntiat. Id quod hinc intelligi potest, quod

Tragelaphi uerbum aliquid illud quidem significat, sed nondum quidquā uerē aut falsū dicitur, nisi aut esse, aut non esse adiungatur, aut simpliciter, aut pro tempore.

COMMENTARIA.

Morem imitatus Mathematicorum Arist. ante operis exordium nonnulla præfatur, ad opus intelligendum apprimē necessaria: scilicet quid uoces significant, & qua ratio ne in illis ueritas, uel falsitas reperitur, quod certe tribus theorematibus in medium propositis egregie explicat Arist. Verum antequam illa tradat, in primis illico uerbis, explicat quoddam sit huius operis institutum, quod primam partem huius præfationis amplectitur.

A Primū constitūendum est, &c. Agendum est, inquit, de nomine, de uerbo, de negatione, affirmatione, enuntiatione, & oratione, inter quæ enūtiatio est materia subiecta libri, nomina, & uerba sunt partes enuntiationis, affirmatio, & negatio (intelligens per affirmationem, enuntiationem aientem, & per negationem enūtiationem negantem) sunt illius species, oratio uero est genus eiusdem. Vnde cum ad eandem scientiam spectet agere de genere, & eius speciebus, ad hoc opus attinebit agere de enuntiatione aiente, & negante, cum

te, cum sint species enuntiationis, & de oratione etiam, cum sit eiusdem generis: ac præterea cum eiusdem scientiæ sit agere de toto & partibus, ad illud etiam opus spectabit de nominibus, & verbis disputare, quæ sunt partes componentes ipsam enuntiationem. Hoc fundamento constituto proponit Arist. quædam Theoremata. Primum in his verbis.

2a Pars
capit.
1. Theo
re.

B Voces nate, ac signa quadam sunt, &c. Voces sunt signa eorum quæ sunt in anima, vt scripta sunt signa eorum quæ sunt in voce. Quod theoremata multo rectius Boetius, & Argiropylyus ita verterunt. *Ea quæ sunt in voce sunt signa earum passionum quæ sūt in animo, & ea quæ sunt in scriptura, sūt signa eorum quæ sunt in voce.* Intelligit autem nomine eorum quæ sunt in voce, nomina, verba, & orationes quæ sunt in voce tanquam in subiecto proprio, & adæquato, vt auctor est Arist. 5. lib. de generatio. animalium cap. 7. nomine vero passionum, quæ sunt in animo, intellexit conceptus mentis. Itaque sensus theorematis erit, nomina, verba, & orationes, quæ sunt in voce, sunt signa conceptuum intellectus: nomina vero, verba, & orationes quæ sunt in scriptura, sunt signa nominum, verborum, & orationum quæ sunt in voce.

2. Theo
re.

C Atque non eisdem literis, &c. Secundum. Quemadmodum scripturæ non sunt eadem apud omnes gentes: ita etiam neque voces sunt eadem: & quemadmodum res eadem sunt apud omnes nationes, ita etiam conceptus mentis iidem sunt apud omnes illas. Quemadmodum v. g. aliis literis vtuntur Hebræi, aliis Latini, & aliis Græci, ad significandum hominem, ita etiam aliis vocibus vtuntur Græci, & aliis Hebræi ad eundem significandum. Verum quia homo idem est apud omnes gentes,

ita etiam conceptus quem de illo est formamus idem est apud omnes, sicut enim Latini concipiunt hominem esse animal particeps rationis, ita etiam & Græci, & Hebræi concipiunt. Quod theoremata propositum est ab Arist. vt intelligamus esse latum discrimen, inter signum scripturarum, & signum conceptuum, quia scripturæ, & voces significant ex hominum instituto: at vero conceptus significant ex sua natura, quod quidem in hunc modum confirmat Arist. Illa quæ obtinent apud diuersas gentes diuersas significationes non significant à natura, sed ex hominum instituto: at voces & scripturæ, sunt huiusmodi: ergo voces & scripturæ significant tantum, ex hominum instituto, & non à natura. Præterea conceptus significare ex sua natura, & non ex hominum instituto hoc pacto possumus suadere. Illa quæ significant idem apud omnes nationes, significant ex sua natura: sed conceptus mentis significant idem apud omnes gentes, ergo conceptus significant ex sua natura.

D Vt autem in animo, &c. Tertium. Quemadmodum in animo, in prima eius operatione, neque est veritas, neque falsitas: ita quoque in nominibus, & verbis quæ exprimunt primam operationem intellectus, neque erit veritas, neque falsitas. Hoc theoremata confirmat Arist. in nominibus compositis ad hunc modum. Si in aliquibus nominibus esset veritas vel falsitas, maxime esset in compositis, sed in illis nulla veritas, neque falsitas reperitur, ergo nomina neque veritatem neque falsitatem significant. Assumptionem sic ostendit Arist. Hoc nomen Tragelaphus, vel Hircocerus, vt veritatem Boetius, vel Hypocentaurus, vt veritatem alij est nomen compositum: at qui il

3. Theo
re.

lud si per se proferatur, neque significat verum, neque falsum, sed tantum quando proferitur cum verbo est aut non est, aut simpliciter, aut pro tempore determinato, ut cum dicimus Trachelaphus est, vel Trachelaphus non est, ergo nomina composita, neque veritatem, neque falsitatem significabunt.

Scholia in præfationem Aristo.

1. Observatio. **A. 1.** Proponens Aristo. in primis verbis operis institutum, & ea de quibus sit in illo agendum, hoc ordine ipsa recenset, ut prius de nomine, deinde de verbo, tum de negatione, & affirmatione, præterea de enuntiatione, & tandem de oratione disputetur. In quibus verbis nonnulla se offerunt animaduertenda. Primum de nomine, & de verbo merito prius institutam fuisse disputationem, quam de oratione, & enuntiatione, quia ex nominibus, & verbis, tanquam ex partibus, orationes ipsæ constantur. Verum cur prius dixerit agendum esse de affirmatione, negatione, ac enuntiatione, vel quod idem est de enuntiatione aiente, & negante, quam de oratione iure optimo poterit aliquis dubitare: etenim cum oratio sit genus, debeat tractatio generis antecedere tractationem specierum, prius debuit dicere agendum esse de oratione quæ de enuntiatione aiente, & negante, quæ sunt illius species. Huic tamen dubitationi occurrit imprimis D. Tho. ob eam causam hoc effectum fuisse, ut nimirum eandem orationis seriem in tradendis iis de quibus erat disputaturus prosequeretur, nam quia dixerat agendum esse de nomine, & verbo, quæ sunt partes

Dubita.

Ex Aristot. 1. de part. ca. 1. Pic. I. 2. Solut.

orationis, prosequens eandem à partibus ad totum, inquit agendum esse de affirmatione, & negatione, quæ sunt partes & species enuntiationis, & deinde de enuntiatione quæ est pars, & species orationis. Severinus autem Boetius respondet ultimo loco proposuisse Aristo. orationem, quia cum oratio sub se multas formas cõplectatur, ut intelligeremus non esse in hoc opere institutum agere de qualibet oratione, sed de perfectis, de aiente nimirum, & negante in quas est negatio distributa, præposuit affirmationem, negationem, ac enuntiationem orationi, ut ita intelligeremus de his orationibus perfectis, & non de alijs esse institutam disputationem.

A. 2. Recensens affirmationem, & negationem, præfert negationem affirmationi, quod certe non recte fecisse videtur cum affirmatio sit prior negatione. Verum huic respondet D. Tho. hoc ideo fecisse Aristo. quia cum à partibus progredietur ad totum in his speciebus numerandis illam alteri prætulit, quæ magis habere videtur rationem partis: negatio magis habet rationem partis quàm affirmatio, spectat siquidem ad multitudinem, ut affirmatio ad unitatem, in qua sane multitudine partes magis quam in unitate splendere videntur. B. Alber. Mag. cap. 1. huius libri respon. Aristo. hic inspicisse in his speciebus oppositionem inter ipsas interuenientem, nam affirmatio opponitur negationi, & quia omnis oppositio incipit à negatione, tenditque in affirmationem, ob hanc causam præposuit negationem affirmationi.

B. 1. Illud etiam animaduersione dignum iudicamus, in rebus ipsis quatuor reperiri, res ipsas, cõceptus, voces, & scripta, inter quæ est latum discrimen ratione significationis, & rei si-

2. Solut.

2. Observatio

3. Observatio

rei si-

rei significatæ, quia res tantum significantur, & non significant, scripta solum significant voces, non tamen significantur per alia: at conceptus, ac voces, & significant, & significantur, quia conceptus significant res, & significantur per voces, & voces significant conceptus, & significantur per scripta. Esse vero præter res, & conceptus, necessarias hominibus voces, & scripta, hoc argum. colligere possumus. Homo est animal in aliorum societate vitam agens, debuit itaque aliquo instrumento, à natura ornari, cuius beneficio posset aliis hominibus in quorum societate commoraretur, sensa animi, & latentes cogitationes explicare: hoc autem nullum aliud est quam vox, in qua nomina, & verba reperiuntur, illa enim est optima mentis interpretis. Verum quia non semper aliis adesse possumus, sed interdum absumus, aut secundum locum, aut secundum tempus, necessariæ nobis fuerunt epistolæ, & scripta, ut hominibus absentibus, aut secundum locum, aut secundum tempus loqui possemus. Et ita ferunt Phœnices homines ingenio acres, prius excogitasse literas, & scripta, à quibus deinde ad alias nationes derivatæ fuerunt, ut Lucanus 3. lib. Phœnicæ, his carminibus cecinit eleganter.

*Phœnices primi famæ si creditur
ausi*

*Mansuram rudibus formam signare
figuris.*

Et Ovidius in epistola Phœdræ ad Hippolytum utilitatem maximam ex scripturis & literis prouenientem hisce aliis versibus commendat.

Hic arcana notis, terra, pelagoq; feruntur.

Inspicit acceptas, hostis ab hoste notas

B. Hoc theorema acute, & eleganter interpretatur Porphy. conlittuens prius triplicem esse orationem unam intra mentem retentam, aliam ore prolatam, & tertiam scriptis manum datam, vel ut alij dicunt: mentalem, vocalem, & scriptam, de quibus tribus generibus orationis censet intelligendum esse Arist. in hoc theoremate, quod quidem iuxta illum hunc sensum reddet. Oratio quæ est in ore, est signum orationis quæ est intra mentem, & oratio quæ est in scriptura est signum orationis quæ in ore versatur.

D. Dubitant interpretes, quid Arist. intelligat in proposito theoremate per verbum simpliciter, & quid per verbum secundum aliquod tempus, cum docet in eo, nomina simpliciter, & per se prolata, neque significare veritatem, neque falsitatem, sed unita cum verbo, simpliciter, aut secundum aliquod tempus. Ammonius enim per verbum simpliciter, intelligit verbum sine additione alicuius aduerbij, cuiusmodi est hoc verbum est ita prolatum: per verbum vero secundum aliquod tempus, intelligit verbum unitum cum aliquo aduerbio temporis, ut quando ita proferimus, est hodie, fuit heri, vel cras erit futurum. Interpretatur itaque hoc pacto Arist. Nomina per se prolata, ut hoc nomen tragelaphus, neque significant veritatem, neque falsitatem, at vero prolata cum verbo simpliciter, ut cum dicimus tragelaphus est, vel cum verbo secundum aliquod tempus, ut cum aimus tragelaphus est hodie fuit heri, aut cras erit, significant veritatem vel falsitatem. Alij ut Alexander, Boetius additione secunda, & B. Albert. Mag. nomine verbi simpliciter, intelligunt verbum est, ut significat essentiam, & simplicem unionem attributi cum subiecto,

4. Obserua.

5. Observatio.

1. Opini.

2. opin.

2. Solu.

2. Obseruatia

3. Obserua.

nomine vero verbi secundum aliquod tempus, intelligunt verbum est, vt significat existentiam. Vnde sensus erit. Verba composita vnita cum verbo est, siue vt significat essentiam, siue vt significat existentiam, significant veritatem, vel falsitatem, vt quando dicimus Tragelaphus est monstrum, in qua definitione, vel propositione, verbum est significat essentiam, & cum dicimus Tragelaphus est existēs, in qua propositione verbum est significat existentiam. Denique alij vt D. Tho & Boeti. æditio prima, per verbum est, intelligunt verbum indicantis modi, & temporis præsentis, siue significet essentiam, siue existentiam, at vero per verbum secundum aliquod tempus, intelligunt verbum cuiusuis alterius modi, & ita sensus erit. Nomina composita quamuis per se prolata, (vt hoc nomē Tragelaphus) neque significant veritatē, neque falsitatem: at vero si proferantur cum verbo siue indicantis modi, & temporis præsentis, siue alterius modi, vt quando dicimus Tra-

gelaphus est, in tempore præsentis, vel Tragelaphus fuit, aut erit in tempore præterito, vel futuro, significant veritatem, vel falsitatem.

D 2. Explicans Arist. neque in nominibus compositis, veritatem aut falsitatem reperiri, vtitur exemplo cuiusdam rei fictitiæ nimirum Tragelaphi, vt vertit Perionyus, vel vt Boetius & Argyropyus interpretantur Hircocerui quod nomē sumitur in hoc loco ab Arist. tanquam nihil verum, vel certum, sed tanquam quid fictitium significans. quamuis Plinius lib. 8. naturalis hystoriæ cap. 33. scribat esse animal, quod in quadam insula oriri solet, ceruo a deo persimile, vt ab eo sola barba prominente distare videatur. Vnde videtur animal ex hircō & ceruo cōfectum, quod cum vix esse posse videatur, tanquam exemplum fictitiū ab Arist. propositum fuisse est censendum. Reliqua quæ se poterant circa hanc præfationem offerre digna animaduersione, in quæstionibus super illam exagitantibus explicabuntur.

6. Obseruatio,

Disputatio de vocum, & nominum significatione, vnica sectio ne comprehensa.

ARGUMENTVM.

Quamuis ea quæ ab Arist. in hac præfatione tradita fuerunt, egregia sint, maximeque Dialecticis, necessaria sunt tamen ab eo ita breuiter & succinte proposita, vt cogamur eadem, diffusiore sermone, iterum repetere, agemus igitur in quæstio. sequentibus, de eisdem de quibus egit Arist. de nominum scilicet, & vocum significatione, ab hac quæst. initium ducentes.

Secl. vnica. Quæstio I. An sint vera quæ tradita sunt ab Arist. in Præfatione.

6. Obler
uatio,

- V**T ea quæ ab Arist. in hac præfatione proposita fuerunt illustriora multo appareant, erunt propositis quibusdam dubitationibus examinanda, etenim aduersus ea sic possumus primo insurgere. Agere de nominibus & verbis spectat ad librum catego. in quo traduntur rationes nominum, & verborum simplicium, quemadmodum hoc nomen homo, petitur à catego. substantiæ, & hoc nomen albedo, à catego. qualitatis: non ergo recte docuit agendum esse in hoc opere de nominibus, & verbis, & vocibus simplicibus, cum hæc omnia à catego. peti debeant. Deinde Arist. instituit agere in hoc opere de oratione: at orationis partes sunt oratio: non ergo de nomine tantum, & verbo, verum etiam de participio, pronomine reliquisque orationis partibus agendum erat. Præterea, Vox videtur esse generis nominis, & orationis: ergo cum ad eandem scientiam spectet agere de genere, & de eius speciebus, etiã & de voce debuit Arist. in hoc opere disputare. Propositio ex eo colligitur quia in diffinitione nominis, & verbi, in prima eius parte continetur vox: at dialecticorum iudicio, illud quod in prima parte diffinitionis collocatur, est genus. Ad hæc.
- 1. Arg.** Hoc nomen homo est idem siue ab homine Græco, siue à Latino, siue deniq. ab homine alterius nationis proferatur: significatq. idem non igitur recte docuit Arist. nomina, & verbanõ esse eadẽ apud omnes. Iã.
- 2. Arg.** Res eadẽ sunt apud omnes, vt quantitas eadem est apud omnes nationes: at conceptus de quantitate non est vnus, & idem apud omnes

illas, imo neque apud eandem nationem, quidam enim concipiunt quantitatem distingui reipsa à re quanta, alij vero è contra concipiunt non distingui: igitur minus accurate docuit quod quemadmodum sunt eadem res apud omnes nationes, ita etiam & iidem apud easdem existunt cõceptus. Tandẽ. Vox ista, pluit (v. g.) est simplex, sicut & alia huiusmodi quamplurima verba: sed pluit significat veritatem, aut falsitatem: igitur minus accurate constitutum est ab Arist. in his vocibus hæc duo non reperiri.

Vlt. A.
gumen,

Esse tamen omnia quæ in præfatione proposita fuerunt verissima, & auctoritate Arist. & omnium Philosophorum consensu possumus cõfirmare, neque est cur in illis confirmandis immoremur, quare illico erit his difficultatibus, quas proposuimus, satisfaciendum. Ad primam aimus cum D. Tho. voces simplices tribus modis sumi posse, primo vt significant res, secundo vt componunt enuntiationem, nomina vt subiectum, & attribut. verba vero vt copulæ quædam vnientes attribut. cum subiecto: tertio vt sunt termini in quos tandem resoluitur syllogismus, scilicet maius extremum, minus extremum, & mediũ verbum. Primo modo agere de nominibus & verbis spectat ad lib. catego. tertio modo ad lib. de priori analysi, secundo vero ad hunc vtrumque lib. de interpreta. agere vero de eadem re in variis locis diuerso tamen consilio, & instituto, nullum est absurdum. Ad secundam respon. institutum Arist. tantum esse agere de simplici enuntiatione, & de partibus ne

Ad r. ar
gumen,

Ad 2,

cessariis ad illam constituendam, hæc autem sunt sola nomina, & verba, ex quibus tantum quælibet enūtiatio fieri potest, ac proinde aliis orationis partibus prætermisissis, tantum agit de nomine, & verbo, præfertimque cum pronomen reuocari possit ad nomen, participium vero ad verbum, cæteræ vero orationis partes magis ad ornatum eius spectent quam ad constitutionem. Ad tertiam respon. vocem non esse genus nominis & verbi, sed materiam tantum, quemadmodum lignū per quod cathedra diffinitur non est genus eius, sed materia, vt auctor est Arist. 5. lib. de generatione animalium cap. 7. Dicitur autem Dialecticorum intelligendum est in diffinitionibus essentialibus, non autem in aliis, vt deinde ostendemus. Ad quartam dicimus ex B. Alberto Magno ca. 3. huius libri, nomina & verba sumi, vel vt sunt quidam soni emissi ab ore animalis, vel vt sunt quædam signa ex hominum instituto significantia. Primo modo nomina & verba eadem sunt apud omnes gentes: secundo autem modo non existunt eadem, sed diuersæ Gentes, diuersa obtinent nomina, ad easdem res significantas. Vnde quamuis hoc nomen homo eadem voce, & sono, proferatur apud omnes Gentes, non tamen significat idem, nam quamuis apud Latinos significet hominem, fortassis tamen apud Arabes nihil significat. Arist. vero tantum est loquutus de nominibus, & verbis, vt significant, non autem vt sunt quidam soni. Ad quintam aimus cum Boetio duplicem esse conceptū, certum vnum, alium vero opinatiuum: conceptus certus qui præcipue fit in prima operatione intellectus idem est apud omnes, nam quemadmodum Latini concipimus lineam esse longitudinem, sine latitudine, ita

& idipsum aliæ gentes concipient: conceptus nihilominus opinatiuus & dubius non est idem, & ita cum hic conceptus, num scilicet quantitas distinguatur à re quanta sit conceptus opinatiuus poterit ille esse multiplex & diuersus. Ad sextam dicimus in huiusmodi verbis esse addendum eis suppositū quod exprimitur nomine aliquo substantiuo, vt pluit, significat Deus pluit, & ita non sunt voces simplices, sed coniunctæ, quare nihil mirum si significant veritatem, aut falsitatem, quia Arist. tantum est loquutus de vocibus præcise & absolute simplicibus.

Ad 6.

QVAESTIO II. IN QVA de signo disputatur.

Cum fere omnia quæ pertractanda sunt, ex cognitione signi dependeant, æquum erit vt nonnulla de signo in præsentī disputatione proponam, quæ à M. Soto, Thoma à Mercado, Veracruce, Villalpando, & ab aliis viris eruditissimis pertractari solent in principio Summularum. Aggrediemur autem hanc disputationem à cognitione, repræsentatione, & significatione, nam per hæc deinde signum erit à nobis definiendum. Animaduertendum est autem primo, quatuor modis posse rem aliquam efficere cognitionem, primo modo tanquam causa efficiens, secundo tanquam forma, tertio velut instrumentum, & quarto tanquam obiectum. Illud producit cognitionem tanquam causa efficiens, quod efficit cognitionem, qua ratione intellectus est causa efficiens intellectus & sensus sensationis. Illud producit cognitionem vt forma, quod est ipsa forma cognoscendi, quomodo intellectus efficit cognitionem vt forma, eo quod ipsa sit eadem forma intellectus

oblectatio.

telligenti. Illud præterea efficit cognitionem vt instrumentum, quod manducit facultatem cognoscendi ad rem ipsam cognoscendam, quæ admodum imago Regis, est causa instrumentaria cognitionis ipsius Regis, ducit enim nos in cognitionem regis. Tandem obiecta cognita, vt homo, vel cælum, producent cognitionem tanquam obiecta. Secundo est adnotandum repræsentare, ablato primo modo, eius quod est producere cognitionem, vt causa efficiens, tribus aliis modis (eisdem scilicet quibus aliquid facit alterum cognoscere) euenire posse, scilicet vt forma, vt instrumentum, & vt obiectum: nam cum repræsentare aliquid nihil aliud sit, quam facere aliquid præsens facultati cognoscendi, tribusque modis possit illi aliquid esse præsens, vel vt forma quædam, sicut cognitio est præsens facultati, vel vt instrumentum, quemadmodum imago Regis est præsens visui ad Regem ipsum cognoscendum, vel vt obiectum denique, quemadmodum ipsemet Rex se repræsentat visui, totidem etiam tribus modis euenit repræsentatio, vt forma, vt instrumentum, atque vt obiectum. Animaduertendum est tertio significationem esse duplicem, vnam formalem, & alteram instrumentalem, formalis est ipsamet cognitio in hærens facultati cognoscendi. Instrumentaria est illa quæ velut instrumentum ducit nos ad alia cognoscenda. Vnde duplex erit signum instrumentarium vnum, & alterum formale. Animaduertendum est quarto, tria hæc habere se tanquam superius, & inferius, quia omnis significatio est repræsentatio, non tamen è conuerso, quia obiectum se repræsentat facultati cognoscendi (vt homo v.g. intellectui) quod tamen nihil significat: & om-

ne quod repræsentat efficit cognitionem: non tamen è conuerso, quia facultas cognoscendi efficit cognitionem tanquam causa efficiens, quæ tamen non repræsentat seipsam, quia nihil potest seipsum repræsentare. Cum igitur dentur duo genera signorum, formalium vnum, aliud vero instrumentalium, duæ erunt diffinitiones signi tradendæ, vna signi instrumentarii, alia signi formalis, postmodum vero diffinitionem quandam signi generalem, vtrumque signorum genus ambientem, asignabimus.

Itaque signum instrumentale de finitur à D. August. 2. de doctrina, cap. 1. *Illud quod præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit nos in cognitionem venire.* In qua diffinitione continentur duæ particulæ. Prima est *Præter speciem quam ingerit sensibus.* Vbi nomine speciei intelligimus imaginem, & similitudinem quæ producitur ab obiecto in facultate cognoscendi. Secunda est *aliquid aliud facit nos in cognitionem venire,* in qua per aliquid aliud intelligimus siue res ipsas, vt hominem v.g. & equum, siue modos rerum, vt sunt syncategoremata, vt omnis, qui dam, & aliquis, per cognitionem vero in quam nos facit venire, non eam solum quæ in hominibus, sed & eam etiam quæ in brutis reperitur, habent enim & bruta sua quoque signa quemadmodum, & homines, vt cantus gallorum significat diem. Alij vero hanc diffinitionem proponunt signi instrumentarii. *Alia est illud quod præexistente cognitione sui aliquid aliud a se distinctum facit nos cognoscere, quemadmodum fumus est signum instrumentale ignis, nam præexistente cognitione sui facit nos cognoscere ignem, & pes bouis impressus pulueri significat bonem, quia præexistente cognitione sui, facit nos co-*

Quid sit
signum
instru-

Alia est
ius diffi-

2. Obserua.

3. obseruatio.

4. obseruatio.

Conse-
ta. quo
tuo.

noscere aliquid aliud, scilicet bouē. Vnde colligunt quidam duplicem cognitionem esse necessariam, ad signum instrumentale, vnam signi vt res quædam est, & alteram significationis illius, quemadmodum vt nos cognoscamus hanc vocem, homo esse signum, duo cognoscere debemus, primum enim percipienda est auribus ipsa vox, deinde intelligendum est significationem eius esse ex primere naturam humanam. Vnde neque homini surdo, neque Græco, aut Hæbreo, poterit esse signum vltimo modo, non surdo quia ille nō potest percipere vocem, non Græco, neque Hæbreo, quia vterque ignorat significationem illius. Signum formale diffinitur. *Cognitio facultati intelligendi inherens illi tanquam forma subiecto.* Quemadmodum cognitio qua media cognosco hominem esse animal particeps rationis vocatur signum formale. Tertia diffinitio cōpetens signo, vt ambit vtrumque signum formale scilicet & instrumentale est huiusmodi. *Signum est illud quod facultati cognoscendi aliquid representat.* Quæ diffinitio imprimis competit signo formali, quia cognitio formaliter significans representat facultati obiectum cognitum: deinde signo instrumentali, quia illud præexistente cognitione sui aliquid representat facultati, quemadmodum ramus pendens ante cauponam, representat in ea domo vendi vinū.

Genera
signi dif
finit.

1. Diuisi
signi.

His signi diffinitionibus propositis tradenda erunt etiam eiusdem diuisiones prima earum est, Signum aliud est naturale, aliud ex beneplacito, & aliud ex consuetudine. Naturale diffinitur quod suapte natura remota omni humana institutione, idem significat apud omnes, vt fumus est signum naturale ignis, & imago rei imaginatæ. Signum ad beneplacitum est illud quod non sig-

nificat ex sua natura, sed ex hominum instituto, ad eorum beneplacitum, sicut hoc nomen significat hominē, non ex sua natura, sed ex humana institutione, quia homines ita instituerunt, vt illud significaret hominem. Animaduerten. est tamen hæc signa (ad beneplacitum scilicet) nō ex eo ita esse vocata quia homines pro libito absque vlla ratione illa ad aliquid significandum imposuerint, etenim homines iuxta naturas singularum rerum adhibito maximo consilio nomina eisdem rebus imposuerunt, quemadmodū de primo parente sacræ literæ docet Genesis 2. cap. ipsum nomina rebus imposuisse iuxta proprias earum naturas: sed ex eo nuncupantur signa ad beneplacitum (vt dictum est,) quia non significant ex sua natura, sed ex hominum institutione, quæ certe institutio non debet esse priuata, sed autentica, ortum habens, vel ab ipsa communitate, vel ab homine aliquo perito approbante, & consentiente eadem communitate. Signum denique ex consuetudine est illud quod ex vsu, vel consuetudine rem aliquam significat, quemadmodum mensa præparata significat prandium, ita enim est in vsu, vt præparata iam mensa statim prædeamus, & canis qui sæpe consuevit antecedere in via hærum, illum nobis ex consuetudine indicat, & significat. Secunda diuisio. Signa quædam sunt naturalia formalia, vt sunt omnes cognitiones, eo quod illæ ex sua natura significant res cognitæ, & nō ex aliqua impositione: alia vero sūt naturalia instrumentaria, quæ præexistēte cognitione sui ducunt nos in cognitionem rei significatæ, & ita fumus est signum naturale ignis, & imago rei imaginatæ. Huius generis dantur multa signa temporis futuræ, vt serenitatis pluuie, & ventorum

Obser.

2. Diuisi

4. D

rum

rum, de quibus Virgilius i. Georgi-
corum multa assertit.

Atque hoc ut certis possimus disce-
re signis,

Aestusq; pluu; & ingentis fri-
gor euentos.

Ipse pater statuit, quid menstrua lu-
na moneret.

Quo signo caderent austris, quid sa-
pe uidentis

Agricolae, propriis stibulis armenta
tenerent, &c.

Quae fere omnia signa desumpsit
Virgilius ex Arato in Phenomenis.
Sed de his legit Plinium lib. 18. ca-
pit. vlti. & inter alios Antonium Mi-
saldum in opere inscripto Epheme-
rides acris perpetuae, seu popularis,
& Rustica Astrologia, tu in eiusde
Phenomenis siue tempestatum sig-
nis: Tertia diuisio. Signa ex bene-
placito quaedam sunt in vocibus, &
alia sunt in rebus, v. g. omnia nomi-
na, verba, & orationes sunt signa ad
beneplacitum in vocibus: at vero
ramus pendens ante cauponam, &
tabella ante hostiū, signans ibi esse
hospitium, & nonnulla alia his simi-
lia sunt signa ad beneplacitum in re-
bus, sicut & sacramentū Baptismi,
ac alia sacramenta sunt etiā signa ad
beneplacitum in rebus instituta à
Christo domino, in aqua, & in pane
vel vino, aut alia materia. Quarta
diuisio Signa ad beneplacitum quae
sunt in rebus, quaedam sunt propria
alia metaphorica. Propria dicuntur
quae significant rem ad quam deno-
tandam fuerunt instituta. Metapho-
rica vero sunt illa quae significant
rem propter similitudinem interue-
nientem cum primo significato, vt
hoc nomen Nero propriè significat
Claudium Neronem Romanorum

Imperatorem, metaphorice vero sig-
nificat homines crudeles, quia in cru-
delitate illi Imperatori assimilatur.
Nonnulli signa propria vocant sig-
na primae impositionis: signa vero
metaphorica secundae impositionis.
Animaduertit tamen Sotus signa
ex consuetudine reuocari ad natu-
ralia, sunt enim fere naturalia, vt vi-
sis mappis appositis in mensa, Ita-
tim cognoscimus esse horā prandij.
Et ita inquit signa posse diuidi in
signa naturalia, (sub quibus conti-
nentur etiam signa ex consuetudine)
atq; in signa ex beneplacito, vel ex
hominum impositione, vel institu-
tione. Quinta diuisio. Ex signis que-
dam sunt manifestatiua, alia vero
sunt manifestatiua simul, & suppo-
sitiua. Manifestatiua sunt illa quae
tantum rem aliquam manifestando
significant, non tamen possunt su-
mi loco eius, quem admodū ramus
appensus ante cauponam, est signū
manifestatiuum, ostendit enim ibi
vendi vinum, non tamen sumi po-
telt loco vini: signa vero manifesta-
tiua, & suppositiua, sunt illa quae re-
aliquam manifestando significant,
& supponi possunt loco illius, cuius
modi sunt omnia nomina, & verba
nam illa significant res, & sumi pos-
sunt loco earum, cum enim neque-
ant res ipse in mediū proferri, quā-
do de eis sermonē institimus, uti-
mur nominibus loco earum, quae
non solum significant res, verum
etiā sumuntur à nobis ipсарū.
Ceterum obiicit aliquis aduer-
sus superiora. Primo in hunc mo-
dum. Nomina & verba prolata signi-
ficant proferentem, nam audito hoc
nomine homo, illico intelligo profe-
rentem illud, esse animal, sed nō sig-
nificat proferentem ex hominū in-
stituto, imò ex sua natura, homines
enim nunquā instituerunt, vt haec
vox significaret proferentem, que-
madmo-

Obseru.
Scoti.

5. Diui.

Argu.
in super.



Solutio. madmodum neque instituerunt, vt rugitus leonum significaret leones: ergo non recte docuimus nomina & verba significare tantum ex hominum instituto. Respon. nomina, & verba sumi posse, vel vt effectus quidam sunt producti à proferente, vel vt referuntur ad alias res significandas. Primo modo nomina & verba significant naturaliter, vt cōfirmat argu. secundo vero modo tantum significant ex hominum instituto, nam nomina, & verba ad alias res præter suam causam significandas, ab hominibus fuerūt imposita.

2. Arg. Iterum. Hæc vox, leo, in aliquo volumine clauso, est signum instrumentale: sed in volumine clauso nihil repræsentat facultati cognoscendi, nam in illo qua obsecro ratione poterit ab aliquo perspicere ergo non recte definitum est signum, illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat. Respon. distinguendo assumptionem, nam repræsentare duobus modis contingit, vno modo secundum actum, & altero secundum potestatem. Ad rationem igitur signi non est necesse vt repræsentet secundum actum, sed sat est vt repræsentet secundum potestatem, & ita vox ista, leo, in volumine clauso, quamuis non repræsentet secundum actum, repræsentat tamen secundum potestatem.

QVAESTIO. III. NUM
voces significant potius res quam
conceptus, vel è contra.

Natura signi in superiori questione explicata, sequitur vt de significatione nominum, & vocum in sequentibus questionibus disputemus, in primisq. significant ne voces cōceptus, vel res ipsas, nam significare cōceptus & nō res his argu.

potest demonstrari. Primum est. Nomina composita (vt orationes) sunt vera, & falsa, quia significant veritatem, & falsitatem: sed veritas, & falsitas, nō est in rebus, sed in solis cōceptibus intellectus, vt ostendimus q. vlti. cū Arist. 6. lib. metaph. ergo nomina non significabunt res. Deinde, Arist. in primo theoremate tantum docet nomina significare conceptus, & non docet significare res: non igitur illas significabunt, cum id minime Arist. docuerit. Tādem. Hoc nomen homo significat hominem vniuersum: sed vniuersum tantum est in intellectu: ergo hoc nomen tantum significabit cōceptum intellectus.

Quidam ex veteribus fuerunt in ea opinione vt arbitrarētur voces, (vt nomina, & verba,) tantum significare conceptus intellectus, & non res ipsas. Alij vero è contra existimant, nomina, & verba, significare res, & non conceptus intellectus, quamuis illos expriment, etenim latū est discrimen inter significare, & exprimere. Vnde nomina iuxta hos auctores significabunt res, expriment tamen conceptus intellectus: vt hoc nomen homo, significat hominem, & exprimit conceptum quē de eo intra mentem efformamus. Quam opinionem citra vllam controuersiam amplexus fuit M. Scotus cap. 1. lib. 1. summula. in solutio. 1. argu. & Thomas à Mercado in Commentarijs eiusdem loci. Verum nos vt hanc opinionē explicemus, animaduertimus, duplex esse significatum nominum, & verborum, vnum proximum, vel immediatū, & alterum remotum: significatum proximum vocant significatū quo mediante, & minus præcipuum: significatum vero remotum, vocant significatum quod, & magis præcipuum. Animaduertimus deinde concep-

1. argu.

2. Arg.

1. Argu.

Duplex
opi.

2. Obser

1. obser. conceptum intellectus posse sumi duobus modis, primo modo, vt qualitas quædam est, vel actio producta ab intellectu, eidemque inhærens: secundo modo vt est naturalis quædam similitudo rei cognitæ per intellectum, quemadmodu etiã imago regis depicta in pariete, sumi potest, vt qualitas quædam est inhærens parieti, & altero modo vt repræsentat regem tanquam signum naturale, Animaduertimus tertio nomina & verba tantum esse instituta vt constituentur loco conceptuum, nam cum vnus homo non possit cernere conceptum alterius, excogitata fuerunt nomina, & verba, quæ haberent locū conceptuū, & exprimerent illos, alijsque manifestarent, vnde in angelis qui intuentur suos conceptus intellectus, nulla nomina sunt necessaria ad loquendum. Quare idem iudicium ferendum erit quoad significationem de nominibus, & verbis, quod profertur de conceptibus, & ita quod significabunt cōceptus, significabunt etiam & nomina ipsa & verba.

His animaduersis sit prima conclusio. Nomina, & verba, significāt conceptus intellectus proxime, & immediate, tanquam significatum quo, & minus præcipuum. Confirmatur ijs argu. Primum est petitū ex autoritate, Arist. constituentis expressis verbis in primo theoremate, ea quæ sunt in voce, significare passiones quæ sunt in animo, id est nomina, & verba, significare cōceptus intellectus, quemadmodum omnes interpretes exponunt. Secundum. Nomina & verba significant res medijs conceptibus: ergo significabunt quoq. eosdē conceptus, quia medium significandi debet etiam significari. Verum cum sit a nobis adnotatum conceptus intellectus posse sumi, vel vt sunt que

dam qualitates, vel vt sunt signa naturalia, hæc assertio intelligenda est de conceptibus intellectus, vt sunt signa naturalia, non autem vt sunt quædam qualitates, eo quod ea quæ sunt similia, ea ratione quæ similia sunt, possunt eodem nomine insigniri, non autem ea ratione quæ sunt dissimilia, quemadmodū idē est nomē hominis viuī, & picti, ea ratione quæ pictus est imago viuī quamuis ea ratione quæ pictus est accidens inhærens subiecto, & non viuus, non habeant idem nomen, & ita cum conceptus intellectus, non vt qualitas est, sed ea ratione quæ est imago rei, sit similis illi, idem nomen quod significat rem, exprimet quoque eius conceptum.

Secunda cōclu. Significatū quod & præcipuum nomen & verborū sunt res existentes a parte rei, & nō conceptus intellectus. Confirmatur conclu. ista his argu. Primum est. Nomina, & verba significant idem, quod & conceptus intellectus significant, sunt enim illa quemadmodum adnotauimus in ore, & sermone collocata, loco conceptuum: sed conceptus significant res existentes a parte rei: ergo etiam nomina & verba significabunt res existentes a parte rei. Secundum. Nomina illud significant præcipue, & tanquam quod, ad quod significandum fuerunt instituta: sed non fuerunt nomina instituta ad significandū conceptus, sed res ipsas, homines enim Latini tantum imposuerunt hoc nomen, homo, ad significandum hominem, & ita quando huiusmodi lingua traditur a præceptoribus, ita traditur ab eis, vt doceant nomine, hominis, intelligendum esse hominē, & non eius conceptum, ergo nomina solas res significabunt. Tertium. Signum est illud quod præter speciem quam ingerit sensibus aliud re

præsen-

1. Concl.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

presentat: sed hæc vox homo audita tantum representat hominem, & non conceptum, nam homines y. g. imperiti, qui nihil prorsus notum habent de conceptibus, quando Hispano sermone percipiunt hæc vocem *hombre* nihil intelligunt de conceptu hominis, sed solum manducantur per illam ad intelligendum ipsum hominem: ergo nomina tantum significabunt res. Verum hæc assertiones ita apertius poterunt explicari. Cum sit à nobis constitutum duplex signum, vnum tantum manifestatiuum, & alterum manifestatiuum, & suppositiuum, nomina & verba sunt tantum signa manifestatiua conceptuum, eo quod illos expriment, nobisq. declarent, rerum vero sunt signa manifestatiua simul, & suppositiua, nam & significat res, & ponuntur loco earum, vt in hac enuntiatione homo est animal, hoc nomen homo (quod est subiectum) significat hominem, & sumitur pro homine, nam pro conceptu nullo modo sumi potest, quia ille non est animal, sed qualitas, & ita si vere & proprie loqui cupimus ita dicendum erit, nomina expriment conceptus, & significare res.

Tertia concl. Nomina prius expriment conceptus intellectus, & deinde significant res. Hanc constituit D. Tho. lecti. 2. huius lib. & cum eo Scotus q. 1. eiusdem, quã ita confirmamus. Propter vnumquodq. tale & illud prius, atque magis debet esse tale: sed nomina significant res propter conceptus, nam ita rebus sunt imposita nomina, vt concipiuntur ab intellectu: ergo nomina prius expriment conceptus, & deinde significant res ipsas.

I. Arg. Jam ad argu. Ad primum negamus assumptionem, quia etiam in rebus est veritas, ac falsitas, tanquam in causa, & fundamento, nam ex eo

quod res est, vel non est, dicitur oratio vera, vel falsa, quamuis in intellectu reperiatur formaliter, & secundum essentiam, nomina vero non solum veritatem formalem, sed etiam & fundamentalem declarant, quare & res etiam significabunt. Ad secundum. Negamus consequens, quia argu. ab autoritate negatiua nullum est, & ita quamuis id minime docuerit Arist. nihilominus est omnino verum. Ad tertium aimus vniuersum formale tantum esse in intellectu, materiale vero esse à parte rei, attamen hoc nomen homo significat hominem qui est à parte rei ea quide ratione, qua concipitur ab intellectu, vnde res significata per nomen istud homo, erit res ipsa quæ est homo, conditio autem requisita, vt hoc nomen, hominem ipsum significet, erit ipsum esse conceptum ab intellectu, nam nomina significant res, ea ratione qua concipiuntur ab intellectu, tanquam per conditionem sine qua non.

QVÆSTIO III. AN NOMINA significant res ex sua natura, uel potius ex hominum impositione.

ET quidem illa à natura, & non ex hominum instituto significare res ipsas, his argu. potest. Auaderi. Primo non est consentaneum res ac primum sunt esse sine nominibus, sed illico ac sunt in rerum natura debent sua propria nomina habere: cum igitur res ortum habeant à natura, & ipsa nomina ab eadem nata esse videbuntur. Secundo. Nomen est vox vt diffinit Arist. in cap. de nomine: sed vox significat naturaliter: ergo etiam nomina, & verba, significant naturaliter. Præterea. Illud quod competit rei secundum essentiam

Coll. lo. in. pro. po. po.

2. Arg.

Ad 3.

1. Arg.

2. Argu.

3. argu.

10. do. 7.

gl. i.

l. C.

o. op.

3. Op.

sentiam est naturale: sed nominibus & verbis competit secundum essentiam significare, quia tota eorum natura sita est in hoc, vt significant aliquid: ergo nomina & orationes significant naturaliter. Tandem, Nomina, verba, & orationes sunt instrumenta facultatis naturalis scilicet facultatis loquendi, quæ est nobis à natura tributa: sed instrumenta facultatis naturalis sunt naturalia, vt de oculo, aliisq. potètiis possumus confirmare: nomina igitur & orationes significant naturaliter, & non ex hominum instituto.

Quæstionem hanc in qua de nominum origine, illorumq. significatione disputamus, fuisse olim inter veteres Philosophos agitatam testatur Plato in Cratillo in quo de nominum significatione luculenter satis disseruit. Fuit enim prima opinio Heraclyti, & Cratylli nomina omnia ipsorumq. significationem à natura traxisse originem, & non ex humana impositione, quam eandem Pythagorei si credimus Dexippo lib. 1. q. in catego. cap. 6. amplexi fuerunt quorum sane opinio argu. quæ in principio effecimus potest confirmari. Secunda est Hermogenis, vt idem Plato testatur è diametro huic contraria, nomina ipsorumq. significationem non à natura, sed ex humana tantum pendere voluntate, & ita pendere vt liberum sit vni cuique hæc, vel alia nomina rebus imponere, non certe alia ratione, quã dñi pro libera voluntate suis feruis nomina imponere solent: etenim quod res, hoc, vel alio nomina insigniantur, nihil fere refert, ac proinde poterit vnusquisq. vt sibi integrum fuerit, ad res significandas his, vel aliis vti nominibus. Vera tamen sententia, eaque amplectenda est, nomina partim à natura, & partim ab humana institutione pende-

dere, hanc enim sententiam Philosophorum principes Plato, & Arist. ille in dialogo citato de Cratillo, hic vero, & in hoc cap. & in sequenti de nomine profitentur, & cum eis Cicero 1. Academica, Quintilianus lib. 8. institu. cap. 6. Maximus. Tyrius sermo. 23. D. Tho. Ammo. Magentinus, B. Albert. Mag. Louanenses, cum communi schola Philosopho, in hoc cap. & in sequenti. Quam sententiã vt explicemus sciendum erit in nominibus duo reperiri, materiam, & formam, materia est vox ex ore animalis emissa, forma vero est significatio illius. Tam forma potest sumi aut ratione finis, aut ratione exemplaris, aut denique ratione causæ efficientis, nam significatio nominum ad aliquem finem dirigi debet, idq. ab aliqua causa efficiente, ratione alicuius exemplaris. Adnotat etiam Plato non esse omnium artificum rebus nomina imponere, sed peritorum, vt inductione quadã in multis artibus verum esse ostendit, nam in textrice tantum ad peritum artificem spectat nomina illorum instrumentorum, quæ arti deseruiunt imponere, & non ad tyrones illius artis, & idem iudicium est de sartoria, futoria, & omnibus alijs mechanicis artibus, idq. in alijs artibus ingenuis, & liberalibus, est multo apertius. Etenim cum nomina sint rebus imponenda, ita vt earum naturas representent, quas intelligere non est imperitorum, sed peritorum, profecto ad peritos solum spectabit illa rebus imponere. His hoc pacto statutis sit prima conclusio. Materia nominis est à natura. Hæc certe est apertissima: nam illius materia est vox, vt author est Arist. 5. de generatione, anima. cap. 7. quæ profecto tota est à natura.

Secunda conclusio. Forma nominis
Ooo quæ

¶ Plei. ar.

¶ E. Opin.

¶ 2. opin.

¶ 3. Opin.

2. Observatio

1. Conclusio

2. Conclusio

Arg.

Arg.

Argu.

argu.

- quæ est illius significatio, non est à natura, sed ex hominum instituto, & impositione. Hanc aduersus Heracly. & Cratil. cum Platone in superiori loco, Alexan. Aphrodi. lib.
1. Arg. 3. q. natura. cap. 11. D. Augusti. 2. de ordine ca. 12. D. Tho. Ammonio, & aliis in cap. de nomine in hunc modum confirmamus. Primo Quia pictura magis videtur à natura profecta, quam nomina, cum vbique eadem sit, nomina vero pro gentiù varietate sint diuersa: at pictura nõ habet ortum à natura, sed ab arte: quare neque nomina non aliunde quam ab arte originem trahent. Secun.
2. Arg. Quæ sunt à natura eadem sunt apud omnes, eadem enim natura est apud omnes: sed nomina nõ sũt eadem apud omnes, nam ad eandẽ rem significandam alijs nominibus vtuntur Latini alijs Græci, & alijs Hebræi, & aliis aliæ gentes, & nationes: ergo nomina non habebunt significationem à natura. Ex his primum argu. est Platonis, secundũ est collectum ex Arist. in præfatione, & hæc alia sunt ex Alexandro petita, qui ita tertio argu. Si nomina essent à natura, ergo eadẽ litera quæ significant nomina (nam ita scribimus vt & loquimur) essent quoq. à natura: at hoc cõspicimus esse falsum, certum enim est literam, & scripturam ab arte esse, quare neq. nomina erunt à natura.
4. Arg. Quarto. Si nomina indita essent rebus à natura, neque essent nomina homonyma, neque polyonima, natura etenim neque idem nomen diuersis rebus, neque multa eidem imponeret, sed cuique suum nomen tribueret: at videmus esse multa nomine homonyma, quæ multas naturas significant, & multa polyonima, quæ vnã, & eandem expriment: ergo nominum significatio non erit indita à natura. Jam
5. Arg. Si nomina essent ipsis rebus à na-

tura concessa, non imponderentur illa ab hominibus, frustra si quidem imponderentur: at videmus illa ab hominibus sæpe imponi, immo neque alijs nominibus vtimur, quã illis, quæ ab hominibus fuerunt imposita: ergo non trahent originem à natura.

Tertia conclusio. Nomina non fuerunt imposita rebus pro libera voluntate, sed iuxta naturas rerum ad quas indicandas imposita fuere. Hanc confirmat Plato in dialogo sæpe repetito ex eo quod cum oratio non sit vera, vel falsa pro libera voluntate, sed quia ipsis rebus est consona, vel dissona, neque ipsius orationis partes (quæ sunt nomina) pro libero arbitrio res ipsas significabunt, sed quia consentiunt, aut dissentiant rebus significatis. Secundo, quia instrumenta non temere, nec pro libera voluntate adhibentur ad faciendã opera artis, sed illis vtuntur artifices, quæ fuerint accommodata ad finem artis assequendum: at nomina sunt instrumenta quædam quibus res ipsas explicamus: ergo non erunt illa temere, nec pro libero arbitrio rebus imponenda. Rursus, Si pro libero tantum arbitrio nomina rebus ipsis imponderentur, nullus profecto esset error in illis imponendis, si quis libertate sibi concessa, hoc, vel alio nomine ad res significandas vteretur: at quantum passim erremus, in nominibus imponendis, nullus est tã habes, qui non illud probe cognitum, perspectumq. teneat: non igitur nomina temere pro libero arbitrio, sed iuxta naturas rerum ipsis fuerunt imposita. Vnde res ipse erunt veluti quædam exemplaria, ad quæ viri periti ipsarumq. rerũ subtiles, ac profundi indagatores, inspicientes, nomina his naturis quæ representantur, iuxta proprias ratio-

3. Conclusio.

1. argu.

2. Arg.

3. Arg.

nes.

nes imposuerunt, qua ratione pri-
mus parens qui per scientiam sibi
à Deo benigna manu infusam, rerū
omnium naturas comprehendebat,
nomina vnicuique rei propria, iuxta
illius naturam imposuit, nam. *Quid
quid Adam vocauit anima viuens ip-
sum est nomen eius, vt Gene. 2. sacra
litera nobis prodiderūt. Illud itaq.
euenit in nominum impositione
quod in arte pictoria. Enimvero vt
in pictoria materia tota est à natura
forma vero picturæ est ab arte, tam
quam à causa efficiente, finis vero
qui est referre aliquam rem natura-
lem, dici potest naturalis, quia diri-
gitur in hunc finem naturalē. Pari-
ratione in nominibus materia tota
est à natura, nam est illa vox, forma
vero quæ est significatio, est ex hu-
mana impositione, tamquam ex cau-
sa efficiente: finis vero cum sit re-
præsentare rem ipsam naturalem di-
ci poterit naturalis, quia scilicet iux-
ta rei quidditatem, & naturam illam
repræsentat. Neq. in hac re putan-
dum est Platonem contrarium fuisse
Arist. asserenti nomina significare
ex hominū institutione, etenim quā-
do Plato docet significare ex natu-
ra, non debet intelligi quasi signifi-
catio traxerit ex ipsa originem, sed
quia nomina accommodata iuxta
rerum naturas ipsis fuerunt impo-
sita, quod certe non aduersatur ei
quod est ab humana institutione
pendere, & ita de Platone viri gra-
uissimi sentiunt Alcionus in lib. de
dogmate Plato. Eusebi. Cæsarien.
lib. 11. præparatio euangeli. cap. 3.
Marsi. Ficinus in præfa. dialogi Cra-
tilli, Cæsar Scaliger in lib. de subtili-
tate contra Carda exercita. 266.
Cælius Rodaginus lib. 13. lectio. an-
tiqua. cap. 5. Ammoni. & Michael
Psellus in cap. de nomine.*

Ad 1. Iam ad argu. Ad primum nega-
argum. gamus antecedens immo consenta-

neum est, & affine rationi, vt res
prius existerint sine nominib⁹, quā
cum eis: nam prius debent illæ cog-
nosci, quā quod nomina illis iuxta
naturas proprias imponantur. Itaq.
consentaneum est, vt res sint aptæ,
& natæ à natura, vt eis nomina im-
poni possint, & debeant, non autē
quod de facto eis imponantur.

Ad secundum aimus propo. ita esse in-
telligendam, nomen est vox, id est,
materia nominis est vox, quæ sic ita
intellecta, neganda est consequen-
argu. Primo, quia quod competit
materiæ, non est necesse, vt rei ex il-
la confectæ adaptetur, quemadmo-
dum ligno ex quo fit cathedra, com-
petit esse ens naturale, cum tamen
cathedra sit ab arte constituta. De-
inde quia in simili forma datur an-
tecedens verum, & consequens falsum,
vt si ita argumentemur, cathe-
dra est lignum hoc modo figuratū:
sed lignum est ens naturale: igitur
& cathedra erit etiam ens naturale,
in hac enim argumentatione antece-
dētis est verum, & consequens falsum.

Ad tertium dicimus naturale ali-
quādo significare illud quod compe-
tit ex natura, & essentia alicuius rei,
quemadmo. natura à qua deriuatur
naturale in quadam significatione
significat essentiam, & quidditatem.
Sumitur deinde naturale vt est di-
uisum contra liberum, qua ratione,
dicimus naturale esse igni caleface-
re, eo quod non libere calefaciat, le-
gere vero, vel currere appellam⁹ ac-
tiones liberas in hominibus, quia
non fluunt à natura, sed à libera ip-
sorum voluntate. Argu. quidem be-
ne confirmat nomina, & verba signi-
ficare naturaliter primo modo, hic
tamen significandi modus, non dif-
fert ab eo quod est significare ex
hominum instituto, quemadmo. e-
tiam naturale est cathedra in hac
significatione esse figuratā, quia esse

Ooo 2 figura-

Conu-
lusio.
Argu.
Arg.
Natan.

Ad 2.

Ad 3.

figuratum attribui. essenziale est illius, qui tamen modus non differt ab eo quod est cathedram habere esse ab arte. Verum cum quærimus an competat nominibus significare a natura, non loquimur de naturali in hac significatione, sed in secunda, ut denotat id quod fluit à natura, tamquã à proprio principio, quæ ratione nomina non significant naturaliter eoquod eorum significatione non est instituta à natura, sed à libera hominum voluntate. Ad vlti. respon. Arist. in cap. de oratione gans propositio. quia in instru. loquendi sunt guttur, palatum, lingua, dentes, & labia, nomina vero, & verba, sunt opera confecta per hæc instrumenta. Respon. deinde Ammonii. in cap. de nomi. falsam esse assumptionem. quia instrumenta iaculandi sunt funda, arcus, aliaq. ab arte confecta cum tamen ipsamet facultas sit nobis à natura tributa.

QVAESTIO V. AN VERITAS SIT IN SOLO INTELLECTU.

IN vltimo theoremate docebat Arist. veritatem esse in intellectu, quamuis non in quolibet sed in solo coniuncto, nimirum in compositione, & diuisione, quæ sententia sitne vera necne duabus quæst. in medium propositis erit examinanda, prima sitne veritas in solo intellectu, altera vero an sit in sola illius compositione, & diuisione. Vt à prima exordiamur non esse illam in solo intellectu, his argu. confirmo. Primum. Ens, & verum conuertuntur: sed quælibet res quemadmodum homo, v. g. velleo à parte rei, & non per intellectum sunt entia: ergo veritas in rebus etiam erit, & non in intellectu. Deinde. Verum prædicatur de re-

bus quæ sunt à parte rei, quemadmodum bonum, & vnum: sed illud quod est in intellectu non potest prædicari de rebus secundum rem: ergo veritas non erit formaliter in intellectu. Præter. In communi modo loquendi dicimus aurum obrizum, esse aurum verum, & auricalcū esse aurum falsum; atqui hæc sunt à parte rei: iam ergo veritas erit præter intellectum. Ad hæc Arist. 2. lib. de anima cap. 6. constituit sensum semper esse verum circa proprium obiectum, quemadmodum visus semper est verus, & nunquam fallitur circa colorem: sed sensus non est intellectus: ergo veritas erit in alia facultate præter intellectum.

In hac q. fere omnes constituunt veritatem esse in rebus tanquam in causa, & fundamento, in intellectu vero secundum essentiam, nam habet se eo modo quo vniuersum, quod est in rebus velut in fundamento, in intellectu vero est secundum essentiam, & formam. Senten. hanc amplectunt. D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 1. & 2. q. 1. de veritate ar. 2. lib. 1. senten. dis. 19. q. 5. ar. 5. Duran. in eodem loco q. 5. & 6. Aegidi. q. 10. Capreo. q. 3. Soncin. 6. metaphy. q. 16. & Flandren. q. 13. ar. 2. Scot. q. 3. Iauellus in tracta. de Trascen. cap. 5. Nonnulli tamen ex recentioribus in ea sunt opinione, ut existiment veritatem non solum in intellectu, verum etiam & in rebus formaliter reperiri. Vt tamen q. hæc explicemus præfanda erit in primis diffi. veritatis, quæ in hunc modum se habet *Adæquatio rei ad intellectum* vel. *Mutuus consensus inter rem & intellectum*, quam abunde satis explicatam proposuimus lib. 4. Trascen. cap. 1. Significat igitur veritas adæquationem, vel equalitatem vnius ad alterum, nimirum vt vna res eodem modo sese habeat, quo altera

3. Arg.

4. Arg.

Comm. opinio.

Peculiaris opinio. recentiorum quorum.

Diff. v. 9. r.

Ad vlt.

1. Arg.

2. Arg.

ita

ita ut neque sit maior neque minor, sed alteri æqualis, quæ æqualitas interuenire debet inter se, & intellectum ea lege, ut talis sit res qualis apprehenditur ab intellectu, & talis sit apprehensio, qualis res ipsa existit. Ex qua definitione duplicem colligere possumus veritatem unam rei, vel transcendentem, & alteram intellectus. Transcendens petitur ex parte rerum, estque ipsa æquatio passiva ex parte ipsarum ad intellectum: altera vero intellectus ex parte ipsius est habenda, quæ est ad æquationem intellectus ad res intellectas. Præterea. Veritas transcendens, vel rei conferri potest, vel cum intellectu diuino, vel cum creato, nam ad utrumque intellectum est referenda, ad diuinum, ut illius exemplaria imitentur, ad humanum vero, ut veram de se in ipso generet comprehensionem, ut D. Tho. adnotat q. 1. de veritate ar. 2. iam. Hæc eadem veritas rei referri potest vel ad intellectum practicum, vel ad speculatiuum: ad practicum ita comparatur ut ab illo ratio quam à causa promanet: ad speculatiuum vero est contra ita confertur, ut sit illius vera, & legitima causa, v. g. in rebus artificiatas veritas ab intellectu artificis deriuatur, nam tales in se sunt, qualia sunt exemplaria quæ intellectui artificis in hærent: in rebus tamen naturalibus respectu intellectus creati, veritas intellectus ab ipsis rebus deriuatur, talis siquidem est veritas, quales sunt res ipsæ à parte rei existentes. Vltimo illud erit animaduertendum, ut quemadmodum tribus modis dicitur aliquid sanum intrinsece, & secundum essentiam, causaliter, & tanquam in signo, nam animal intrinsece est sanum per sanitatem sibi in hærentem, v. rina tanquam signum nam indicat sanitatem animalis, & medicina tanquam causa, ipsa siquidem est quæ in anima

li efficit sanitatem. Ita etiam veritas triplex est secundum essentiam, tanquam in causa, & tanquam in signo, quod his assertionibus, luce clarius fiet manifestum.

Prima est. Veritas tam in rebus, *1. asser.* quam in intellectu reperitur. Hanc ex variis locis Arist. possumus colligere, nam in primis reperiri in intellectu, docet in hoc cap. in vlt. theorem. & 6. lib. Metaphy. cap. 7. constituit verum, & falsum esse in intellectu, bonum vero, & malum in ipsis rebus. Deinde esse illud in ipsis rebus ex innumeris fere locis constare poterit: nam in catego. cap. de substantia, & in Polstratego. cap. de priori ait ex eo quod res est vel non est orationem vocari veram, vel falsam. Præterea 4. meta. cap. 5. contra Protagoram inquit non ex eo res esse veras, quia nobis veræ apparent, sed potius veras nobis apparere, quia in se veræ sunt: atq. 9. metaphy. cap. 12. constituit hominem esse candidum esse verum, non quia nobis ita videatur, sed potius quia candidus est: tandemq. 2. lib. meta. cap. 1. profertur eandem esse dispositionem rei in veritate, quæ est in entitate, in quo loco, & in aliis recensitis, aperte testatur Arist. veritatem etiam in rebus reperiri. Cum igitur tam in rebus quam in intellectu detur veritas, qua ratione in utroque inueniatur in hunc modum explicamus.

Secunda conclusio. Veritas tanquam in signo in oratione quæ ore profertur reperitur, addimus & in scriptura eandem quoque reperiri. Hanc aperte profertur Arist. in 1. theorem. in quo inquit ea quæ sunt in voce esse signa earum passionum quæ sunt in anima, & ea quæ sunt in scriptura, esse signa eorum quæ sunt in voce: quare cum in mente sit veritas, & falsitas, ut ipsemet in tertio theorema.

Obser-
uatio.

2. Ob-
serua.

rema, testatur, in voce erit illa tanquam in signo, & idem iudiciū erit de scriptura, quæ medijs vocibus significat veritatem in mente latentem.

3. Conc. Tertia conclu. Veritas intellectus speculatiui in rebus reperitur tanquā in causa, in intellectu vero formaliter, & secundum essentiam. In intellectu reperiri secundum essentiam ex ipsa nominis significatione constare poterit, nam veritas intellectus, nihil aliud significat, quam veritatem quæ intellectui tamquā subiecto inhæret. Et certe cum hæc veritas nihil aliud sit quam cōprehensio intellectus, qua rem ita apprehendit, vt est à parte rei, in solo intellectu secundum essentiam poterit illa reperiri. At eandem esse in rebus tanquam in causa, & fundamento, testatur Arist. in catego. substantiæ, & in Postcatego. cap. de priori, inquit ex eo quod res est, vel non est, orationem esse veram, vel falsam, & in alijs locis quæ in prima conclu. proposuimus. Iam intellectus ex eo est verus, quia vera cōprehensione res ipsas intuetur, quæ certe cōprehensio non aliunde quā ab ipsis met rebus, tamquam à legitima causa potest oriri. Adde res eodem modo se habere ad veritatem intellectus, quo medicamenta ad sanitatem (hoc enim exemplo omnes Philosophi vtuntur) nulli autem est dubium medicamenta esse causas sanitatis, quare & res ipsæ causæ erūt veritatis intellectus.
4. Conclusio. Quarta conclu. Si agamus de veritate intellectus practici, veritas nō tantum in intellectu, verum etiam & in ipsis rebus formaliter reperitur. Illam in intellectu reperiri satis superq. est exploratum: nam intellectus per exemplaria rebus ipsis ab arte effectis adæquatur. Esse tamen ipsam formaliter in rebus confirma-

tur, quia adæquatio passiuæ earundem ad intellectum (in qua est ratio veritatis cōstituta) in ipsis rebus formaliter reperitur. Iam cum adæquatio mensurati ad mensuram in mensurato reperitur, veritas huius generis in rebus reperietur, nam sunt res ab huiusmodi intellectu practico mensurate. Vnde cū intellectus diuinus habeat rationem practici, respectu omnium creaturarū, veritas huius generis ad omnes creaturas sese diffundit, omnes enim veræ dicuntur propter adæquationem ipsis inhærentem, quæ est ad exemplaria, & idæas in diuina mente retentas, vt in locis quæ proposuimus profertur D. Tho.

Quinta conclu. Veritas transcendens in rebus ipsis formaliter, & secundum essentiam reperitur. Confir. primo quia veritas transcendens est adæquatio rerum cum intellectu diuino: sed hæc adæquatio, vt constat ex superiori assertione, reperitur formaliter in rebus: ergo & veritas transcendens reperietur formaliter in illis. Secundo. Veritas consequitur naturam entis cum sit illius proprietatis: ergo eadem ratione competet rebus, qua illis competit ipsum ens, sed ens competit ipsis rebus (vt homini v. g. aut leoni) à parte rei extra omnem operationem intellectus: ergo & veritas conueniet eisdem à parte rei. Præterea eadem est ratio veritatis, quæ est aliarum proprietatum entis: sed alię proprietates vt vnum, & bonum, cōueniunt rebus à parte rei: ergo verum conueniet quoque eisdem à parte rei. Adnotandum est tamen hoc esse intelligendum tamquam in subiecto, nam cū duobus modis possit esse veritas in aliquo aut tamquā in subiecto, aut tanquam in termino, veritas transcendens est in rebus tanquam in subiecto, qua ratione intelligi debet as-

1. Conc.

2. Argu

3. argu

Obser

tertio

tertio proposita, in intellectu autem (precipue diuino) est tamquam in termino, quia terminus relationis quæ includitur in veritate, est ipsemet intellectus. Iam ad argu. Ad primum respon. veritatē quæ conuertitur cum ente esse veritatem materialem, vel veritatem rei, quæ nihil aliud est quam quædam commensuratio passiuæ ad intellectum diuinum, primo, & per se, & secundario ad intellectum creatum, hæc autem à parte rei reperitur. Verum quando nos constituimus veritatem tantum esse in intellectu loquuti sumus de veritate secundum essentiam. Ad secundum verum quod prædicatur de rebus omnibus, esse verum fundamentale, non autem verum formale, hoc autem iam diximus in superioris argu. solutione esse in rebus à parte rei. Ad tertium argu. Respon. veritatē esse in his rebus fundamentaliter, & tanquam in causa, quia aurum obrizum ex eo dicitur verum, quia natum est generare ex se in intellectu veram auri existimationem: atvero aurum chû dicitur aurum falsum, eo quod non sit natum generare ex se in intellectu veram auri opinionem. Ad quartum resp. D. Tho. loco citato, veritatem sensus circa proprium obiectum esse veritatem rei, non autem intellectus, vel non est veritas facultatis cognoscentis veritatem, quam vis enim sensus semper apprehendat obiectum proprium sicuti est à parte rei, ob quam causam dicitur verus, veritate rei, id est verus per conformitatem vnus ad alterum: Cæterum sensus non cognoscit huiusmodi conformitatem, quam solus intellectus post apprehendere: & ita veritas tamquam in cognoscente tantum est in intellectu, & nõ in quouis, sed in intellectu compo-

nente, & diuidente, & iudicante, re esse ita sicuti est, & sicuti cognoscitur, & non esse sicuti nõ est, & sicuti cognoscitur non esse, vt ostendemus q. sequenti.

QVAESTIO. VI. AN IN sola simplici vel potius in sola composita operatione intellectus veritas reperitur.

ET quidem in simplici operatione intellectus veritatem minime reperiri, confirmatur primum variis testimoniis Arist. & D. Tho. in quibus docent veritatem, & falsitatem non in simplici rerum apprehensione, sed in compositione, & diuisione esse constitutam. Arist. quidem id profitetur in præfatione huius 6. lib. meta cap. vlti. & 3. de anima cap. 6. D. Tho. autem 1. p. q. 16. ar. 2. q. 1. de verita. ar. 3. & 1. cont. Gent. cap. 59. ergo veritas non erit constituta in simplici rerum apprehensione. Deinde. Si in simplici rerum apprehensione daretur veritas daretur etiam in eadē falsitas, quia verum, & falsum, sunt contraria, & contraria nata sunt fieri circa idem subiectum, sed in illa nulla potest reperiri falsitas, vt testatur Arist. 3. de anima cap. 6. inquiring apprehensionem indiuisibilem in his consistere circa quæ falsitas non inest: ergo in prima operatione intellectus nulla veritas continebitur. Præterea. In vocibus simplicibus nulla reperitur veritas, vel falsitas, vt in his vocibus homo, cælum, elementum vt author est Arist. in præfatio. lib. huius de Interpretatione. ergo neq. in ea operatione intellectus, quæ exprimitur per illas reperietur veritas, vel falsitas: sed prima operatio intel-

Ad 1. argumen.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

Cont.

Argu.

argu.

Obfer.

lectus exprimitur per illas: ergo in prima operatione nulla reperietur veritas. Præterea confirmo in compositione & diuisione intellectus illam non reperiri. Si veritas tamquã in cognoscente in sola compositione, & diuisione intellectus inueniretur, fieret neque in Deo Opt. Max. neq. in angelis dari veritatem, quia neque in Deo, neque in angelis datur compositio, vel diuisio, sed sola simplex rerum apprehensio: atqui hoc est omnino falsum, & absurdum: igitur veritas non erit in huiusmodi operatione intellectus cõstituta.

Quæstionem quã in hoc loco explicandam proponimus luculenter satis disputant D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 2. q. 1. de verita. 1. lib. de interpretata. lecti. 3. & in aliis multis locis, Caieta. in commeta super locum propositum ex 1. p. & Ferrari. 1. Cont. Gent. cap. 59. ex quorum limpidiſſimis fontibus ea omnia hauriemus quæ huic q. explicandæ accommodata esse videbuntur. Vt igitur illã diffiniamus animaduerten. est in primis tres esse, inter alias, functiones intellectus patibilis. Prima est simplicium apprehensio: secunda apprehensio rerum compositarum, cuiusmodi est ea qua apprehendimus hominem esse animal capax disciplina: tertia est iudiciũ, quo medio iudicamus sint neita res à parte rei, vt eas esse per intellectum apprehendimus. Adnotandum est de inde duobus modis posse esse in aliquo veritatem, aut tamquam in subiecto cui inhaereat, aut tamquam in cognoscente ipsam. Alij dicunt veritatem sumi posse duobus modis, aut materialiter, aut formaliter, sumitur materialiter, ea ratione qua est in aliquo tamquam in cog-

1 Obser
uatio.

Obiect.

noscente. At Caieta. & alij ipsum imitati distinguunt veritatem in veritatem in actu signato, & in actu exercito. Veritas in actu signato, est illa quæ actu reflexo cognoscitur, vt veritas est, & apprehenditur sub ratione veritatis, nimirũ sub ratione cuiusdam adæquationis ad res cognititas exprimiturq. hoc nomine veritas. At veritas in actu exercito, est qualibet cognitio quæ adæquatur rebus, vel in qua exercetur adæquatio ad res ipsas, quamuis non sit illa cognita ab intellectu, vt quando ita proferimus, homo est animal, hæc enuntiatio est vera in actu exercito, quia ita est à parte rei, vt exprimitur per ipsam, quamuis intellectus non feratur in eã actu reflexo neque cognoscat ipsam, vt conformem, & adæquatam homini à parte rei.

His animaduersis. sit prima conclusio. Veritas in actu exercito, materialiter, aut tamquam in subiecto, in sensibus reperitur. Confir. hæc asser. in primis apertissimis testimoniis Arist. qui illam expressis verbis profertur 2. de anima cap. 6. docens sensus ita esse veros circa proprium obiectum, vt circa illud decipi nullo modo possint, & 3. de anima cap. 6. constituit visum esse verum circa colores, tum etiam 4. metaphy. cap. 5. satis perspicuis verbis docet sensus esse veros in proprijs obiectis cognoscendis. Deinde. Sensus informatus specie sensili rei obiectæ est illi adæquatus, & conformis: sed veritas nihil aliud est quã adæquatio, & conformitas facultatis cognoscendi ad rem cognitam: ergo in sensu reperitur tamquam in subiecto, & in actu exercito.

Secunda conclusio. Hæc eadem 1. Conclusio veritas reperitur in intellectu in prima illius apprehensione, Confir. ex Arist. qui 3. de anima cap. 6.

& 9.

1. Conclusio.

1. Conclusio.

& 9 meta. cap. vlti. docet duplicē esse veritatem, vnam simplicē quæ sita est in simplici rerum apprehensione, & alteram coniunctam, quæ est constituta in compositione, & diuisione: contabit igitur in simplici rerum apprehensione dari veritatem. Deinde intellectus in simplici rerum apprehensione est ad equatus, & conformis rebus cognitis, cū igitur veritas significet huiusmodi adæquationem, veritas proculdubio reperietur in prima functione intellectus.

3. Conc.

Tertia conclu. Veritas eiusdē generis, nimirum in actu exercito, & tanquam in subiecto reperitur etiā in apprehensione cōiuncta rerum, vt pote in compositione, & diuisione earum. Hæc conclu. ex superioribus est perspicua, quia in hac operatione intellectus reperitur adæquatio eius ad res, non minus quā in prima, quare si in prima propter hanc rationem reperitur veritas, & in secunda quoq. debet reperiri. Accedit etiā ad huius conclu. confirmatio. diffi. D. Augus. in lib. de vera religione, *Veritas est qua ostenditur id quod est*: at id quod est ostenditur in hac apprehensione composita intellectus: ergo in illa reperietur veritas.

1. Arg.

Rursus, Arist. 9. meta. cap. 11. & lib. 3. de ani. cap. 6. constituit dari veritatem compositam quæ non in alia quam in hac operatione intellectus potest reperiri, cuius munus est res componere, & diuidere: & 6. meta. cap. 3. profitetur veritatem & falsitatem in compositione & diuisione contineri, quod multo antea in præfatione huius operis proposuerat his verbis. *Verum enim, & falsum, coniunctione, & disunctione rerum, omne consistit*: erit igitur in cōpositione & diuisione intellectus veritas. Adhæc ex vocibus significatibus tamquam ex interpretate quo-

3. Arg.

dam, colligere possumus actiones in intellectus, quia voces signa sunt earum actionum, quæ in mente exercentur: sed in enuntiatione quæ exprimit nobis hanc actionem intellectus, reperitur veritas, vel falsitas, vt in hac (v. g.) sol est astrum cuius lux diffusa per aerem efficit diem, reperitur veritas, & in hac alia, sol non est astrum lucidum, reperitur falsitas: ergo in compositione, & diuisione intellectus, veritas reperietur. Ad extremum omnes Philosophi summe in hac re cōueniunt, cū tamen in multis alijs inter se dissideant, vt videre licet apud D. Tho. 1. p. q. 16. ar. 2. & apud eius interpretes in eodem loco, tum etiam & apud reliquos Theologos in 1. dis. 19. & apud Metaphy. 6. lib. cap. 3. erit igitur verissima conclusio.

4. Arg.

Quarta conclu. Veritas in actu signato, formaliter, & tanquam in cognoscente, in solo iudicio intellectus quo iudicamus res apprehensas in alijs functionibus, ita in se esse, vt apprehenduntur, continetur. Confir. Cognoscere veritatem secundum formam, & vt veritas est, nihil est aliud quam cognoscere adæquationem & conformitatem interuenientem inter res cognititas, & intellectum cognoscentem, ita vt tales esse res conspiciamus quales cognoscuntur esse, & tales in se sint, quales intellectus esse cognoscit: atqui hoc sine iudicio intellectus fieri nullo modo potest, etenim cognoscere hoc ita esse vt apprehenditur, & ita apprehendi vt in se est, actus est iudicij: ergo veritas tanquam in cognoscente, formaliter, siue in actu signato, in hac secunda functione intellectus, quæ est iudicium reperietur: quare cum non sit huiusmodi iudicium in sensibus, neque in prima actione intellectus, aut in secunda in apprehensione composita, in his

4. Con.

facultatibus ratione harum actio-
num, non ineri veritas in actu sig-
nato, & secundum formam. Vt inte-
rim omittamus in sensibus ob aliā
rationem, scilicet, quia non potest
in ipsis dari actio reflexa, non posse
huius generis veritatem reperiri,
quæ sine actione reflexa cohærere
nullo modo potest.

Ad 1. **Argu.** Dissoluamus iam argu. proposita
Ad primum dicimus Arist. & D.
Tho. intelligendos esse de veritate
tamquam in cognoscente, formaliter,
seu in actu signato, hoc enim pa-
cto tantum est in intellectu compo-
nente, & diuidente: non autem de
veritate materialiter, vel tamquam
in subiecto, qua ratione docuimus
in simplici rerum apprehensione
constituendam esse veritatem.

Ad 2. **Argu.** Ad secundum respondet. primo in
prima operatione intellectus per se
nullam contineri falsitatem, posse
tamen eandem per accidens in ipsa
inueniri, idq. tunc quando partes
diffinitionis nō sumuntur quæ su-
mendæ erant: vt si indiffinitione
hominis pro particeps rationis, &
mortali, sumamus experts rationis,
& immortalis: vel quando illæ quæ
sumendæ erant non accomodantur
rei diffinitæ, vt si eandem hominis
diffinitionem accomodarem sub-
stantijs separatis. Arist. igitur con-
stituens in prima operatione intel-
lectus nullam in esse falsitatem, in-
telligi debet per se, non autem per
accidens, ea q. ratione, qua in ipsa
permisceri potest aliqua composi-
tio. Respon. deinde negando propo-
sitionem, ad cuius confirmatio-
nem dicimus falsum tantum oppo-
ni vero, quod est in secunda opera-
tione intellectus, non autem vero
quod in prima continetur, cui solū
opponitur simplex quædam igno-
rantia rerum, aut nescientia: quia
simplicia (in quibus intelligendis

versatur prima operatio intelle-
ctus) aut tota sciuntur, aut tota ig-
norantur vt docebat Arist. 9. lib.
metaphy. cap. 12. Ad tertium nega-
mus propositionem, quia in vocibus
simplicibus reperitur quoq. veritas
simplex, tamquam in signo, non mi-
nus quam reperitur in prima ope-
ratione secundum formam, & essen-
tiam. Quod autem inquit Arist. in
vocibus simplicibus nullam inesse
veritatem, intelligi debet de verita-
te composita, & indicante, quæ rem
exprimit esse, vel non esse, nam hæc
in sola enuntiatione reperitur, quæ
diffinitur oratio indicans verum
vel falsum.

Ad argu. secundo loco effectum **Ad ar-**
aimus, quæ nos diximus, intelligen- **gum.**
da esse de intellectu humano, non-
autē de angelico, vel diuino: si enim
de humano sit sermo in eius compo-
sitione, & diuisione, erit veritas
constituenda, secus vero erit si de
diuino vel angelico agamus. Quod **Obseru.**
vt facilius intelligamus animaduerten-
ten. erit in compositione, & diuisione,
non contineri per se veritatem,
vt scilicet sunt compositio, & diui-
sio, sed ea ratione qua in illis conti-
netur iudicium conformitatis rerū
ad intellectum, & intellectus ad res,
quia in solo iudicio perse veritas
continetur. Vnde si extiterit ali-
quis intellectus in quo reperitur
huiusmodi iudicium, sine compo-
sitione, & diuisione in illo quoque
reperietur veritas absque vlla compo-
sitione, & diuisione: & si iudiciū
è contra nulla ratione esse poterit
absq. compositione, & diuisione, ne-
que veritas sine ipsis esse poterit.
Cum igitur in intellectu diuino, &
angelico, possit hoc iudicium repe-
riri per simplicem apprehensionem,
absque vlla compositione, & diui-
sione, veritas, reperietur. Verum
quia intellectu humano (ob eius im-
perfe-

perfectiorem in intelligendo) non potest tale iudicium sine compositione esse, neque veritas absq. compositione, & diuisione, vlla esse poterit.

Multa alia de veritate explicanda se poterat hoc loco offerre, quæ ne plus iusto in his rebus metaphy. immoremur. libenter missa facimus, legat (cui integrum fuerit) nostrum quartum librum de Transcendentibus, in quo luculenter satis ea omnia quæ de veritate dici poterant, explicata proposuimus. Ferre tamen æquo animo nequaquam possum, quod à quibusdam recentioribus effectum esse conspicio, qui de uerbo mentis diffusa ora

tione usque ad fastidium fere in hoc loco pertrahant, quod certe est eis uitio maximo uertendum: nam cura sit subtilis, & per difficilis, disputatio, & quæ uix ab his qui tam in prima, quam naturali Philosophia non leues progressus fecerunt, intelligi queat, quam poterit de illa rudis ad huc adolescens, rerumq. Philosophicarum omnino ignarus, haurire cognitionem? Ne igitur in horum hominum iustam reprehensionem incidamus, illam omnino prætermisimus, abunde satis eandem 3. lib. de Anima (si superi nobis bene faueant, ut hæc commentaria statim euulgentur) disputaturi est enim ille proprius huius disputa. locus.



DE

DE NOMINE

caput primum.

ARGUMENTVM CAPITIS.

Res tres partes est totū cap. distributum, in quarum prima traditur definitio nominis, in secunda quædam illius particulæ explicantur, & in tertia ab illius ratione casus obliqui excluduntur.

A Nomen igitur uox est instituto significans, omnis expers temporis, cuius pars nulla quicquam de clarat separatim. B. Nā in κελος ππ uocabulos ππ nihil per se significat, ut in hac oratione κελος ππ, Sed non est simplicium iunctorumque nominum eadem ratio: propterea quod in illis pars nullo modo significat, in his pars uidetur illa quidē esse significare, sed tamen separatim in hoc toto sumpta nihil declarat omnino: uelut in hoc uocabulo ιπκοι ποδιδας, illud κελος, nihil per se significat. C. Ex instituto autem dixi, quod nullum nomen natura constat, sed cum quasi nota quedam ad aliquid significandum erit impostum. Nam soni ij qui nullis literis exprimentur, quales sunt bellarū, aliquid illi quidem significant, attamen nullus eorum nomen est. D! Non homo autem nomen non est, nec ei nomen ullum impostum est, quo appellatur: quandoquidē nec oratio est, nec

negatio. Appelletur sanē nomen in finitum, quod æquē in quauis re dicitur, tam quæ est, quàm quæ nulla est. Hæc uero Philonis, & Philoni, & cætera eiusdem generis, non nomina sed casus nominis uocentur eis sine cum nomine communia, iuncta tamē uerbo est, aut erit, nec uerum nec falsum significant: quod in nomine fit semper: uelut his orationibus, Philonis est, uel non est, nondum quicquā uerè falsūe dicitur.

COMMENTARIA.

Methodo compositionis & nature obseruata in explicanda enuntiatione (quæ huius lib. est materia subiecta) progreditur, Arist. à simplicioribus si quidem, & à partibus initium ducens, ad compositiora, & ad totum ipsum explicandum tendit paulatim, vnde prius agit de nomine, uerbo, & oratione, quæ sunt partes enuntiationis, quam de ipsa enuntiatione pertractet. Exorditur autē à nomine tanquā ab eo quod in oratione primum sibi uendicat locum, cuius definitionem his uerbis proponit.

A. Nomen igitur uox est. Nomen est uox significans ex hominum instituto, sine tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat. In qua diffinitione continentur quinque particulæ, quarū prima quæ est uox obtinet locum generis, quamuis nō sit

1. parte
capitis.

Quid sit
nomen.

fit verum genus, sed materia illius reliquæ vero particule habent locum differentia, ex quibus secunda est, *Significans*, per quam separatur nomen ab alijs vocibus non significatibus, vt ab his vocibus blitiri, findapsus, bis baph, & ab alijs huius generis. Vox autem vt obiter ad moneam, est sonus emissus ab ore animalis, certis quibusdam instrumentis naturalibus eformatus, vt lingua, palato, dētibus, labijs, & alijs huiusmodi cum imaginatione aliquid significandi. Tertia particula est, *Ex hominum instituto* per quam separatur nomen ab alijs vocibus significatibus à natura, vt ab eiulibus lachrymantiu, à gemitibus infirmorum, & à latratibus canum, rugitibus leonū, mugitibus bouū, & ab alijs huiusmodi vocibus, quæ significant à natura, & non ab hominum instituto. Quarta particula est, *sive tempore* per quam separatur nomen à verbo, quia verba significant rationem aliquam cum tempore, nomina vero sine tempore significant. Quinta particula est, *cuius nulla pars separata aliquid significat* per quam nomen ab oratione separatur quia partes orationis separatæ à toto aliquid significant, nominis vero nihil significare videntur.

2. Pars capit.

B. *Nam in nomine.* In secunda parte cap. confir. Arist. duas particulas diffini. atque imprimis probat vlt. particulam, scilicet partes nominis separatæ à toto nihil significare, vtiturq. argumento à maiori ad minus, secundū Ammonium, & B. Albertum Mag. Si partes nominis separatæ à toto aliquid significarēt maxime esset in nominibus compositis, vt sunt Equiferus, Respub. Dominus, atqui in his nominibus partes separatæ à toto nihil significant, ergo neq. in alijs nominibus partes separatæ aliquid significa-

bunt. Confir. assump. partes huius nominis, dominus, sunt, do, & minus, atqui hæ partes separatæ à toto nihil significant: nam si significarent, prima pars quæ est do significaret dare, altera vero quæ est minus, significaret, non tantū, sed hoc fieri nullo modo potest, quia nomen illud dominus (cuius sunt partes) nō significat dare minus, sed herum, & habentem potestatem coercedendi seruos: ergo partes nominis separatæ nihil significabunt. Quod si dicas si partes nominis compositi separatæ à toto nihil significant: ergo nullum inter est discrimen inter nomina simplicia, & communia, quia in simplicibus quoque partes nominis separatæ nihil significant. Resp. Arist. esse latū discrimen inter hæc nomina quia in simplicibus, partes separatæ à toto neque significant aliquid, neq. videntur significare, vt partes huius nominis, leo, quæ sunt, le, &, o, neque significant neq. videntur significare. In compositis autem, quamuis partes nominis nihil significant, videntur tamen aliquid significare.

C. *Ex instituto autem.* Probat deinde Arist. tertiam particulam diffinitionis esse accommodatam, quæ est significat ex hominum instituto. In brutis animalibus dantur voces quædam, vt rugitus, latratus, & aliæ, quæ quia non possunt literis conscribi, vocantur illiteratæ, attamen illæ non dicuntur nomina quamuis significant à natura, non ob aliam causam nisi quia, non significant ex hominū instituto: ergo nomen nō debet esse quælibet vox significans, sed illa tantum quæ ex hominum instituto significabit.

D. *Non homo autem.* In hac postrema parte cap. Arist. excludit, à ratione nominis in primis nomina infra, vt sunt, non homo, vel nō leo, deinde vero

Obiectio.

Solutio.

Confir. 3. parti. Diffi.

3 pars. capit.

parte capit.

Quid sit nomen.

1. Ratio,

vero casus obliquos, Excludit, ergo primo à ratione nominis nomina infini. propter hanc rationē: Quia nomen est signum, vel materię certę, vt hoc nomen, homo, vel personę determinatę, vt sunt pronomina demonstrandi, hic, iste, vel ille, vel vtriusque, vt sunt nomina certę indiuiduorum, vt Socrates vel Plato, sed nomina infinita non significant rem aliquam vel naturam certam, cum tā dicantur de eo quod est, quam de eo quod nō est, vt hoc nomen, non homo, tam dicitur de leone qui est (nam leo non est homo) quam de chimera quę non est, ipsa siquidem non est homo, non igitur nomina infinita erunt nomina. Neque etiam erunt orationes, aut negationes, id est enunciationes negantes, cum partes nominis infiniti separatę nihil significant, vt in hoc nomine, nō homo, negatio illa, non, separatā nihil significat. Pręterea hoc nomen neque significat veritatem, neque falsitatem, at vero orationis partes separatę aliquid significant. Deinde enuntiatio negans significat veritatem, vel falsitatem, nomen autem infinitū nequaquam. Vocetur igitur inquit Arist. proprio, & accommodato nomine infinitum, eo quod fere ambiat infinita, tam scilicet ea quę sunt, quę ea quę non sunt, quę omnia certo, & determinato numero nequeunt comprehendi.

Exclw.
etiam ca
sus obli
quos.

E *Hęc vero Philonis.* Tandem Arist. excludit casus obliquos à ratione nominis, vt casus gignendi, & alios nam quamuis hi casus significant idem cum casu recto, nō tamē sunt nomina propter hęc rationē. Quia nomen vnitum cum verbo significat verum vel falsum, at vero casus obliqui vniti cum verbo, neque verum, neque falsum significant vt si ita dicamus in casu gignendi, Philo-

nis est, nullam veritatem exprimimus, nisi addam' aliud nomen in casu recto, ita vt dicamus, aurū est Philonis. Vnde ex his duabus particulis posterioribus colligere poterimus totam & integram definitionē nominis quę sic se habet.

Nomen est vox significans ex hominum instituto sine tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, finita, & casus recti. Ita vt per particulam finita, separetur à nominibus infinitis; & per particulam casus recti, à casibus obliquis secernatur.

Scholia in caput de Nomine.

A. Merito prius de nomine quam de verbo egisse Arist. constare poterit primo ex D. Tho. Ammo. B. Alber. Mag. quia nomen significat substantiam, verbum autem accidens, vt hoc nomē homo significat substantiam hominis, lego autem, quod est verbum, actionem legendi (quę est accidens) declarat: quare cum substantia sit prior accidentibus, merito de nomine prius quam de verbo, fuit instituta disputatio. Secundo ex Louaniensibus, quia nomina in enuntiatione obtinent locum materię, sunt enim illa, ex quibus tanquam ex partibus tota enuntiatione coalescit verbum autem locum formę sibi vendicat, connectit enim, copulatq. inter se subiectum, & attributum: at materia generatione, & ortu, prior est forma, quare, & nomen prius erit verbo, ac proinde illius natura prius debuit explicari. Addit Toletus & tertiam rationem, quia nomen est simplicius verbo, etenim nomen, rem unam tantum significat, scilicet substantiam, vt hoc nomen, homo, solum hominem,

1. Oble.

Ob quę
causam
egerit
prius de
nomine
I. causa.

Secūda.

Tertia.

stem, at vero verbum, duo significat, & actionem, & tempus in quo illa peragitur vt Amo, & actionem amandi, & tempus præsens in quo illa exercetur, significat: Certum autem est, ea quæ sunt simpliciora, priora esse his quæ sunt compositiora, ob hanc si quidem rationem docebit deinde Arist. 1. de Demonstr. cap. 23. Arithmeticam esse priorem Geometria, quia agit de numero,

qui est simplicior magnitudine, de qua disputat Geometria.

B. D. Tho. egregia quadam ratione confir. partes nominis separatas à nomine nihil significare. Nulla pars separata à toto potest formam illius obtinere, sed significatio est forma nominis, ergo si partes nominis ab eo separentur, nullam prorsus obtinebunt significationem.

2. Obser

Disputatio de nomine, vnica sectione compræhensa.

ARGUMENTVM.

Circa ea quæ de nomine proposuit nobis Arist. nonnullæ sese offerunt explicandæ difficultates, quas æquum est prius antequam vltius progrediamur, vt explicatas proponamus.

Sect. vnica. Questio 1. Sit ne vera ea quæ proposita sunt ab Arist. in hoc cap.

Perpédamus tamē nū ea quæ tradita fuerunt ab Arist. sint vera nec ne, nā nō esse his argu. possum^o demonstrare. Primum in mente dātur vera nomina, quæ communi nomine dicuntur mentalia, & in scriptura dantur etiam alia, sed neque nomen quod est in mente, neque illud quod est in scriptura, est vox, nam vox est sonus, qui certe neque in scriptura, neque in mente reperitur, ergo non recte fuit nomen diffinitum per vocem. Secundum. Totā diffinitio nominis competit huic voci canis, si percurramus singulas

eius particulas, quæ omnes illi adaptantur, sed hæc vox non est nomen, quia nomen rem certam significat, hæc autem vox multas naturas declarat: ergo diffinitio proposita erit vitiosa, cum alteri competat à re difinita. Tertium. Hæc nomina, tempus, dies, mensis, & annus, significant tempus, non ergo recte docuit Arist. nomina non significare cum tempore. Quartum. Totā hæc diffinitio competit aduerbiis vt huic aduerbio, attente, quemadmodum constare poterit, si omnes eius particulas percurramus: sed aduerbium nō est no-

1. Obse.

Ob quā causam egerit prius de nomine
1. causa.

Secūda.

Tertia.

1. Arg.

2. Arg.

3. argu.

4. argu.

est nomen: ergo hæc diffinitio erit vitiosa, cum competat alteri à re dif-
finita. **Quintum.** Illud quod com-
ponitur rex nominibus, obtinet par-
tes perse significantes, quia nomina
per se aliquid significant, sed nomi-
na composita componuntur ex no-
minibus simplicibus, vt hoc nomē
equiferus componitur ex nomine,
equus, & ex nomine, ferus, ergo nō
recte docuit Arist. partes nominis
compositi nihil significare.

Hæc tamen argu. non sunt adeo
firma, vt propter illa à verissima
sententia Arist. recedere debeamus.
Ad primum igitur Resp. Ex concilio
Louaniense hanc diffinitionem
tantum conuenire nomini ore pro-
lato vel vocali (vt dicunt) poterit
autem conuenire alijs nominibus
mutatis paucis particulis, nam no-
mini scripto conueniet, si loco pri-
mæ particulæ, quæ est *vox significans*
collocemus scripturam, ita vt sen-
sus sit, nomen scriptum, est scriptu-
ra significans &c. nomini vero mē-
tali conueniet mutatis duabus par-
ticulis, prima quæ est *vox*, & altera
quæ est *ex hominum instituto* loco
quæ prime collocemus, signum for-
male, loco vero alterius collocemus
ex sua natura significans, ad hunc
modum. Nomen mentale est signū
formale significans ex sua natura.
sine tempore, &c. nam adhibitis illis
duabus particulis reliquæ partes dif-
finitionis nomini mētali cōueniēt.

Queret tamen aliquis, An nomē
prædicetur synonyme de his tribus
generibus nominum. Scilicet de mē-
tali, vocali, & scripto. Nam magister
Soto 2. lib. Sūmularum cap. 1. exi-
stimat, nomen vt est signum cuius
partes separatæ nihil significant, ea
ratione qua est diffinitum à nobis,
prædicari synonyme de illis, quam-
uis inquit si loquamur de nomine,
vt ab eo petitur de nominatio, no-

men proprie tantum competit no-
mini vocali, non autem mentali vel
scripto quibus solum competit me-
taphorice, nam proprie tantum ali-
quid nominamus, nomine ab ore
prolato. Ego vero quamuis in hac
ultima parte ab eo non dissentiam,
in prima tamen non possum cum
eo conuenire, existimo enim nomē
vt est diffinitum in hoc loco, non
prædicari synonyme, sed analogice,
analogia secundum prius, & poste-
rius quæ est analogia secundū atri-
butionem, cuius ratio est. Quia il-
lud omne quod prædicatur per
prius, & posterius, non prædicatur
synonyme, sed analogice, at nomen
prius prædicatur de nomine menta-
li, quam de vocali, quia significatio
vocalis à significatione mentalis est
deducta, & prius prædicatur de vo-
cali quam de scripto, quia significa-
tio scripti à significatione vocalis
deriuatur iam ergo non prædica-
tur synonyme, sed analogice. Ad se-
cundum Resp. Concilium Louani-
ense, hanc vocem non esse nomen
propter rationem assignatā, negatq.
diffinitionem propositam illi con-
uenire: nam sub prima particula il-
lus quæ est vox, sub intelligi debet
vox vna, & synonyma, qualis non
est canis, cum multa significet, di-
uersarum naturarum. Ad Tertium
Respon. ex D. Tho. aliud esse signi-
ficare tempus, & aliud significare
cum tempore, nam significare tem-
pus, est significare rem ipsam quæ
est tempus, significare vero cum tē-
pore, est significare aliquid cum mo-
tu, per modum actionis, vel passio-
nis, vt sunt hæc verba *lego*, & *curro*.
vnde prædicta nomina significant
quidem tempus, scilicet rem ipsam
quæ vocatur tempus, non tamē sig-
nificat cum tempore, quia non sig-
nificant motum aliquem nimirū
actionem, vel passionem, at Arist.
non

2. argu.

Ad 1. ar-
gumen.

2. obser.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

non docuit nomina non significare tempus, sed non significare cum tēpore, vt diffusius in cap. de verbo ostendimus. Ad quartum resp. quidam vltimam particulam quæ est casus recti non conuenire aduerbio, nam illud cum non sit nomen, non poterit declinari per casus rectos, vel obliquos, Resp. secundo (& multo melius) separari aduerbium à ratione nominis, per secundam particulam, quæ est significare nam aduerbia per se sumpta nihil significant, sed confignificant, si sumantur cum aliis nominibus, vt hoc idem aduerbium *attento* per se prolatam nihil denotat, sed si proferatur cum alio vt si dicamus *attento* audi, at vero nomina per se prolata aliquid significant. Ad quintum Resp. distinguendam esse propositionem, quia aut nomina retinent rationem nominis, aut transeunt in rationē syllabarum, primo modo vera est propositio, secundo vero modo est falsa.

Ad 5.

Cæterum nomina simplicia non componunt coniuncta vt nomina sunt, sed vt transeunt illa in rationem syllabarum, & ita huiusmodi nomina si separantur à nominibus compositis, vt erant partes illorum, nihil significant, eo quod significatio totius nominis non conlurgit ex significatione partiū, ita vt primo competat partibus & deinde toti, sed primo competit toti, & deinde ad singulas partes deriuatur. Nā quemadmodum facultas volandi in volucris, primo reperitur in animali & deinde deriuatur ad alas, quæ ita deseruiunt actioni volandi, vt neutra per se sumpta exercent illā, sed ambæ simul in toto volatum exequantur: ita quoque significatio in nominibus, primo, & perse, reperitur in toto nomine, deinde vero ad eius partes deriuabitur ita tamē vt neutra per se sumpta, & separata,

à toto aliquid significet, sed vnit² cum altera, in eodem toto, totius retineat significationem.

QVAESTIO. II. SIT NE
VOX materia, uel genus nominis
minis nec ne.

ET quidem non esse materiam consistit primo. Quia si vox esset materia, & fundamentum nominis, sequeretur nomen sumptum secundum formam esse ens rei: etenim in relationibus, illæ sunt reales quorū fundamentū est reale, vt in categoriarum docebamus, at forma nominis est significatio, quæ nihil est aliud quā relatio quædā significans ad rem significatam: hoc autem est omnino falsum cum hæc significatio dependeat ex libera voluntate, & non à natura, ergo vox non erit materia nominis. Secundo. Omnis forma denominans est in materia denominata, sed forma nominis, (quæ est significatio) non est in voce nam illa est ens rationis, quod nulli tamquam subiecto in hæere, ostendimus supra de rebus vniuersus disputantes, non igitur vox erit materia nominis.

Quidam è quorum numero extitit Michael Pfellus in comment. huius loci existimant vocem posse sumi duobus modis, primo vt est sonus quidā emissus ab ore animalis & secundo vt in se significationem aliquam comprehendit. Si primo modo fumatur, vox non est genus nominis, neque orationis, si tamen secundo modo vsurpetur, est verū genus illius, vnde nō vox, sed vox significans erit genus nominis. Alij vero censent vocem nulla ratione sumptam esse genus nominis, & orationis, sed materiā vtriusque, eo quod nomina, & orationes, sint in voce

Ppp tanquam

1. Arg.

2. Arg.

1. Opin.

2. Opin.

Ad 2.

Ad 3.

tamquam in materia, & proprio subiecto: Quemadmodum figura catredæ est in ligno tanquã in materia, & proprio subiecto. Hanc sententiã secutus est D. Tho. Ammonius, & omnes alij fere vnico excepto Augustino Nimpho, & altero Lodouico Lemosio quibus libuit sequi priorem opinionem, inquit enim, vocem articulatam esse genus nominis. Nos tamen vt explicemus secundam opinionem tanquam veriorem, proponimus has assertiones.

- 1. Conc.** Prima conclu. vox neq. est genus nominis, neque verbi, neque orationis, sed materia, in qua hæc omnia reperiuntur. Hanc asser. suademus in primis testimonio Arist. 5. lib. de generatione animalium cap. 7. vbi expressis verbis docet materiã orationis esse vocem. Ex quo testimonio ita connecto arg. Materia tam in rebus à natura productis, quam in his quæ ab arte fiunt non est genus rei constitutæ, sed secundum Arist. materia nominis est vox, ergo vox non poterit esse genus illius.
- Secun.** Secundum. Res ab arte cõfecta nulla ratione potest esse species rei naturalis, neque res naturalis poterit esse genus illius, sed vox est res à natura tributa, nomina vero sunt res ab arte cõfectæ, quia dependent à libero hominum arbitrio, quemadmodum etiam dependent res artificiales, ergo vox non poterit esse genus nominis. Tertium genus entis rationis, debet esse ens rationis in eadẽ categoria comprehensum: sed nomen est ens rationis, cum illius impositio ab intellectu humano dependeat, vox autem est ens rei, que non continetur in categoria entis rationis, sed qualitatis, sub tertia specie, ergo vox non poterit esse genus nominis.
- 2. Conc.** Secunda conclu. Signum vel no-

ta est genus nominis, verbi, & orationis. Hanc optime explicat Ammonius. Confir. Genus est quod dicitur de multis specie differentibus in quid, sed signum prædicatur de signo naturali, & ad placitum, (sub quo continetur nomen) quæ differunt specie, & inquit, ergo signum erit genus nominis. Confir. assumptio, in primis signum esse genus ad signum naturale, & ad placitum, nulli est dubium: deinde signum prædicari in quid de illis, est etiam apertum, nam roganti quid est signum naturale, vel quid est signum ad placitum, optime respondemus est signum. Verum animaduertendum erit signum esse genus remotum nominis, signum autem instrumentale, ad placitum, suppositiuũ, & significatiuum, esse proximũ genus illius. Ex his duabus asser. hæc duo cõfectaria colligimus. Primũ diffinitionem traditã ab Arist. esse traditam per materiã, & subiectũ nominis. Secundum hanc diffinitionem. *Nomen est signum ex hominum instituto significans.* &c. Esse diffinitionem essentialẽ traditam per verũ genus illius.

Igitur ad arg. Ad 1. dicimus falsum esse vocem esse fundamentum nominis, illud enim est libera hominum impositio, quæ cum nihil ponat in rebus, poterit esse proximum fundamentũ huius relationis, quæ per nomen ipsum declaratur: erit itaq. vox subiectum nominis, non inhaesionis, sed denominationis, nõ tamen erit fundamentum Ad secundum resp. nomen esse formam denominantem vocem extrinsece, at forma ita denominans, non est in subiecto denominato, vt actio quæ denominat agens, non in ipso, sed in passo reperitur.

Quod si quis roget, ob quã causã Arist. non diffinierit nomẽ per suũ genus,

Ad not.

2. Conc. secta.

Ad 1. argum.

Ad 2. argum.

Solutio. genus, sed per materiam. Resp. cum D. Tho. causam esse quia nomen significat accidens in concreto: proprium autem est horum accidentium, vt per subiectum, & materiam diffiniuntur, vt auctor est Arist. 7. metaph. cap. 5. Vel quia est illud res quædam artificialis, quod genus rerum, per materiam solet diffiniri, nam cathedram diffinimus, esse lignum, hac vel illa figura, circulari, vel quadrata affectum.

QVAESTIO III. AN VO-
ces infinitæ vocari debeant
nomina nec ne.

Nomine vocis infinitæ intelligimus dictionem aliquam positivam, præposita negatione, vt sunt hæc, non homo, non leo, de his inquam querimus finitæ nomina nec nenâ esse vera nomina ita possumus demonstrare. Primo. Si nomina infinita non essent nomina, ex eo esset, quia nomen debet continere rem aliquam certam, quam nō continet vox infinita, sed hæc ratio nulla est, quia hoc nomen intelligibile, multo plura continet, quam nomen infinitum: nam dicitur tam de eo quod est, quam de eo quod nō est, omnia enim nata sunt intelligi ab intellectu, cum tamen hoc nomen intelligibile, sit vere, & proprie nomen, ergo & nomen infinitū erit vere, & proprie nomen. Secundū. Hoc nomen infinitum, non ens, & hoc nomen, nihil, videntur significare vnum, & idem, sed hoc nomen nihil, est verum, & legitimum nomen, ergo & hoc nomen infinitum, nō ens, erit quoque verū, & legitimum nomen. Tertium, Si nomen infinitum non esset verum & legitimum nomē, ex eo esset, quia habet late patentem significationē,

& multa continet, atqui hæc ratio nulla est: nam ens continet multo plura, confusa quadam ratione, quā contineat nomen infinitum, cum tamen hoc nomen ens, sit verum, & legitimum nomen, ergo & nomē infinitum, erit quoque verum, & legitimum nomen. Hæc tamen arg. nihil nos commouent vt propter ipsa asserere debeamus voces infinitas esse inter vera, & legitima nomina referenda. Cæterum vt quæst. explicemus animaduertimus primo. Hanc dictionem nō sumi posse, aut vt est negatio, habens vim remouendi vñ ab altero, aut vt tran sit in naturā syllabæ, amissa facultate negandi. Obtinet vim negationis, in hac oratione, homo non est lapis, habet enim in illa facultatem remouendi lapidem ab homine: obtinet vero vim alicuius syllabæ, in hac dictione, non homo, & in aliis similibus, nam in illa, nihil negat, sed tantum cum aliis duabus syllabis, ho, & mo, totum ipsum nomen, nō homo, componit: vnde quando dicimus in nominibus infinitis esse præponendam negationem nomini finito, sumenda est negatio, non in vi negationis, sed vt in syllabæ naturam transfertur. Animaduertendum est deinde in nominibus infinitis reperiri illud quod negatur, & illud à quo negatur, nam nomen infinitum duplex obtinet significatū, vnum à quo aliquid negatur, & alterum quod negatur, vt hoc nomē non homo, significat leonem, & omne quod est præter hominem, tanquam illud quod negatur ab homine, quia leo, non est homo, & significat ipsum hominem tanquam illud à quo negatur leo. Inter quæ duo significata est latum discrimen quia significatū à quo negatur, est significatum materiale, illud vero quod negatur, est formale. Præ-

1 Obser

2. Ob-
seruatio

Ad not.

2. Con-
secta.

Ad 1.
argum.

Ad 2.
argum.

1. Arg.

2. Arg.

3. argu.

rea differunt, quia significatum materiale, expresse continetur in significatione nominis, vt homo expresse continetur in hac voce infinita non homo, at uero significatum formale non continetur expresse in significatione nominis, sed implicite, obscure, & confuse, nam sub ista voce, non homo, continentur omnia præter hominem confusa quadã & indistincta significatione, nam in eo expresse non significatur leo vel cælum, sed tantum hæc sub illo debent intelligi. Sciendum est iterum ad rationem signi sufficere vt facultate cognoscendi aliquid repræsentet, siue distincte, siue cõmuni quadam, & confusa ratione, at vero ad rationem nominis non sufficit aliquid repræsentare facultati cognoscendi, sed necesse est vt rem illam repræsentet determinate: nã omnia nomina significare debent, aut certam naturam, vt hoc nomen homo, aut certam personam, vt pronomen demonstrandi, hic vel ille, aut vtrumque simul, vt hoc nomen, So crates vel Ioannes. Quibus animaduersis. Sit prima conclu: Voces infinitæ sunt vera, & legitima signa. Cõfir. Signum est illud quod facultati cognoscendiali quid repræsentat, sed voces infinitæ sunt huiusmodi, ergo erunt illæ sub signo compræhensæ. Cõfir. assump. Si quis audiat hanc vocem non homo, illico se offert eius intellectui vel equus, vel leo, vel quidpiam aliud quod non est homo, ergo huiusmo, voces infinitæ, repræsentabunt aliquid facultati cognoscendi.

2. Conc. Secunda conclu. Voces infinitæ, non sunt vlla ratione vocandæ nomina, neque comprehenduntur sub ista diffinitione nominis proposita ab Arist. Cõfir. in primis auctori

1. Arg. Arist. in hoc cap. expresse excludentis nomina infinita à ratione nomi-

num. Cõfir. deinde. Nomen significat certã aliquã, & diffinitã naturã vel personã vel vtrumque, naturam & personã, sed voces infinitæ neque denotant certam naturã, neque personam, ergo huiusmo. voces non erunt nomina. Cõfir. assump. hæc vox non homo quæ est infinita de terminate neque significat leonem, neque bouem, neque aliud huiusmodi, sed hæc omnia continet confusa quadam ratione, ergo voces infinitæ non significabunt naturam aliquam certam vel personam. Tercio. Nomina potius exprimunt quid res sit, quam quid nõ sit, sunt enim notæ quadam, declarantes naturã, & essentiam, quam de rebus præhẽdimus, sed voces infinitæ potius explicant quid non sit res, quam quid sit illa, vt hæc vox, non homo, quæ dicitur de leone, potius explicat quid non sit leo quam quid ipse sit, explicat enim leonem non esse hominem, non tamen quænam sit leonis natura & essentia, ergo voces infinitæ, non erunt nomina.

Ad argumen. gitor resp. ad Primum esse disparem rationem inter intelligibile, & nomen infinitum, quia quamuis intelligibile, multo plura complectatur, quam nomen infinitum, significat tamen certam aliquam & determinatam naturam scilicet omnem naturam quæ potest intelligi, quæ exprimitur hoc nomine, intelligibile, & ita illud erit proprie nomen, at vero nomen infinitum, & continet multa, & non significat certam aliquam, & determinatam naturam, ob quam causam nulla ratione poterit vere, & proprie, vocari nomen cum omne nomen significare debeat certã aliquam naturam. Ad secundum resp. in primis, non ens, & nihil, non esse vnũ, & idem, ratione rei significatæ: nã nihil significat naturam aliquam in

2. Arg.

3. Arg.

Ad 1. arg.

Ad 2.

aprehensione intellectus, non ens autem non significat, neque naturam, quæ sit a parte rei, neque quæ sit in apprehensione intellectus. Ita quidam dicunt. Melius tamen resp. neque nihil, apud Dialecticos esse nomen, cum non significet certam aliquam naturam. Ad tertium Resp. hoc nomen ens denotare certam aliquam & determinatam naturam, quamvis contineat multa confusa quadam ratione, exprimit enim ipsum esse, ob quam causam illud est verum & legitimum nomen, atvero nomen infinitum, non significat certam aliquam, & determinatam naturam, & ita nulla ratione verum, & legitimum nomen esse poterit.

QVAESTIO III. AN NOMEN infinitum tam dicatur de eo quod est quam de eo quod non est.

PArtem negã. scilicet non dici de eo quod non est, his tribus argu. possumus confirmare. Primũ. A propositione tertij adiacentis, ad propositionem secundi adiacentis, est optima consequentia, iuxta Dialecticos, nam recte sequitur, homo est albus, ergo homo est, sed non recte sequitur, chimera est non homo (quæ est propositio tertij adiacentis, in qua attributum est nomen infinitum) ergo chimera est, quæ est propositio secundi adiacentis, ergo nomen infinitum, non poterit predicari in propositione tertij adiacentis, de eo quod non est. Secundum. Arist. primo lib. priorum cap. vit. docet non esse rectam consequentiam, a propositione attributi infiniti, ad existentiam subiecti, quando attributũ predicatur de eo quod non est, vt non recte sequitur chimera est non homo, ergo chimera

est, ergo nomen infinitum, non prædicatur de eo, quod non est. Tertium. In omni nomine infinito debet sumi suppositum aliquod quod negetur ab altero, vt in hac propositione, homo est non lapis, subintelligitur aliquod suppositum, sub non lapide, quod negatur ab eo, sed sub non ente, non possumus sumere re aliquam, aut suppositum, ergo nomen infinitum, non potest dici de non ente.

Propter hæc arg. quidam existimant nomen infinitum (vt est hoc nomen non homo) significare quidem tam rem quæ est, quã eam quæ non est, verum non prædicari illud de re quæ non est, sed tantum de ea quæ est a parte rei, vt nomen propositum significat leonem, qui est, & chimeram quæ non est, verum illud non prædicatur de chimera, sed tantum de leone, nã si chimera nõ est, quid quæso poterit de ea dici? Hanc op. secutus est M. Sotus 2. lib. sumularum cap. 1. notabili 6. Iauellus trac. 2. cap. 2. suæ Dialecticæ.

Cæterum veteres Dialectici contrariam opinionem amplectuntur existimant enim nomina infinita, tam dici de eo quod est quam de eo quod non est: in hac extiterunt D. Tho. Boetius, Ammonius, & ex recentioribus Toletus in commentariis huius cap. & quam plures alij. Quam tanquam veriolem amplectentes, his assertio. explicamus.

Prima autem sit. Nomen infinitum tam significat id quod est, quam etiam illud quod non est vt hoc nomen, non homo, tam significat leonem, qui est, quam chimeram quæ non est. Hæc asser. est aper tissima, quam ita confir. Nomen infinitum representat facultati cognoscendi tam illud quod est, quam illud quod non est, nam audita hac voce, non homo, poterit per illam

3. Arg.

Opin.

2. Opil

1. Conc.

Arg.

Ad 3.

Argu.

1. argu.

Ad 1. argu.

2. Argu.

Ad 2.

qui vis intelligere, & equum qui est nam ille non est homo, & chimera quæ non est, quia chimera non est homo, sed signum est illud quod facultati cognoscendi aliquid representat, ergo nomen infinitum, tam significabit illud quod est, quam illud quod non est.

1. Conc. Secunda conclu. Nomen infinitum dicitur etiam tam de eo quod est, quam de eo quod non est, vt nō homo, tam dicitur de leone qui est quam de chimera quæ non est. Confir. hæc con. in primis testimonio Arist. qui in hoc cap. expressis verbis profertur nomen infinitum tā dici de eo quod est quā de eo quod non est. Præterea ex duabus vocibus contradicentibus vna illarum debet necessario vere affirmari de subiecto, & altera negari, siue subiectum sit, siue non fuerit, sed duæ hæ voces, homo, non homo, sunt contradicentes, ergo vna earum debet affirmari de chimera quæ nō est, atqui homo non affirmatur de illa, ergo nō homo, affirmabitur de illa, sed non homo, est nomen infinitū, & chimera non est, ergo nomen infinitum, tam dicitur de eo quod est, quā de eo quod nō est. Tertiū. Si nomen infinitum non diceretur de re quæ non est, ex eo esset, quia de eo quod non est, nihil potest dici, vt in dicare videtur Magister Sotus atqui hæc ratio nulla est, quia hæc propositio, chimera est monstrū, est oratio vera, & essentialis, cuius subiectum (quod est chimera) non est a parte rei, ergo quamuis in his propositionibus in quibus nomen infinitum prædicatur de subiecto quod non est, subiectū propositionis non sit, erunt nihilominus veræ propositiones.

Ad 1. argum. Iam ad argu. ad primum respon. propositionem non semper esse veram, sed aliquando esse falsam, nam

in primis quando attrib. est de essentia subiecti, non recte sequitur, a propositione tertij adiacentis, ad propositionem secundi adiacentis, non enim recte sequitur, in hieme rosa est flos, ergo rosa est. Præterea neque est vera propositio, quando attributum aufert esse a subiecto, & ita non recte sequitur, domus est cōbusta, ergo domus est. Pari etiam ratione in his attributionibus in quibus nomen infinitum prædicatur de eo quod non est, non recte sequitur a propositione tertij, ad propositionem secundi adiacentis, Ad secundum quidam respon. Arist. loquatum esse ex aliorum sententia. Alij autem loquatum fuisse eundem in cap. citato disputatū, nihil certo statuendo. Verum hi errant maxime, quia Arist. in eo loco nullas recensens & veterū opiniones, nec questionem vllam proponit, sed iacit theorematā quædam certissima, ad intelligenda ea quæ tractantur in opere. Vnde respon. erit cum Monlorio esse duo genera attributorum, quædam enim sunt attributa solum ac præcise infinita cuiusmodi censetur non lapis, in hac propositione, homo est non lapis, nec enim in ea aliud quidpiam est quam attributum præcise infinitum: alia vero sunt mixta ex nomine infinito, & alio termino positiuo, cuiusmodi est quod collocatur in hac propositione (v.g.) hoc quod digito demonstro, est lignum non album, in ipsa enim propositione, attributū quod est non album, est nomen infinitū mixtum tamen cum ligno, quod est terminus positiuus. Arist. igitur in hoc loco, tantum est loquutus de propositionibus attrib. infiniti mixti, non autem de ijs quæ constant attributo tantum, ac præcise infinito, recte enim colligitur hoc est lignum nō album, ergo hoc est,

Ad 2.

Nonnullæ solutiones.

Solutio tantum ample.

nam

nam si ego digito demonstro illud esse, recte igitur sequitur ergo illud est. Verum propositio hæc chimera est non homo, constat attributo tantum infinito, & ita ab ea non recte inferitur, ergo chimera est. Ad tertiu^m distinguimus assumptionem cū D. Tho. quia vel possumus sumere sub nomine infinito aliquod suppositum, quod reuera sit, aut aliquod aliud quod apprehendatur esse per intellectū. Primo modo non est necesse vt sub nomine infinito sumatur aliquod suppositū, secundo vero modo omnino necessarium est illud sumi. Et ita quamuis sub nomine infinito vt dicitur de non ente, non sumamus aliquod suppositum quod reuera sit, attamen sumimus aliquod suppositum quod apprehenditur esse, nam licet chimera a parte rei non sit, in hac tamen propositione, chimera est nō homo, apprehenditur illa, ac si reuera esset.

Ad 3.

QVAESTIO. V. AN ENS & alia transcendentia reddi possint infinita.

Offert se etiam alia dubitatio circa nomina transcenden. possint ne illa reddi infinita, vel aoristari (vt alij aiunt) nec ne: nam cum sit certum, & exploratum, apud omnes Dialecticos, nomina quæ significat naturas priuatas, vt sunt hæc nomina, homo, elementum, & cælum, reddi posse infinita, est tamen de nominibus transcendentibus vt ente, vno, vero, bono, cōtrouersia, & disceptationum illa possint reddi infinita, hoc enim fieri posse, confirmari videtur primo. Quolibet nomen finitum si illi præponatur negatio potest reddi infinitum: ergo & hæc nomina transcendentia, cum sint nomina finita, si illis præponatur

2. argu.

negatio reddentur haud dubie illa infinita. Secun. In hac enuntiatione lapis est non ens, attributum est natura transcen. reddita infinita, & quidem est attributio vera, nā non ens sumi potest pro arbore, quæ nō est illud ens quod est lapis, redditq. hunc sensum, lapis non est tale ens, quod est arbor: ergo poterunt nomina transcendentia reddi infinita.

2. Arg

De hac q. est r. opt. quæ tuetur partem aientem propter argu. quæ proposuimus: quam sequuntur M. Soto 2. lib. summul. cap. 1. Suefanus in commenta. huius loci, Louanienses, & multi ex recentioribus. Secunda est quæ sequitur partē negantem, hæc nempe nomina nullo modo posse reddi infinita. Hæc amplectuntur Seueri. Boeti. Beatus Albert. Mag. tractatu 2. huius lib. cap. 5. qui & hanc eandem sententiam tenuisse Auicennā profitetur, & inter recentiores Toletus cum multis aliis. Cæterum vt quæstionem explicare possimus animaduertimus, ens sumi posse, vel in late patente quadam significatione, vt est diuisum contra nihil, vel in alia angustiori, vt solum denotat vel ens rei, vel ens rationis, vel ens quod est substantia, aut illud quod est accidens.

1. Opin.

2. opin.

Obser.

Sit prima conclusio. Si loquamur de ente in angustiori significatione, vt denotat naturam contractam ad ens rei, vel rationis, substantiam, vel accidētia, reddi potest infinitū. Confirmatur quia in ente ita sumpto, assignari possunt ea quæ constituunt rationem nominis infiniti, scilicet, illud quod negatur, & a quo negatur. Vnde quando dicimus ens rei est nōens, per nō ens intelligētes ens recte dicim⁹ rationis, nā datur id quod negatur, scilicet natura entis rationis, & id a quo negatur, nimirum ens rei, sed in illis nominibus

1. Conc.

in quibus reperitur illud quod negatur, & à quo negatur potest ratio nominis infiniti inueniri: ergo ens in hac angusta significatione acceptum, poterit reddi infinitum. Et forsatis M. Sotus, & Suesanus, nihil aliud docere voluerunt, quam ens ita sumptum posse reddi infinitum nam Suesanus aperte satis sese ipsum explicat, vt cuiq. ipsum legenti poterit innotescere.

Secun. conclu. Ens in illa late patente significatione, vt est diuisum contra nihil, non potest reddi infinitum. Confirma. primo. Nomen infinitum vere predicatur tã de eo quod est, quam de eo quod non est iuxta Arist. at non ens (sumpto ente in late patente illa significatione) non potest predicari tã de eo quod est quã de eo quod non est, nam illud quod neq. est ens rei, neque rationis, nec de aliquo dici potest, nec aptum est, vt de ipso aliquid enuntietur: ens igitur in hac significatione sumptum, minime poterit reddi infinitum. Quidam respon. propositionem desumptam ex Arist. non esse intelligendam de omnibus nominibus infinitis, sed de quibusdã tantum nimirum de his quæ significant certã naturam & diffinitã. Verum hi decipiuntur maxime, primo quia non est maior ratio quare quædam nomina infinita prædicentur tã de eo quod est, quã de eo quod non est, alia vero nequaquã dicatur. Deinde quia nomen infinitum est nomen synonymum, quare & de suis inferioribus debet ex æquo predicari: si igitur quædam nomina infinita prædicantur tam de eo quod est, quam de eo quod non est, etiam & alia eodem modo prædicabuntur de hoc vtroque. Confirma. iterum hæc eadem conclu. In omni nomine infinito debet reperiri id quod negatur, & id a quo negatur: sed præ-

terens in hac significatione vsurpatum, nihil est aliud à quo natura entis negari possit: ens igitur in hac significatione nõ poterit reddi infini.

Tertia conclusio. Ens hac eadem significatione, non potest vlllo modo priuari. Hanc conclu. constituit D. Tho. ex Ammonio, & Boetio in Commentariis, quæ ita potest suaderi. Priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato: sed præterens in hac significatione non datur subiectum aptum, & natum recipere entitatis formã: igitur ens in hac significatione, nullo modo poterit priuari.

Quarta conclusio. Enuntiationes non possunt reddi infinita. Itaque quamuis consent illæ subiecto, vel attributo infinito, vt sunt homo est non leo, & non lapis est arbor, non tamen dici poterunt infinita. Iamblicus contrarium asserbat, vt testatur Suesanus. Esse tamen veram conclu. propositam confir. ex Arist. qui in hoc cap. constituit nomen infinitum, neq. esse orationem neq. negationem, vnde cum enuntiatio sit oratio, non poterit enuntia, vlllo modo reddi infinita. Nec argu. Iamblici est alicuius roboris aduersus hanc conclu. Hoc enim pacto ille argument. aduersus eam. Quod competit parti prædicatur interdum de toto, quemadmodum esse cecum conuenit oculo, & tamen effertur de toto homine: at in propositione constante attrib. infinito, attributum ipsum est illius pars: vocabitur igitur & tota ipsa propositio infini. Quod quidẽ facillimo negotio dissoluere possumus, aientes propositionem quam ipse assumit aliquãdã tantum, & non semper esse verã, quamuis enim in casu proposito ab illo id verum sit, in hoc tamen alio id verum non est: nã esse albũ cõpetit æthyopi ratione partis, scilicet detiũ, quod tamen non denominat illum, neq. enim

2. Conc.

Solutio.
quorum

Refuta-
tip eius.

3. Conc.

4. Conc.

Opinio
Iamblici.

enim dicimus simpliciter & absolute æthyopem esse album, nisi cum adiuncto dumtaxat secundū dētes.

Ad 1.

Argu.

Ad argu. igitur. Ad primum resp. negando antecedens, non enim nomen illud dicitur infinitum cui præponi potest negatio, sed cui ita præponitur, vt sit suppositū à quo negetur, ratio quæ remouetur per negationem: at præter ens non potest esse neque intelligi suppositum, à quo ratio nomine entis significata negetur, ac proinde infinitum reddi non poterit. Adsecun. aimus nihil illud aduersus nos confirmare, cum enim ipsi constituimus ens nō posse reddi infinitum, loquimur de ente vt est diuisum contra nihil, nō autem de hoc, vel illo peculiari ente vt leone, (v. g.) aut arbore, qua ratione sumptum, ens, infinitum reddi posse minime diffitemur.

2. Arg.

QVAESTIO VI. AN CASUS obliqui sint uera nomina.

Ultimo quærendum restat an casus nominum vt sunt obliqui sint vera nomina, necne, & quidem non esse hæc confirmant argu. Primum. Casus rectus & obliquus idē significant, vt Plato (v. g.) & Platonis, vnum & eundē exprimunt hominem; cum igitur casus rectus simpliciter vocetur nomen, etiam & obliquus nomen dicitur absolute. Deinde. In omni diuisione membra diuidentia participant naturam rei diuisæ: sed nomen diuisum est in casum rectum, & obliquum: ergo casus obliquus erit etiam nomen. Præterea. Si casus nominum non essent nomina, ex eo esset, quia vniti cum verbo non significant verum, neque falsum: atqui ratio hæc nulla est, nam hæc oratio prænitet me, quæ quidem casu obliquo

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

constat veritatem declarat vel falsitatem: casus igitur nominum nomina simpliciter erunt. Veteres quidam Philosophi vt Stoici testante Ammonio existimarunt non solum casus rectos, verum etiam & obliquos, debere nomina, nuncupari. Quorum opinionem inter Peripateticos amplexus est Auerroes in commenta, huius cap. qui distinguit de nomine, quoddam enim ait esse nomen simpliciter, aliud vero perfectum, vnde asserit casus obliquos vocari nomina simpliciter, & absolute, non minus quam vocentur casus recti: nec tamen perfecta nomina vocari, hoc enim nomine soli casus recti ornandi sunt, que madmodum formica simpliciter, & absolute, est animal, non tamen est animal perfectum, vt est homo, vel equus. Contrariam tamen opinionem sequutus est Arist. in hoc cap. omnesq. Peripatetici cum eo, tam Græci, quam Latini, vt D. Tho. Boheti. Ammonius B. Albertus Mag. & alij, quorum sententiam hac vnica conclusione explicamus.

1. Opin.

2. Opin.

Casus obliqui non sunt vera nomina. Hanc his duobus argu. confirmamus. Primum est à nominis æthymologia petitum. Nomen dicitur à nominando, sed solum nominamus rem per casum rectū, & nullo modo per obliquum, vnde & casus rectus nominatiuus appellatur, quasi solus ille sit qui rem nominat totamq. nominis obtineat ratione: casus igitur obliqui minime vocabuntur nomina apud Dialecticos. Secundū. Nomina apud Dialecticos sunt illa quæ tantū possunt deserui re enuntiationibus conficiendis, eo quod cū subiectū huius libri sit enuntiatio, ea tantum pertractari poterunt, quæ deseruiant ad conficiendas propositiones: sed solus casus rectus deserui re potest ad propo-

unicatio clusio

1. Arg.

2. Arg.

sitiones conficiendas: ille igitur solus nomen dici promerebitur. Confir. assumptio. Enuntiatio est oratio significans verum, vel falsum: illa igitur sola nomina erunt apta ad enuntiationes, quæ vnita cum verbo significabunt veritatem, vel falsitatem: sed solus casus rectus est huiusmodi, nam casus obliquus vnitus cum verbo, neque verum, neque falsum significat, vt quando dicimus Philonis est, nihil significamus si tamen addimus casum nominandi, vt quum dicimus liber est Philonis, iam aliquid significamus: casus igitur obliqui minime erunt nomina.

Iam ad argu. ad primū negamus consequentiam, quia quamuis casus rectus, & obliquus, significant vnum, & idem, attamē diuerso modo rem eandem significant, casus enim nominandi significat rem vt quid, & vt habens naturā, obliquus vero significat eandē vt cuius, vel vt cui: & ita in mente varij conceptus eiusdem rei inueniuntur, vel vt in casu nominandi significatur, vel vt in casu gignendi, alijs ve casibus declaratur. Ad secun. negamus as-

sumptionem, quia hæc non est vera diuisio, sed enumeratio vocis ambigua in sua significata, cuiusmodi est diuisio canis, in caelestem, domesticum, & marinum, nam casus obliquus, nō potest vocari absolute nomē, sed homonyme, propter quādam similitudinem quam obtinet cum casu recto. Ad tertium aimus has orationes, per se, nec veritatē, nec falsitatem significare, sed quia resoluuntur in alias quæ constant verbo personali, indicantis modi, temporis presentis, & nomine casus

Argu.

recti: itaq; oratio proposita ex eo est vera, quia resoluuntur in hanc, ego habeo præsentiam.

QVAESTIO VLTIMA
in qua disputatio de terminis.
explicatur.

Qvam sit hæc de terminis, cum disputatione de nomine affinis disputatio, norunt etiā illi qui in Dialectica paruos progressus fecerunt, atque. ita ne manca diminutaq; hæc de nomine disputatio remeneret libuit de terminis nonnulla addere quæ à Dialecticis statim in ingressu summularum tradi solēt non quidē tam diffusa oratione vt ab illis explicatur, multa enim tradunt, quæ si hoc loco à nobis describerentur, nihil aliud profecto esset, quam in luce meridiana densissimam quandam velle proferre caliginem, reuocabimus itaque illa ad quandam anacephalosim, & breuē summam. Vt igitur à diffinitione progrediamur, terminus ab Arist. 1. lib. priorum cap. I. illud diffinitur in quod resoluitur propositio, id est est subiectū, & attribut. propositionis quia in hæc duo resoluitur propositio. Varij autem sunt à Philosophis terminorum diuisiones propositæ. Prima est. Terminorum quidā sunt mentales, alij vocales, & alij scripti. Mentalis diffinitur, conceptus intellectus, ex quo simplex mentis enuntiatio constituitur. Vocalis vero signum ex hominum instituto significans, ex quo fit simplex propositio vocalis. Scriptus tandem diffinitur, signum significans ex hominum instituto, ex quo propositio scripta coalescit. Secunda diuisio est. Terminorum quidam sunt synonymi, alij homonymi, & alij analogi. Synonymi sunt qui multa significant eadem ratione, vt homo, & equus: homonymi sunt qui significant multa diuersa ratione, vt est hoc nomē canis: analogi vero diffiniuntur, qui multa

1. Diu.

2. Diu.

multa partim eadē, & partim diuer-
sa ratione declarant, vt hoc nomen
pes, qui dicitur de pede montis, ani-
malis, & scamni. Quæ diuisio quia
est à nobis abunde satis explicata
in antecatego. proinde breuiter hoc
3. diuis.
loco illa fuit proposita. Tertia di-
uisio. Terminorum quidam sunt ca-
tegorématici, & alij sincategoréma-
tici: categorématici sunt, qui per se
aliquid significāt, vt sunt hæc nomi-
na, homo, & leo: sincategorématici
vero dicuntur illi, qui per se nihil sig-
nificant, sed vniti cū aliis (id est cū
categorématicis) habent aliquam
significationem, vt sunt hæc voces,
omnis, nullus, quidā, aliquis, & ad-
uerbia, vt attente, velociter, studio
se, nam hæc vox quidam, per se ni-
hil significat, si tamen vnatur cum
homine, vt in hac enūtiatione, qui-
dam homo legit, iam obtinet aliquā
significationē, præstat enim, vt ho-
mo qui aliquando poterat vsurpari
pro omnibus hominibus, tantum
4. diuis.
sumatur pro quodā homine. Quar-
ta diuisio. Terminorum quidā sunt
communes, & alij singulares: com-
munis est ille, qui dicitur de multis
diuisim, & seorsum sumptis, vt est
hoc nomē leo: nam dicitur illud de
omnibus leonibus, & de quolibet
leone seorsum. Terminus vero sin-
gularis dicitur, qui tantum dicitur
de vno synonyme vt est hoc nomen
Petrus, & alia nomina naturas sin-
gulares significantia. Quinta diui-
9. diuis.
sio. Terminorum quidam sunt col-
lectiui, & alij diuisiui: collectiui vo-
cantur qui multa significant in nu-
mero plurali collecta, & qui ita dicū-
tur de tota collectione, vt de singu-
lis illius dici nulla ratione quæant,
vt sunt hæc nomina ciuitas, popu-
lus, respub. nam ciuitas tantum di-
citur de tota communitate collecta,
non tamen de singulis hominibus
contentis in illa, neq. enim dicimus

Petrum tantum esse ciuitatem. Ter-
minus autem diuisiuus dicitur ille,
qui significat multa diuisim, ita vt
de singulis quoque illorum prædi-
cetur, cuiusmodi est, hoc nomen e-
quus, vel homo, nam homo dicitur
de omnibus hominibus, & de sin-
gulis etiam. Sexta diuisio. Terminorum
quidam sunt absoluti, & alij
6. diuis.
connotatiui, absoluti vocantur il-
li, qui significant rem per se existen-
tem, vt sunt hæc nomina, arbor, ter-
ra, elementum & cælum, vel per mo-
dum per se existendi, vt sunt hæc
alia albedo, & dulcedo, nam quacum-
uis albedo à parte rei fit in subiecto
ea tamen ratione qua significatur
per hoc nomē abstractum, sumitur
ac si per se existeret absq. subiecto.
Terminus vero cōnotatiuus est ille
qui significat aliquid per modum
alteri inhærentis, vt sunt hæc no-
mina album, & nigrum, & omnia il-
la quæ significant accidentia in con-
creto quæ sumuntur per modū alteri
inherētis. In quibus nominibus an-
taduertendum est, esse duplex sig-
nificatum, vnum præcipuū, & for-
male, alterum vero minus præci-
puum, & materiale, formale est for-
ma significata per nomen, materia-
le vero est subiectum cui forma in-
hæret. Septima diuisio. Terminorū
quidam sunt primæ notionis, & alij
7. diuis.
secundæ notionis: termini primæ
notionis sunt illi qui significant na-
turas existentes à parte rei, cuiusmo-
di sunt hi, homo, leo, & equus: ter-
mini vero secundæ notionis dicun-
tur, qui exprimunt naturas solo be-
neficio intellectus consistentes: vel
hæc nomina genus, species, sub-
iectum, & attributum, aliaq. id ge-
nus. Vltima diuisio. Terminorum
quidam sunt consequentes, & alij
8. diuis.
inconsequentes, vel (vt alij dicunt)
quidā sunt pertinentes, & alij imper-
tinentes. Termini consequentes illi
dicuntur

dicuntur, qui significant naturas quæ se mutuo consequuntur vel naturas quæ inter se contrariantur (v.g.) hæc nomina, homo, & capax disciplinæ, sunt termini se mutuo consequentes, quia ab vno ad aliud est optima ac mutua consequentia: album vero, & nigrum sunt termini consequentes ratione repugnantia, quia album in contrarietate ad ipsum nigrum cōsequitur. Termini autem inconsequentes sunt illi, qui neq. se mutuo consequuntur, neq.

vnus alteri contrariatur, vt sunt hi duo termini, candidum, & iustum, candidum enim non consequitur necessario iustum, cum possit iustum in æthyopibus reperi: neque iustum candido aduersatur, cum idē homo candidus simul, & iustus, cōmode esse queat: Plura alia ex Sumulistis in loco citato perī poterunt, nobis enim sat fuerit hæc breuiter attigisse. Hæc igitur de nomine dicta sufficiant.

DE VERBO

caput tertium.

ARGVMENTIS CAPITIS.

TRibus partibus absoluitur totum cap. in quarum prima definitionē verbi proponit Aris. in secunda verba infinita, & casus verborum à ratione verbi excludit in tertia tandem confert verbum cum nomine.

Verbum autem id est, quod tempus adsignificat, cuius pars nulla significat separatim, semperque est nota eorum quæ de altero dicuntur. Tempus autem dico adsignificare: ut ualetudo nomen est, ualet uerbum, adsignificat enim nunc in esse, & semper ea quæ de altero dicuntur indicat, qualia ea sunt, quæ de subiecto dicuntur, uel in subiecto in sunt. B. Non ualet autem & non laborat, non appello uerba, quan-

quam significatione sua tempus includunt, id semper significant quod in aliquo inesse intelligitur. Et quoniam nomen eis nullum impositum est, uerba infinita appellari licet, quandoquidem tam in eo quod est, quam in eo quod non est, æquè dicuntur. C. Itemque ualebit & ualuit, nō sunt habenda uerba, sed casus uerbi. Hoc autem à uerbo differunt, quod præsens tempus, uerbum significat, illa id omne in quo interiectum præsens est. D. Ac uerba si sola dicantur, nomina sunt, significantque aliquid. Nam & qui ea enuntiat, intelligit iam imprimis in animo, & qui audit, quiescit: sit autē necne sit res, nondum exponit. E. Neque enim illud, esse aut non esse, rem declarat,

nec

nec si ipsum ens per se solum dicat ac nudum. Id enim nihil est: adsignificat autem coniunctionem quandam quae intelligi sine illis quae copulantur, non potest.

COMMENTARIA.

I. p. cap. verbi defini.

EAdem methodo obseruata exorditur Arist. disput. verbi ab illius diffini. ita dicens.

A. Verbum autem id est, &c. Verbum est vox significans, ex hominum instituto, cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, & est nota eorum quae de altero dicuntur. In qua definitione praetermittit Arist. exponendam primam illius partem, eo quod iam sit abunde factis in cap. superiori de nomine explicata. Vnde tantum explicat tres alias particulas propositas in diffini. quarum prima est *Cum tempore*, per quam particulam differt verbum a nomine, quia nomen non significat cum tempore, at uero verbum significat cum illo. Confirmat autem hoc Arist. proposito discrimine interueniente inter nomen & verbum, ut inter valetudinem, & valere, quia valetudo (qua est nomen) tantum significat valetudinem absolute sumptam: at valere (quod est verbum) significat eandem valetudinem secundum aliquam temporis differentiam, nam valeo significat valetudinem in tempore praesenti, valui in tempore praeterito, & valebo in tempore futuro: iam igitur verba significabunt rem aliquam cum tempore. Secunda particula est *cuius nulla pars separata aliquid significat* per quam particulam separatur verbum ab oratione, cuius partes separatae aliquid significant at verbi partes separatae nihil significant, ut in hoc verbo *lego* duae illae particulae *le*, & *go*, separatae nihil significant.

Confir. I. part.

Tertia particula est, *Et est nota eorum quae dicuntur*. Id est signum vniuersalis attributi cum subiecto, nam in propositione in qua attribuitur, dicitur de subiecto, verbum hoc munus habet, ut sit signum aut nota quaedam, qua subiectum, & attributum esse inter se connexa, dignoscere valeamus **B** *Non curatur autem, &c.* In hac secunda parte cap. excludit Arist. verba infinita, & casus verborum a ratione verbi, in primisq. excludit verba infinita, ut sunt non lego, non amo, & alia huiusmodi, nam negatio praeposita alicui verbo positio, ut huic verbo, amo, non ut habet vim negationis, sed vim cuiusdam syllabae, constituit verbum infinitum, non amo, quamuis etenim huiusmodi verba significant cum tempore, ut non lego, significat tempus praesens, & possint esse attributi propositionis, ut non audio est attributum in hac lego est non audio, verum huiusmodi verba non possunt vocari simpliciter, & absolute verba, quemadmodum neque nomina infinita, possunt vocari nomina, eo quod verbum significare debeat certam naturam, ut est verbum substantiuum, aut certam actionem, ut sunt verba adiectiua, at uero verbum infinitum, neque significat certam naturam, neq. certam actionem, ut hoc verbum non lego, illud enim tantum dicitur de eo quod est, ut de actione audiendi, nam audio est non lego: quam de eo quod non est ut de chimera quia chimera est non lego, at omnia verba de eo quod est tantum possunt enuntiari.

C *Itemque valebit, &c.* Excludit praeterea Arist. a ratione verbi casus verborum, intelligit autem per casus verborum verba alterius modi, quam indicandi, ut temporis praeteriti, vel futuri, ut sunt, valuit, & valebit. Confirmat autem hoc argum.

2. pars capi.

Excludit praeterea verba infinita.

Deinde casus verborum.

gum, casus verborum non esse verba. Omne verbum significat actionem aliquam certam, & diffinitam: sed verba præteriti, aut futuri temporis, non significant actionem aliquam, quæ sit vera actio, nã actio quæ fuit, aut futura est, nõ est vera actio: casus igitur verborum non erunt vera, & legitima verba.

3. pars
cap. 1. in
quo nomina &
verba conueniunt.

D. *Ac verba si sola dicantur, &c.* In extrema parte cap. Arist. proponit ea in quibus nomina, & verba conueniunt, sunt enim illa duo, primum eorum est, Verba per se prolata sunt quædam nomina, quæ admodum hoc verbum, lego, si per se proferatur non verbi, sed nominis cuiusdã vim obtinet, quod in hunc modum ipse confirmat. Illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat obtinet vim nominis: at verba per se prolata sunt huiusmodi, nam audita hac voce, lego, statim sese offert intellectui lectio significata in tempore presentis: ergo verbum per se prolatum vim nominis obrinebit. Quid autem intelligat per hæc verba Arist. deinde exponemus in quibus ubi ostendemus cum Ammonio, & D. Tho per nomen hoc loco Arist. non intellexisse illud quod est diffinitum in cap. superiori, sed simplicem vocem, vel dictionem, ita ut sensus sit, verbum per se prolatum est nomẽ, id est, quædam dictio per se significans.

Secundum.

E. *Neque enim illud, &c.* Conueniunt secundo nomen & verbum quia velut in nominibus, neque veritas, neque falsitas reperitur, ita etiam neque in verbis per se prolati eadem inuenitur, id quod hoc pacto Arist. confirmat. Si aliquod verbum per se prolatum significaret verum vel falsum, maxime esset hoc verbum est: at illud per se prolatum, neque verum, neque falsum significat, nã nihil est, id est non significat com-

positionem aliquam, in qua sola veritas reperitur, & quam sine extremis quæ ad inuicem copulentur, nulla ratione possumus intelligere: ergo verbum per se prolatum, neque veritatem, neque falsitatem significabit. Ex quibus colligimus totam, & integram diffinitionem verbi esse hæc. *Verbum est vox significans ex hominum instituto, cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, & est nota eorum quæ de altero dicuntur, finita & casus recti.* Ita ut per particulam hæc, *finita*, separetur verbum à verbo infinito, & per particulam *casus recti* à casibus obliquis verborum distingatur.

Scholia in caput 3. de Verbo.

Arist. Verbũ in hunc modum diffinierat Arist. vox significans ex hominum instituto, cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, & est nota eorum quæ de altero dicuntur: in qua diffinitione prætermisissis tribus prioribus particulis, explicat illã cuius nullã pars separata aliquid significat, circa quã est dubitatio. Ob quã causã cũ prætermisissis tres priores particulas explicandas quia in cap. superiori de nomine illæ fuerant explicatæ, quare cum hæc etiam particula fuerit ibi explicata, debuerit etiã hoc loco explicari: vel si & hæc fuit hoc loco explicanda, etiam & aliæ erant hoc loco explicandæ. Huic difficultati ex D. Tho. & Lemosio respondemus hæc particulam debuisse explicari hoc loco, ab Arist. propter quandã compositionem quam verba præ se ferre videntur, nam curro exprimit hoc compositum, ego curro, ne igitur putaremus propter hæc compositionem,

1. obsecratio.

Soluitur ex D. Tho.

sitionem, vel etiam propter tempus quod significat verbum, partes illius separatas aliquid significare, explicat hanc particulam Arist. easq. nihil à verbo separatas significare confirmat. Respon. deinde ex Ammonio, & Toletio, primas particulas diffinitionis nominis, & verbi, esse easdem, eodemque modo intelligendas, & ita fuisse in hoc cap. prætermisissas cū fuerint in superiori explicata: at hæc particula quamuis sit eadem in vtraq. diffinitione, non tamen eodem modo est intelligenda: nam cū sit proposita vt separet verbum ab oratione, sitq. oratio duplex vna quæ constat solis nominibus, vt est homo albus, & alia quæ tantum constat verbis, vt est hæc, vel currit, vel legit, in diffinitione nominis, intelligenda est hæc particula, ita vt separet nomen ab oratione constante ex nominibus, in ista autem diffinitione sic intelligi debet, vt separet verbum ab orationibus ex verbis constitutis.

Soluitur iterum ex Ammo,

2. Obsecr. ex D. Tho.

A. 2. Confirmat D. Tho. partes verbi separatas nihil significare hac ratione. Partes totius separatæ à toto nequaquam obtinent eius formam at forma verbi est significare: ergo partes verbi separatæ ab eo nihil significabunt.

3. Obsecr. primam interpret. Boet.

A. 3. Boetius per hanc particulam, *Nimirum esse notam eorum quæ dicuntur.* intelligit verbum significare actionem aliquam, quæ cum sit accidens debet subiecto inhaerere, cūq. id omne quod est in aliquo tamquam in subiecto debeat prædicari de eo, verbum haud dubie erit nota eorum quæ dicuntur id est accidentium quæ efferuntur de subiecto. Adiungit vero Arist. *Qualia sunt ea quæ dicuntur de subiecto, vel sunt in subiecto.* Quæ ipsemet Boetius hoc pacto explicat. Hæc inquit accidentia (quorum verba dicuntur esse) nota, quia vniuer-

sa sunt, dicuntur de subiecto, quia vero subiecto illa inhaerent, in subiecto etiam esse perhibentur. Nihilominus interpretatio hæc nequit ac commodi verbo substantiuo, illud namque nullum exprimit accidens sed tantum est nota natura, & substantiæ rei. Vnde Ammonius particulam istam aliter declarat, aitq. verbum esse notam eorum quæ dicuntur, quia verbum vel esse attributum, vt in hac attributione homo est, & in alijs secundi adiacentis, vel se habet semper ex parte attributi, velut in hac propositione, homo est animal, & in alijs tertij adiacentis: & quia si verbum fuerit adiectiuum, potest referri, vel ad subiectum cui inhaeret, vel ad subiectum de quo secundum essentiam dicitur, sicut moueri potest referri vel ad hominem, qui mouetur, vel ad currere de quo prædicatur moueri secundum essentiam (nam omne quod currit mouetur) propterea subiungit Arist. particulam illam *qualia sunt ea quæ dicuntur de subiecto, vel sunt in subiecto*, quia verba adiectiua si conferantur cū subiectis de quibus prædicantur secundum essentiam, dicuntur de subiecto, si autem comparentur ad subiecta quibus inhaerent sunt in subiecto. Præstat tamen hunc locum interpretari cum D. Tho. in hunc modum. Verbum est nota eorum quæ dicuntur, id est nota vnionis attributi cū subiecto, quia in propositione attributum efferitur de subiecto, verbum autem connectens vnionem cum altero significat hanc vnionem vtriusq. Quod si huiusmodi enuntiationes fuerint attributi secundum essentiam, verbum erit nota eorum quæ dicuntur de subiecto, nam quæ sunt de essentia rei prædicantur de illa, non tamen sunt in illa velut in subiecto: si vero eadem fuerint attrib. accidentaria, sicut hæc homo est can-

Reificatur Boet.

2. Interpret. Ammo.

3. Interpret. D. Tho.



est candidus, attributum inhærebit subiecto. Et hoc est quod subiungit Arist. post traditam hanc particulam, *qualia sunt ea que dicuntur de*

subiecto, quod est referendum ad attrib. essentialia, *vel inhærent subiecto*: quod ad attributa accidentaria referri debet.

Disputatio de Verbo vnica seccione compræhensa.

ARGUMENTVM!

PRiori disputatione de nomine absoluta, proximū est vt de verbo, (quod est altera pars enuntiationis) differamus, æquum est tamen vt in primis sint ne ea quæ ab Arist. tradita fuerunt, vera necne perpendamus, vnde sit quæstio.

Secti. vnica. Quæstio I. Sint ne vera ea quæ ab Arist. in cap. tradita fuerunt.

VT multo illustriora quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt, reddi possint nonnullas aduersus illa difficultates proponemus.

*1. diffi-
cul.*

Prima est. Vna species non prædicatur de altera: sed nomen, & verbū sunt species vocis per se significantis, ex hominum instituto, ergo non recte docuit Arist. verbū per se prolatum esse nomen. Secunda. Hoc verbum, est, significat esse: at esse nō est nihil: ergo non recte dictum est, hoc verbum, est, per se prolatum nihil esse. Tertia. In hac propositione amo est verbum, amo non significat cum tempore, nam non significat (saltem in ipsa) actionem amandi, sed seipsum, reddit enim hūc sensum, hæc vox, amo, est verbum: solum autem significat cum tempore,

Secūda.

Tertia.

quando significat actionem amandi: nō igitur recte dictum est, omne verbum significare cum tempore. Quarta. Hoc verbum curro per se, & seorsum prolatum, significat veritatem, homine currente, igitur nō recte constituit Arist. in calce cap. verba sic, & nomina, per se prolata, nō significare veritatem aliquam. Vltimo quæret aliquis quænam sit diuisio proposita in cap. verbi in verbum finitum, & infinitum, rectum, & obliquum. His tamen nihil impediens quæ tradita fuerunt ab Arist. esse verissima, & ipsius auctoritate, & omnium Dialecticorum communibus suffragiis, poterit consistere: atq. ita erunt propositæ difficult. sigillatim dissoluendæ. Ad primam re spon. primo cū Boetio, & Suesano

verbum

Quarta

Breue
percor-
tatum

verbum per se prolatum esse nomē, non quia nomen, & verbum, sint idē, sed quia eandem rem exprimant, nā verbum hoc valeo (v.g.) & nomen istud valetudo, eandem corporis optimam constitutionem declarant, quantumvis alio, & alio modo. Verbum itaq. per se prolatum dicitur ab Arist. (iuxta hos authores) nomen quia id ipsum exprimit, quod nomen significat, licet alia ratione illud declaret. Aimus deinde cum D. Tho. & Ammo. Arist. per nomen non intellexisse illud quod diffinitum fuit in cap. superiori, nā huiusmodi nomen, neque est, neq. potest esse verbum, sed intellexisse omnem dictionem per se significan-

Solutio.

tem. Vnde sensus erit verba per se prolata suut quædā nomina, id est sunt quædam dictiones per se significantes. Ad secun. dicimus primo cum Alexandro, verbum, est, nihil esse, id est, esse nomen homonymū & ambiguū, quia nomina ambigua nihil suat ratione significationis, cum non significant certam aliquā & determinatam naturam. Vnde in cap. superiori docebamus, nomina homonyma excludenda esse a ratione nominis. Afferimus secun. cū

Ad 2.

Solutio.

Porph. verbū, est, nihil esse, id est, non significare certam aliquam naturā, nam cum ex nominibus quædam significant certas naturas, cuiusmo. sunt hæc nomina, homo, leo, & alia, verbum est, nō significat certam naturā, quia non significat tantum naturam hominis, neque naturam tantum leonis, sed rerum omnium, quæ quavis ratione possunt habere esse, naturas, & essentias declarat. Proferitur vltimo cum Am-

2. Solutio.

monio verbum est, per se prolatū, nihil esse, id est, non significare veritatem aliquam, vel falsitatem, nā cū hæc sita sit in cōpositione, & diuisione extremorum, quam non ex-

primit verbum est, per se prolatum propterea illud nihil secundum veritatem, vel falsitatem significat. Ad tert. respon. verba sumi posse, aut in ratione verbi, aut in ratione nominis, sumuntur in ratione verbi, quando sumuntur velut quidā nexus subiecti cum attributo: sumuntur autem in vi nominis, quando vt subiecta, vel attributa vsurpantur. Igitur verba vt sumuntur in ratione verbi, significant quidem cū tempore, non tamen ea ratione qua in vi nominum accipiuntur, & ita quia, amo, in hac propositio. vsurpantur in vi nominis, ideo non significabit in illa cum tempore. Ad quar. dicimus in his verbis subintelligē. dum esse suppositum, cui cōueniat actio significata per verbum, vnde, curro idē significat, atq. hoc quod est, ego curro, & ita non quia verbum simplex est, sed quia ipsi subintelligitur pronomen, ego, veritatem significabit. Circa quæsitum vltimo loco propositū quidā vt Averro. in paraphrasi huius loci, & alij existimant, diuisionem assignatam esse generis in formas; nos vero illā constituiimus diuisionem analogi secun. attributionem in sua analogata, verbum enim per se, & primo, dicitur de verbo recto, & de finito, deinde vero per attributionem ad hoc vtrumq. de obliquo, & infinito prædicatur vt enim verbū obliquū aliquid significet, regulari debet per verbum rectum, quod sit indicantis modi, & temporis præsentis, vnde iam obtinebit esse per attribu. aliquam, ad verbum rectum: infinitū præterea est negatio verbi finiti, vnde cum negationes habeant esse per attributionem ad suas formas, verbum infinitū etiā per attributionē ad verbum finitum, esse verbi consequetur.

Ad 3.

Ad 4.

Ad per
contatū.

QVAESTIO II. AN VER
bum significet cum tem-
pore.

- 1. Arg.** IN vestigemus iam nū verbū signi-
ficet cum tempore, siue an ex-
primat aliquam temporis differen-
tiam necne: neutrum enim horum
significare his confir. argu.
- Secur.** Primum. In his propositio. homo
est animal, rosa est flos, particula,
est, censetur verbum: at illa minime
cum tempore significat, tēpus nāq.
æternum non est, cū tamen hæc pro-
positiones assignatæ, sint æternæ
veritatis: non igitur accomodate di-
ctum est omne verbum significare
cum tempore. Deinde. Hæc verba,
quiesco, sum, aliaq. id genus, sunt
proculdubio verba: at illa nequa-
quam cum tempore significant: nec
igitur asserendum est absolute, om-
ne verbum significare cum tempore
Confirma assumptio Significare cū
tempore est exprimere actionem ali-
quam, vel operationem, quæ tem-
pore mensuretur: at verbum istud,
quiesco, nullam declarat actionem,
cum denotet cessationem ab illa, &
præterea hoc verbum, *sum*, substā-
tiam solam, & non actionem vllam
exprimit: igitur verba hæc quie-
sco nimirum, & sum, non significa-
bunt cum tempore. Præterea. Par-
ticipium nō est verbum, sed nomē:
at participium significat cum tem-
pore, vt amans (v. g.) significat cum
tēpore præterito, ad hunc modum,
Petrus fuit amans, cum præsentī
quando amas, Petrus est amans, &
cum tempore futuro quando dici-
mus, Petrus erit amans: non igitur
recte cōstitutum est ab Arist. solum
verbum significare cum tempore,
cum etiam id participio possit con-
uenire. Vltimo. Conceptus tempo-
ris præsentis nequit representare

tempus præteritum: at si verbum ex-
primeret tempus (præter actionem
quæ fit in illo) id eueniret, quū enim
ego audio verbum istud, amo, con-
cipio actionem amandi in tempore
præsentī, quod statim elabitur, abit
que in præteritum: igitur verbum
præter actionem non poterit aliquā
differentiam temporis significare.

His tamen nihil impediētibz
sit prima conclu. Omne verbū signi-
ficat cum tempore. Confirmatur
testimo. Arist. in hoc cap. aientis,
verbū ex eo differre à nomine, quia
nomen nequaquam significat cum
tempore, bene tamen verbum. Hoc
vnico argu. superest illa satis con-
firmata, æget tamen diffusiori expli-
catione, quod vt præstemus animad-
uertimus prius ex Arist. 4. lib. Phy-
sico. tempus primo, & per se, solum
esse mensuram motus, quia tamen
motus ipse, & fluit ab aliquo agente
& recipitur in patiente, quemadmo-
dum calefactio, fluit ab igne, & reci-
pitur in aqua, secundario tempus
mensurat actionem, & passionem.
Verbum igitur significare cum tem-
pore, nihil aliud erit, quam verbum
significare actionem aliquā, vt fluē-
tem ab agente, & vt in patiente re-
ceptam, quam quidem in aliqua tē-
poris differentia necesse est exerceri.
Vt hoc verbū amo (v. g.) significare
dicitur cum tempore, quia declarat
actionem amandi fluentem ab amā-
te, quæ certe ab illo in differentia
temporis præsentis exercetur. Hinc
effectum est verba adiectiua esse di-
uisa in actiua, & passiua, quædam
etenim denotant actionem promanentē
ab agente, ob idq. actiua nun-
cupantur: alia vero exprimunt ean-
dem ad modum passionis vt recep-
tam in patiente, ac subinde passiua
merito appellantur. Num autē ver-
bum significet in sua ratione forma-
li hæc vtraq. duo, actionem scilicet,
& pas-

Cōne.

Obser-
uan. in
eius ex-
pli.Diuisi-
verbo.
in acti.
& pass.

& passionem, simulq. tempus in quo huiusmodi actio vel passio exercetur, vel potius actionem solam exprimat, quæ in tempore æditur, & nõ tẽpus ipsum, hoc est, quod in controuersia vertitur inter authores, M. Sotus nãq. & Thomas à Mercado 2. lib. summula. cap. 2. existimant verbum nullo modo exprimere tempus in sua ratione, sed solam actionem, quæ quidem fit in tempore, quemadmodum hoc verbum, amo, non significat in sua ratione tempus præsens, sed solam actionẽ amandi, quæ ab amante in certa tẽporis differẽtia promanat, & hoc est cum tempore significare, actionem nempe exprimere, quæ ad certam aliquam temporis differẽtiã terminatur. Constituunt itaq. illi discrimen inter significare tempus, cum tempore, & connotare tempus, nomina enim significant tempus, vt hoc nomen tempus, annus, & dies: cum tempore vero significare, est declarare aliquam actionem quæ fit in tempore: at connotare tẽpus, est ex præcipuo significato, actionem aliquam, & ex secundoario differẽtiam temporis in quo illa fit significare, vt cæna connotat tempus nocturnum, illa quippe ex præcipuo significato exprimit actionẽ comedendi, ex secundoario vero denotat tempus nocturnum, nam non quilibet actio comedendi, sed illa tantũ quæ fit nocte nomine cæne exprimi solet. Contrariam tamen opinionem sequuntur Louanienses in Commenta. huius cap. constituentes verbum vtrumq. & actionem quæ fit in tempore, & tẽpus ipsum in quo fit huiusmodi actio significare, diuersa tamen ratione, quia actionem significat tamquam significatum præcipuum, & formale, tẽpus vero velut significatum minus præcipuum, & materiale: vt hoc no-

men, album, significat albedinem, velut significatum præcipuum, & formale, corpus vero albedine affectum, tamquã significatum minus præcipuum, & materiale, & hoc est verbum significare cum tempore, scilicet, & exprimere actionem, & tẽpus in quo illa fit, quamuis alio, & alio modo, vt explicuimus, quæ quidem opinio est multo verior, ac proinde fit secun. conclu.

Verbum non solam actionem, & passionem, verum & ipsum meretẽpus quod hæc duo meretur, significat. Confirma. his argu. Primum petitum est ex Arist. in hoc cap. Verbum eo differt à nomine, quia nomen significat rẽ absolute, verbum autem exprimit eandem rem in aliqua temporis differẽtia, vt valeudo significat optimam corporis constitutionem absolute, at valeo exprimit eandem in tempore præsentis, & valui in tempore præterito: ergo verba iudicio Arist. præter actionẽ significabunt etiam differẽtiam tẽporis in quo illa exercebitur. Secundo. Modi verborum non differunt penes rem significatam, cum eandẽ actionem exprimant, sed pænes diuersum modum significandi, sicut, lego, legi, & legam, non differunt pænes rẽ significatam, cum omnia illa, exprimant eandem actionem legendi, sed solum distinguuntur pænes diuersum modum significandi eandem: sed hic modus diuersus nihil aliud est, quam significare diuersam temporis differẽtiã, quia lego, significat lectionem in tempore præsentis, legi in tempore præterito, & legam in futuro: ergo verbum præter actionem significabit etiam ipsum tempus. Tertium Significatum nominum, & verborum, est illud, quod concipimus de ipsis: sed audito aliquo verbo, concipimus mente, & actionem, & tempus in quo illa

2. Conc.

1. argu.

2. Arg.

3. Arg.

Qqq 2 fit,

I. Opi.
Soti, &
Merca.2. opin.
Louani
en. & no
stra.

fit, sicut audito hoc verbo lego, statim concipimus, & actionem legendi, & tempus in quo illa fit: ergo verba non tantum actionem, verum etiam & differentiam temporis in quo huiusmodi actio fit expriment, & declarabunt.

1. Arg. Occurramus iam argu. Primo quidem satis faciunt quidam veteres aientes esse quinque differentias temporis, præsens nempe, præteritum, futurum, possibile, & imaginarium: unde quamuis hæc propositiones (cum sint æternæ veritatis) non expriment tempus præteritum, aut futurum, quia hæc tempora non sunt æterna, denotant nihilominus tempus possibile, & imaginarium, nam & possumus imaginari tempus æternum: & potuit illud produci ab æterno. Alii aiunt in his propositionibus verbum quantum est ex sua natura significare cum tempore, impediri tamen illius significationem à connexionione necessaria, quæ inter subiectum, & attributum intercedit: & ita cum in verbo reperiantur duo, & connectere subiectum cum attributo, & significare aliquam temporis differentiam, verbum in huiusmodi propositionibus, tantum exercebit vnionem attributi cum subiecto, non autem significabit cum aliquo tempore, sed absoluetur (vt inquit illi) ab omni tempore. Nos tamen asserimus Arist. nomine temporis intellexisse hoc loco omnem durationem, siue tempus sit verum, siue æternitas, siue æuum siue quæuis alia, & ita hæc propositiones quæ sunt æternæ veritatis, constabunt verbo significante cum tempore, id est, cum aliqua duratione, quæ quidem duratio est ipsamet æternitas, huiusmodi propositiones perpetuæ veritatis mensurans. Ad secundum aimus nomine actionis, quando dicimus significare cum tempo-

re, esse significare actionem, intelligi debere, siue veram actionem, siue id quod se habet ad modum actionis. Vnde quantumuis, quiesco, non exprimat actionem, exprimit tamen quietem continuatam, quæ habet se ad modum illius, continuatio autem quietis speciem quandam actionis præse ferre videtur: eodemque modo licet verbum, est, non denotet actionem, essentiam nihilominus, vel existentiam continuatam declarat, quæ quodammodo actio quædam apparet. Ad tertium respon. verbum per particulam in ipso propositam non separari à participio, sed per solas alias duas, nimirum esse notam eorum quæ dicuntur, & esse modi indicandi, quia participium neque est nota eorum quæ dicuntur, neque est modi indicandi. Ad quartum satisfacimus, cum Concilio Louaniense, conceptum temporis præsentis, repræsentare tempus præteritum, non vt præteritum est, sed qua fuit præsens; hoc autem concedere nullum est absurdum, semper enim erit verum dicere, conceptum temporis præsentis repræsentare tempus præsens.

QVAESTIO III. AN VERBUM SIT PARS ENUNTIATIONIS

Quærunct etiã Dialectici sitne verbum pars enuntiationis necne, nam non esse ita suaderi poterit. Primo. Vnumquodq. ex his componitur in quæ resoluitur: at iuxta Arist. lib. 1. prio. cap. 1. propositio tantum resoluitur in subiectum, & attributum: ergo hæc tantum duo erunt partes propositio. & ita verbum, est, & alia id genus non censentur partes illius. Deinde partes propositio nis sunt illæ quæ ad inuicem com-

mutantur.

Ad 3.

Ad 4.

1. Arg.

2. Arg.

2. d.
Suo
& V
pan

mutantur, in conuersione propositionis, conuersio namque propositio. nihil aliud est, quam transmutatio partium ipsius, at in conuersione propositionis, verbum non mutatur, sicut in hac propositione, homo est animal, & in illius conuentione, animal est homo, verbū est, semper remanet medium inter subiectū & attributum, verbum igitur non erit pars propositionis. Præterea, Si verbum, est, in propositione significaret essentiam, vel existentiam, sequeretur illud efficere negationē in propositione: atqui hoc est absurdum, ergo verbum est, non significat existentiam intra propositionem. Confirmatur propositio. Sumamus hanc propositionem, homo est ens, si verbum est significat, esse, reddet hūc sensum, homo est ens ens, quia semel ponitur ens in attributo, & iterum poni debet, si significatur per verbum, ergo si verbum est, significat in propositione esse, committimus in illa negationem.

3. Opin. Quidam ex veteribus existimant nullum verbum esse partem enuntiationis, siue fuerit adiectiuū, siue substantiuum, sed esse quendam modum illius, id est nexum quendam connectentem subiectum cum attributo. Vnde quemadmodum he dictiones, omnis, vel quidam non sunt partes enuntiationis, sed illius modi, ita etiam verbum, nō est pars enuntiationis, sed illius modus. Hęc opinionem olim sequutus fuerat

2. Opin. Suesani M. Sotus in prima æditione summula. Alij tamen vt Suesanus, & Villalpandus, in hoc loco putant, verba adiectiua esse partes enuntiationis, quia significat aliquam formā quæ attribuitur subiecto, vt amo, significat amorem, qui de homine amante prædicatur Substantiuum vero dicunt, non esse partem enuntiationis, sed solum nexum, & copulam,

subiectum, & attributum ad inuicem vincientem, quia non denotat formam aliquam quæ alicui possit accommodari. Est tamen tertia eaque verissima opinio vtumq. verbum tam substantiuum quam adiectiuum non nexum tantum & copulam verum etiam & partem orationis esse quam sequuntur M. Soto in 2. æditione 2. lib. summula cap. 2. Mercado ibidem, Louanienfes, & Toletus in hoc loco, eandemque ante eos, tenuerunt Porphy. Ammoni. Boetius, B. Albertus, alique præstantissimi Peripatetici.

Hanc itaque tanquam veriolem opinionem explicaturi, animaduertimus primum verba posse duobus modis sumi, primo ratione actionis significatæ, & secundo, vt ipsam cū subiecto connectunt, vt in hac propositione Thomas legit, verbum, lego, sumi potest, vel ratione lectionis quam significat, vel vt eam cū Thoma coniungit. Obseruamus secundo in enuntiatione esse duo genera partium, nā quædam sunt formales, & alię materiales, refert enim propositio quandam speciem compositionis naturalis, quemadmodū etenim in compositione naturali, quædam partes sunt materiales, vt in homine carnes, ossa, nerui, & alię, & formalis vt est anima in eodē: ita in propositione (quæ ex quibusdā partibus constat) quædam erunt partes materiales, & alię formales, quæ autem sint hæ, ex sequentibus conclusionibus fiet manifestum.

Sit prima. Verbum in enuntiatione, semper se habet ex parte attributi. Itaque vel est attributum, vt in propositionibus secundi adiacētis, vt sunt hæ, cælum est, Thomas legit: vel est ad illud reuocandum, vt in aliis tertij adiacētis, vt sunt hæ aliæ, homo est substantia, & Thomas diligit Deum, in quibus verbū

3. Opin.
M. Soti.
& alior.

1. obseruatio.

1. Conc.

est, & diligo, sunt ad attribu. reuocanda. Hanc præfatur tanquam aliarum fundamentum, quam optime, & profitetur, & explicat Suelanus, ex Porphy. Ammo. Boetio, Auerroee, & D. Tho. confirmariq. potest. Quia quæ spectant ad formam, cum formis sunt coordinanda, quæ admodum & alia quæ ad materiam attinent cum ipsa coordinantur: verbum autem ad formam spectat enuntiationis, quare cum in illa attributū habeat locum formæ (vt subiectam materiæ) verbum in enuntiatione ex parte attributionis sese habebit.

2. Conc. Secunda conclusio. Verba adiectiua sunt vere & legitime partes enuntiationis, neque solum vniunt, verum etiam & orationem ipsam componunt. Confirmatur primo. Omnia verba vel sunt attribut. vel ex parte illius sese habent: sed attribut. vel quod ex parte illius sese habet, sunt partes componentes enuntiationem, ergo verba adiectiua procul dubio erunt partes enuntiationis.
2. Arg. Illa est pars alicuius, qua posita ponitur totum, & qua amota illud quoque amouetur: sed posito verbo in oratione etiã illa ponitur, illoque e contra amoto statim eadẽ amouetur, & hoc non accidentaria, sed essentiali quadam vi, & facultate, ergo verbum erit legitima pars enuntiationis.

3. Conc. Tertia conclusio. Hæc eadem verba sunt partes formales enuntiationis, ratione rei significatæ. Confirmatur, quia illa significant formam aliquam, alicui subiecto tributam, vt lego significat lectionem, quæ est forma quæ potest Thomæ attribui: sed illa est pars formalis enuntiationis quæ significat formam aliquam per modum cuiusdam attributi alteri communicatæ: verba igitur hac ratione sumpta partes erunt enun-

tiationis. Diximus ratione rei significatæ, nam si ratione vnionis sumatur, non partis, sed nexus cuiusdam, & copulæ rationem obtinebunt, etenim si hac ratione vsurpentur, illorum munus tantum est, vnum cum alio connectere, non autem naturã aliquam constituere.

Quarta conclusio. Verbum substantiuum in propositionibus secundum adiacētis est vera & legitima pars propositionis, ratione existentia quam significat: vt in hac enuntiatione. Arbor est (quæ significat ipsam existere) verbum est, ratione existentia quam exprimit, est pars illius. Hæc certe apertissima est, quia in his enuntiationibus nullum est aliud attributum quam ipsum verbum substantiuum: at attribut. pars est enuntiationis. Et quidem cum sit attribut. pars formalis, & verbum substantiuum in illis enuntiationibus erit etiam pars formalis.

Quinta conclusio. Idem verbum substantiuum in aliis proposi. tertij adiacen. ratione rei significatæ, est vera, & legitima pars enuntiationis (est autem res significata essentia, si attribut. fuerit essentialis, vt in hac homo est animal, vel existentia, si alterius generis attributum extiterit, vt est hæc, homo est candidus, vel risibilis). Hanc in hunc modum ostendimus primo. Hæc propositio est tertij adiacentis. Homerus est Poeta: atqui in illa verbum substantiuum, est pars enuntiationis: ergo in his enuntiationibus verbum est, erit vera & legitima pars. Minor propositio suadet ex Arist. 2. lib. huius operis cap. 2. vbi inquit hanc enuntiationem. Homerus est Poeta, esse attributi coniuncti, ex nomine, & verbo, nam totum hoc, esse nimirum Poeta, est attributum Homeri: ergo verbum est, in enuntiationibus huius generis locum partis ob-

Obscr.

4. Conc.

5. Conc.

1. Arg.

tine-

2. Arg. tinebit. Rursus. Verbum est in propositionibus secundi adiacentis est pars enuntiationis, propter existentiam quam per modum alteri attributam significat: sed in enuntiationibus tertij adiacentis, significat eadem existentiam, vel essentiam, per modum subiecto attributam (neque enim ex eo quod transfertur a secundo ad tertium adiacens mutat significationem) erit igitur harum propositionum vera & legitima pars. Ad 3. Arg. Ad verba adiectiua ratione rei significata esse partes enuntiationis, vt constat ex secunda conclusione, ergo & substantium verbum, ratione rei significata (nimirum essentie vel existentie) erit pars enuntiationis, neque enim potest esse maior ratio in verbis adiectiuis, qua in substantiuis. Diximus ratione rei significatę, quia ea ratione qua est nexus subiectum cum attributo connectens non erit pars, sed copula, vt de verbis adiectiuis dicebamus.

Obser.

Ad 1. ar. argum. Occurramus tandem argumentis in principio propositis. Ad primum aimus Arist. in eo loco tantum egisse de partibus ex quib' syllogismus constari debet, & quia illę sunt tres tantum termini, maius scilicet extremum, minus, & medium verbu, quę secundum diuersam dispositionem medij verbi cum extremis, vel subiecta sūt, vel attributa, propter ea docuit terminos in quos resoluitur propositio tanquam in partes esse subiecte, vel attributa, nec enim eo loco de quibuslibet partibus instituebat sermonem, sed de iis assignatis. Ad secundum distinguimus propositionem, nam vel loquimur de partib' materię, vel de partibus formę: si loquamur de partibus materię, vera est propositio, illę namque sunt penes quas conuersio exercetur, quę quidem nihil aliud est quam mutatio subiecti in attribu-

tum, & e contra attributi in subiectum, quę partes materiales propositionis continentur: si vero de partibus formę agamus, est eadem falsa, etenim illę in conuersione immotę debent permanere. Quidquod etiam verba in propositione conuerti sæpe contingit, quando scilicet euenit ea obtinere locum subiecti, vel attributi, quemadmodum hæc propositio, homo legit, in hanc conuertitur, legens est homo. Ad tertium negamus propositionem, ad confirmationem vero dicimus, verbum est, in propositione quamuis significet esse, resoluti nihilominus non debere, in illud quod in argum. assignatur, quia cum iam collocetur ex parte attributi, superfluu erit resolueri, est in esse, quare neque commitemus negationem. Tunc temporis siquidem tantum debet resolui, quando ex parte attributi eius significatū, quod est ens, vel esse non collocatur.

Ad 3.

QVÆSTIO III. AN VERBA adiectiua sint voces simplices.

P Ars negans his argumentis suaderi potest. Primum. Illud nomen est homonymum quod multa significat: at si verbum adiectiuum esset vox simplex significaret multa scilicet naturam significatam, & subiectum cui vnitur, ergo si verbum esset vox simplex, esset illud vox homonyma. Deinde. Hoc verbum curro, quod est adiectiuum primę personę, significat cursum, & primam personam, etenim idem pollet atque ego curro: at vox illa quę significat multa, est composita significatione ergo verba adiectiua erunt composita. Vltimo. Nulla res potest vni cum altera immediate: sed si ver-

1. Arg.

2. Arg.

3. Argum.

bum adiectiuum non significaret verbum, & participium, immediate vniretur cum supposito, vt si ita dicam, Petrus amat, verbum illud, si non resoluitur ad hunc modum Petrus est amans, immediate vnitur cum Petro, ergo verba adiectiua nō sunt verba simplicia.

Ex verbis quædam sunt substantiua, & alia adiectiua, rursus adiectiua, quædam sunt actiua, & alia passiua. De substantiuis nulli est dubiū illa esse voces simplices, nam hoc verbum est, est vox simplex, de adiectiuis autem est controuersum an illa sint voces simplices vel coniunctæ, cuiusmodi sunt hæc verba, amo

1. *Opi.* lego. Quidam enim veteres existimarunt huiusmodi verba esse voces coniunctas, debereque resolui, in verbum substantiuum, & illiusmet verbi participium, sicut amo, debet hoc modo resolui, ego sum amans. Cæterum M. Sotus, & Thomas à Mercado 2. lib. summula cap. 2. opinantur huiusmodi verba esse voces simplices nomine simul, & si gnificatione, neque esse resolueda sicut illi aiunt in verbum substantiuum, & participium eiusdemmet verbi, quam tãquam veriore hac vnica conclusione explicamus:

- Vnica
conclu.
1. argu.
2. Argu.
- Verba adiectiua simplicia sunt, & non coniuncta. Hanc his argu. confirmamus. Primum est. Hoc verbū curro, est verbum adiectiuum: sed illud est vox simplex, vt Arist. in prima diuisione antecatego. profertur: igitur verba adiectiua erunt voces simplices. Secundum. Verba adiectiua sunt diffinita ab Arist. in hoc capite cuius partes separatæ nihil significant, sed si essent verba composita haberent partes quæ separatæ à toto aliquid significarent, nam si hoc verbum, amo, idem pollet, atq. ego sum amans, cum hoc verbum sum quod est vna pars, & amans

quod est alia pars, sint voces quæ per se separatæ aliquid significant, haberet illud partes quæ separatæ à toto aliquid significarent, quod tamen est falsum, ergo verba adiectiua non sunt verba composita. Tertium. Si verba adiectiua coalescerent ex verbo substantiuo, & participio sequeretur illa non dari in intellectu, quia intellectus audito verbo aliquo adiectiuo, vt hoc verbo, amo, tantum concipit amorem, vt fluentem ab amante, & non concipit participium cum verbo substantiuo: atqui hoc asserere est absurdū, igitur verba adiectiua non erunt voces coniunctæ, sed simplices.

Ad argum. igitur ad primum distinguimus propositionē, nam aut illud nomen significat multa, vna, & eadem significatione, vel diuersis si vna, & eadem, erit quidem illud vox synonyma: si vero diuersis, erit proculdubio vox homonyma, sicut nomen hoc canis: at verbum adiectiuum non diuersis significationibus, sed vna, & eadem exprimit subiectum, & actionem, sicuti & hoc nomen album, non variis significationibus, sed vna, & eadem, subiectū, & albedinem declarat, & ita non est vox homonyma sed synonyma. Ad secundum negamus propositionem aliud enim est loqui de significationibus verbi, & aliud de eius æquivalentia, curro enim solum cursum declarat, æquiualeat tamen huic propositioni, ego curro: cæterum voces non dicuntur compositæ propter æquivalentiam, sed propter solam significationem. Ad tertium negamus propositionē, quia intellectus immediate vnitur cum anima, & forma cum materia prima, & ita quoque verbum adiectiuum sine substantiuo, immediate vnitur cum supposito, ratione rei significata.

3. Arg.

Ad 1. at
gumea,

Ad 2.

Ad 3.

QVAE

QVÆSTIO V. AN VER
ba infinita collocentur in enun
tiatione.

1. Arg. **E**T quidem non collocari confir
matur. Primo auctoritate Arist.
2. lib. huius operis cap. 1. vbi docet
enuntiationem constare, aut verbo,
& nomine finito, aut verbo & nomi
ne infinito, cū enim proponens eo
loco partes enuntiationis, cōstituat
illas esse vel verba, & nomina fini
ta, vel verba, & nomina infinita, &
nullam mentionem faciat de ver
bis infinitis, haud dubie existima
uit sola nomina infinita, & non ver
ba infinita, componere enuntiatio
nem. Deinde ratione. Eadem est rati
o entis vel verbi, est, quæ est alio
rum verborum: atqui verbum est,
nequit reddi infinitum, quia cum
omnia ambiat, nō est aliquid à quo
possit negari eius natura, ergo nul
lum verbum poterit esse infinitū,
neque intra propositionem poni.

1. opin. Multi ex veteribus, vt Boetius, &
B. Alber. Mag. existimant in Com
menta. huius loci, & cap. 1. 2. lib. ver
ba infinita nulla ratione posse repe
rii intra propositionem, sed omne
verbum cui intra propositionē præ
ponitur negatio, obtinere locū ver
bi negati, & propositionem esse neg
antem.

2. opin. Alij tamen vt Ammonius, Suesa
nus & Toletus in commenta. huius
cap. M. Sotus, & Mercado 2. lib. Sum
mularum cap. 2. contrariam opinio
nem sequuti fuerunt. Eam autem
quam veram esse iudicamus, vt ex
plicemus, animaduertimus negatio
nem præpositā verbo referri posse,
aut in rem significatam per verbū,
aut in vnionem rei significatæ cum
subiecto, vt cum dicimus, non amo,
particula illa, nō, referri potest, vel
ad amorem quem significat, ita vt

idem sit, ac si diceremus, non amo,
quia significatum nominis & verbi
vnum est atque idem, & ita eadem
res quæ significatur nomine amo
ris, significatur per verbū amo, vel
potest referri ad vnionem amoris cū
amante, qua ratione reddet hūc sen
sum, non amo, id est, ego non sum
amans. Negatio itaque si referatur
in verbum ratione vnionis, obtinet
vim negationis: quod si in verbum
ratione rei significatæ referatur, red
det verbum infinitum, quod nihil
aliud censendum est, quam vox que
dam simplex, multa significans con
fusa quadam ratione, quemadmo
dum etiam de nomine infinito in ca
pite superiori docebamus. Opinio
nem istam in hunc modum explica
tam hac assertione declaramus.

Verba infinita intra propositi. col
locantur. Confirmatur primo. Ver
bum infinitum iuxta Arist. in hoc
cap. tam dicitur de eo quod est, quā
de eo quod non est: sed prædicari tā
tum exercetur intra propositionē,
ergo verbum infinitum ponetur in
tra propositionem. Secundum. Ari
sto. hoc modo argu. 1. lib. de demon
stra. cap. 10. Quæ nō scintillant sunt
prope nos; sed Planetæ non scintil
lant: igitur Planetæ sunt prope nos.
At in hac argumētatione assumptio
uel sumitur negatiue, uel infinite,
quæ habet se in hunc modum, Pla
netæ non scintillant, nequit uero su
mi negatiue: sumetur igitur infini
te. Non sumi autem negatiue est ad
pertum, est enim argumētatio illa
in prima figura, in qua assumptio
non potest esse negans: uerbum igitur
infinitum cōtinebitur intra pro
positionem, cū in assumptione quæ
est una ex propositionibus, colloca
tum inueniatur. Præterea. Hoc uer
bum, non amo, absolute prolatum,
est uerbum infinitum: ergo si ita di
camus, lego, est non amo, etiam re

manebit infinitum in ista propo-
sitione. Antecedens est apertum, con-
firmatur consequentia. Quia huius-
modi uerbum eandem retinet sig-
nificationem, intra & extra propo-
sitionem: si ergo extra propositionem
fuerit infinitum, etiam & intra pro-
positionem remanebit infinitum.
Ad hęc. Verbum infinitum est ter-
minus & uox simplex: sed terminus
diffinitur illud ex quo fieri potest
simplex propositio, ergo ex uerbo
in finito fieri poterit simplex propo-
sio. Vltimò. Non est maior ratio
quare possit nomen infinitum col-
locari intra propositionem, & uer-
bum infinitum minime possit in ea
comprehendi: at nomen infinitum
reperitur intra propositionem, ergo
& uerbum infinitum etiam intra il-
lam reponetur. Possumus tamen
duas has opiniones hoc modo con-
ciliare, si dicamus primam opinio-
nem esse intelligendam de uerbo ra-
tione unionis, qua quidem ratio
nequit uerbum reddi infinitum, ut
docuimus: secundam uero debere in-
telligi de uerbo ratione rei significan-

4. Arg.

Conci-
lian. iste
opinio.

ta, ita enim optime potest illud red-
di infinitum, & intra propositionem
collocari.

Satisfaciamus iam argumentis in
principio propositis. Ad primum
aimus ex hoc loco Arist. nihil aduer-
sus nos colligi, nam argumentum
petitum ab auctoritate negatiua nul-
lum est, & ita quamuis Arist. non do-
cuerit uerbum infinitum esse par-
tem enuntiationis non propterea il-
lud negandum erit. Ad secundum
dicimus uerbum est, ut significat ef-
se in late patente significatione, ut
est diuisum contra nihil, non posse
reddi infinitum: idem tamen ut so-
lum significat ens rei, uel tantum
ens rationis potest reddi infinitum:
quemadmodum de ente in cap. su-
periori fuit à nobis demonstratum,
eadem siquidem quæ in eo loco di-
cta sunt, de ratione qua potest, uel
non potest reddi ens infinitum, in-
telligi etiam debent de uerbo Sum,
es, fui, & ita ne eadē repetamus hoc
loco illa prætermittimus. Hactenus
igitur de uerbo.

Ad 1.
argum.

Ad 2.

DE ORATIONE, caput quartum.

ARGUMENTVM CAPITIS.

Hanc de oratione tractationem
in tres partes diuidit Aristo. in
quarum prima de oratione, in secun-
da de enuntiatione, & tandem in
tertia de contrarietate enuntiationum
pertractat.

Ratio est uox que significat,
cuius pars aliqua seuncta se-

parataque ut dictio, non ut affirma-
tio aut negatio, significat. b. Vel ut
homo aliquid significat, non rem es-
se, aut non esse: cui tamen si quid ad-
iunctum sit, uel affirmatio erit, uel
negatio, non significat autem uoca-
buli hominis una syllaba. c. Neque
enim in hoc uerbo sorex, illud rex
quic-

quicquam declarat, sed vox est so-
lum. In cōiunctis autē significat illud
quidē, ut dixi, sed non perse. D. Quā
quam autem ex instituto, quem ad mo-
dum dixi, non ut instrumentum, om-
nis significat oratio. E. non tamen
omnis enuntiat ac dicit, sed ea sola
cui uel uerum uel falsum dicere con-
uenit. Neq; enim omnibus id conue-
nit, uelut precatio, oratio est illa qui-
dem, sed nec uera nec falsa. Ac cæ-
teræ quidem quoniam artis rhetori-
cæ uel poeticæ propriæ sunt, ab hac
arte omnes expelli ac repudiari de-
bent: quæ autem enuntiativa est, præ-
sentis est considerationis. Est autem
primum enuntiationis unius genus,
affirmatio, deinde negatio: cæteræ
una cōiunctione fiunt. Sed omnis ex
uerbo aut casu uerbi constat enuntia-
tio necesse est. Etenim hominis desi-
nito nisi est uel erat, uel erit, uel ali-
quid tale adiungatur, nondum quic-
quam enuntiat: propterea quòd to-
tum hoc, animal gradens bipes, unū
quiddam est non multa: neque enim
unam faciunt orationem, propte-
rea quòd continenter ac sine ulla in-
terpiratione pronuntiantur hæc
uerba. Verum huius rei explicatio
ad aliam pertinet tractationem.
F. Vna autem enuntiatio est, quæ
aut unum aliquid declarat, aut quæ
una sit per cōiunctionem. Multæ
uero quæ uel multa & non unum ali-
quid significant, uel carent cōiun-
ctionibus. G. Ac nomen quidem &
uerbum dictiones sunt tantummodò,
quando quidem uerè id dici non po-
test, cum qui sic aliquid uoce expri-

mat, enuntiare aliquid, siue rogetur,
siue non rogetur: sed si quando quic-
quam uno uerbo enuntiat, id eo tã-
tum fit, quòd ita uelit qui ita loqui-
tur. H. Harum autem enuntiationū,
simplex alia est, ut quæ aliquid de
quodam dicit, uel aliquid cuidam in-
esse negat. Alia autem quæ ex his cō-
stat, iam quasi cōiuncta oratio est.
Sed simplex pronuntiatum est ora-
tio quæ aliquid de aliquo dicit, uel
negat, pro distinctione temporum.
I. Affirmatio est enuntiatio quæ ali-
quid de quodam dicit, Negatio est
enuntiatio qua aliquid detrahatur ab
aliquo. K. Quando autem quod est
potest pronuntari non esse, & quod
non est, dici potest esse, & quod est,
esse confirmari potest, & quod non
est, non esse, itemque in cæteris tem-
poribus quicquid aliquid alteri tri-
buerit, id omne detrabere potest, &
quod detraxerit, attribuere: profe-
cto omni affirmationi negatio: om-
nique negationi contraria sit afir-
matio necesse est. Atque esto sanè
contra dictio affirmatio negatioque
contrariæ. L. Opponi autem con-
trario nomine dico, eam quæ eiusdē
rei est, & de eadem re dicit, de qua
altera nō homonymæ cæterisque om-
nibus adiunctis, quæ contra Sophis-
tarum molestas rationes adferre
solemus.

COMMENTARIA.

Nominis & uerbi absoluta dispu-
tatione, iam de oratione qua ge-
nus est enuntiationis, & de ipsa enu-
tiatione agit in hoc cap. Arist. Auf-
picatur uero tractationem à diffini-
tione

tione orationis quam hisce verbis proponit.

Quid sit oratio.

A. *Oratio est vox que significat, &c. Oratio est vox significans ex hominum instituto eo cuius pars aliqua aliquid significat, vt dictio non ut affirmatio, vel negatio.* In qua diffinitione prima particula obtinet locum generis, per quam separatur à vocibus nihil significantibus, vel significantibus à natura. Prætermisit autem Arist. particulam hanc *Ex hominum instituto* vel quia iam exposuerat in cap. de nomine, vel quia paulo inferius est illam explicaturus, tacitam quandam obiectionem dissoluens. Secunda est, *Cuius pars separata aliquid significat* per quam particulam separatur oratio à nomine, & à verbo quia illorū partes separatæ nihil significant, at vero partes orationis separatæ ab ipsa aliquid significant. Tertia particula est *Vt dictio, non vt affirmatio & negatio*, per quam separatur ab enuntiatione quæ significat aliquid vt affirmatio, vel negatio, redditiq. illa hunc sensum. Partes orationis separatæ ab ipsa solum exprimunt conceptus simplices, quemadmodū in hac oratione, homo est animal, partes illius quæ sunt homo, & animal, separatæ, tantum exprimunt conceptus simplices: & quia in conceptibus simplicibus nulla est affirmatio vel negatio, sed in coniunctis, propterea partes orationis separatæ ab illa significant vt dictiones, non autem vt affirmationes, vel negationes. Num autē diffinito ista ob hanc particulam ambitu suo contineat orationes hypotethicas, necne, quarum partes separatæ aliquid significant, vt affirmationes, vel negationes, in disputationib' explicabim'.
B. *Velut homo.* Confirmat Arist. partes orationis separatæ à toto non significare, vt affirmationes, vel negationes hoc argu. In hac propositio

Confirmat per diff.

ne, homo est animal, particula illa, homo, est pars illius: atqui ea separata non significat aliquid, affirmando, vel negando: iam igitur partes orationis separatæ à toto non significabunt aliquid affirmando vel negando. Confirmat Arist. assumptionem ad hunc modum. Significare aliquid affirmando, vel negando, est significare aliquid esse, vel aliquid non esse: at hæc vox homo nequit significare rem aliquam esse, vel non esse, esse enim, vel non esse, per voces tantum coniunctas exprimi possunt: hæc igitur vox, homo, non significabit aliquid affirmando, vel negando.

C. *Neque enim in hoc verbo, &c.* Adnotat tamen Arist. neq. omnes partes orationis separatæ significare aliquid, vt dictiones, nā partes orationis quædā sunt proximæ, & aliæ remotæ: Vnde quamuis partes proximæ separatæ significant aliquid vt dictiones, remotæ tamen nō significant vt dictiones, sed vt syllabæ quemadmodum in hac voce, forex, duæ illæ particule, fo, & rex, separatæ nihil significant, quamuis enim rex absolute significet regem, verū vt est pars huius nominis, nihil significat, si ab eo separetur.

D. *Quanquam autem ex instituto, &c.* Dissoluit Arist. tacitam quandam obiectionem, posset enim aliquis ita argu. Instrumenta facultatis naturalis sunt naturalia: sed oratio est instrumentum loquendi, & facultas loquēdi est nobis à natura tributa, ergo oratio significabit à natura, & non ex hominum instituto. Cui respondet Arist. falsam esse assumptionem, quia instrumentum loquendi non est oratio, sed pulmo, guttur, palatum, dentes, & labia, at oratio, & sermo opus quoddam est per hæc instrumenta confectum.

E. *Non tamen omnis eueniat, &c.* In hac

obseruatio,

Solutio tacite obiectionis

Significatio

Expositio

hac secūda parte cap. disputat Arist. de enuntiatione illius statim diffinitionem tradens, quæ habet se in hunc modum. *Enuntiatio est oratio verum vel falsum significans.* Eam ut intelligamus adnotandum est orationes quasdā perfectas esse, & alias imperfectas. Perfectæ sunt quæ gignunt sensum perfectum cuiusmodi censentur quæ constant nominibus & verbis: imperfectæ vero dicuntur illæ, quæ constant solis nominibus, ut est hæc, homo albus, illæ nāque non generant perfectū sensum. Præterea orationes perfectæ, quædam significant verum, vel falsum, sicut hæc, homo est animal, atque hæc altera, lapis est leo, quæ significat falsum (et huius generis esse debēt omnes, & solæ enuntiationes, indicantis modi & temporis præsentis) aliæ vero sunt quæ neq. verum, neque falsum significant, ut sunt enuntiationes aliorum modorum, ut imperandi, optandi, &c. Diffinitio igitur propolita est ad hunc modum intelligenda. In prima parte diximus enuntiationem esse orationem quæ particula habet locum generis, & est intelligēda de perfecta oratione, ut separemus enuntiationem ab imperfecta oratione, quæ nō potest villo modo vocari enuntiatio. Altera particula est, *Significans verū vel falsum*, quæ non est intelligēda, ita ut eadem enuntiatio significet simul verum, & falsum, sed ita, ut vel eadem successiue, & secundum diuersa tempora verum, vel falsum designet, vel est referenda ad diuersas enuntiationes, ita ut vna illarū significet verum, & altera significet falsum, per quam particulam separatur enuntiatio, ab aliis orationibus perfectis aliorum modorum, ut sunt orationes modi imperandi, vocandi, & aliæ, quia hæc cum non significant rem esse, vel non esse, non

significabunt verum, neq. falsum. At vero enuntiatio quæ est oratio perfecta, constans verbo indicantis modi, & temporis præsentis, declarat rem esse, vel non esse, & ita exprimit veritatem, vel falsitatem. Ad memoriam autem reuocandum est quod iam supra q. vlti. secti. vni. in præfatione docebamus veritatē esse in rebus tamquam in causa, in intellectu secundum essentiam & in enuntiatione veluti in signo. Quare prætermisissis orationibus aliorum modorum eo quod sint magis Rhetoricorum, vel Poetarum, quam Dialecticorum, agendum est hoc loco de enuntiatione quæ spectat ad Dialecticum, in qua sola reperitur veritas, quam tamquam finem, & scopū sibi comparandam proponit Dialecticus. Tradendæ igitur erunt eiusmodi orationis diuisiones. Prima colligitur ex diffinitione proposita. Enuntiatio alia est vera, & alia falsa: vera est quæ significat rem esse sicuti est, ut hæc, homo est animal, falsa vero quæ significat rem aliter quā sit, sicut hæc, lapis est arbor. Animaduertit Arist. enuntiationem ut significet verum, vel falsum, præter subiectum, & attributū, quæ sunt quedam nomina, constare debere, aut verbo indicantis modi, & temporis præsentis, ut est hæc, linea est quantitas, aut casu verbi, ut sunt tempus præteritum, aut futurum, ut hæc alia, excidium Troianum præterijt. Unde colligendum erit diffinitionem (ut diffinitio v. g. hominis, animal nimirum particeps rationis gradiens bipes) esse quidem orationem, non tamen enuntiationem quia neq. constat verbo, neque casu verbi, quæ tamen si illi addantur iam fiet enuntiatio, nam si ita dicamus, homo est animal particeps rationis, vel homo fuit animal particeps rationis, iam conficiemus enuntiationem.

Obseruatio.

Significat verū

Explicatur propositio diffinitio.

Solutio obiectæ.

I. Diu.

Obseruatio.

2. Ob-
servatio

tionem. Adnotat tamen Arist dif-
finitionem dici vnam orationem,
eo quod vno spiritu, & continuo
proferatur. Huius nihilominus rei
explicatio ad alium superiorem arti-
ficem Metaphy, scilicet spectat.

2. Diui.

F. Vna autem enuntiatio est, &c. Secū-
da diuisio est. Enuntiatio quædam
est vna, & simplex, alia vero multi-
plex: vna est, quæ rem vnam signifi-
cat, velut illa quæ constat vocibus
synonymis, qualis iudicatur hæc,
homo est animal, vel quæ constat
partibus aliqua coniunctione vni-
tis, velut hæc enuntiatio, Petrus scri-
bit, & Ioannes loquitur, quia partes
huius enuntiationis, copulatur me-
dia coniunctione. Eodemq; modo
enuntiatio multiplex, duplex est,
quædam enim est multiplex, quia
multa significat vt hæc, canis latrat
in qua vox illa, canis, est homony-
ma: vel quia partes illius nulla con-
iunctione copulantur, sicut hæc, Pe-
trus currit, calum mouetur.

Respō.
obiec.

G. Ac nomen quidem & verbum, &c.
Satisfacit Arist. tacitæ cuidam obie-
ctioni, poterat enim aliquis hoc pa-
cto cōtra ipsum insurgere. Nomina,
& verba, significant rem vnā: at no-
mina & verba non sunt enuntiationes:
non ergo recte constitutum
est, enuntiationes quasdam esse quæ
significant rem vnam. Huic Arist.
respon. alio modo enuntiationem
significare quid vnum, quā nomina
ipsa, & verba: enuntiationes namq;
significant aliquid vnum, aiendo, &
negando, nomina vero & verba, sig-
nificant vnam aliquam naturam,
simpliciter absq; affirmatione, &
negatione.

3. Diui.

H. Harum autem enuntiationum, &c.
Alia diuisio est. Enuntiationū quæ
vnum significant, quædam sunt sim-
plices, vel categoricæ, alię vero vo-
cantur coniunctæ, vel hypotheticæ.
Categoricæ sunt illæ quæ constant

simplici subiecto, verbo, & attribū-
to, vt est hæc enuntiatio, homo est
animal: hypothetica vero vocatur il-
la quæ conflatur ex enuntiationi-
bus categoricis, vt est hæc, si sol lu-
cet, dies est, quæ componitur ex iis
duabus, sol lucet, & dies est.

I. Affirmatio est enuntiatio, &c. Vlti-
ma diuisio est. Enuntiatio quædam
est aiens, & alia est negans. Aiens in
qua aliquid alicui attribuitur, fit-
que quando in ea præcipuum ver-
bum affirmatur, sicut hæc enuntia-
tio, arbor est substantia: negans ve-
ro dicitur illa in qua præcipuum ver-
bum negatur, fitque quando remo-
uemus aliquid ab altero, vt hæc enū-
tiatio, arbor non est leo.

k. Quando autem quod est, &c. In vlti-
parte huius cap. agit Arist. de contra-
dictione quæ reperitur inter enun-
tiationes, prius tamen ostendit qua-
tuor modis aliquid de altero posse
enuntiar. Primo ita vt enuntiemus
non esse quod est, vt si quis enun-
tiet hominem non esse animal qui
est animal, secundo ut enuntiemus
esse quod nō est, vt si enuntiemus ho-
minem esse lapidem, qui non est la-
pis: tertio ita vt enuntiemus esse
quod est, vt si dicamus perdicē esse
auem, quæ reuera est auis: quarto ita
vt enuntiemus, non esse, quod non
est, vt si enuntiemus leporem non
esse piscem. Cum igitur his quatuor
modis possit aliquid de altero dici,
duo illi primi modi, constituunt fal-
sas enuntiationes, falsū est enim in
enūtiatio. nō esse quod est, aut esse
quod non est. Alio vero modi poste-
riores, constituunt veras enuntiatio-
nes. Verum namque est esse id quod
est, & non esse id quod non est. Ex
quibus colligendum erit omnia affir-
mationi, esse oppositam negationē
eiusdē subiecti & attributi, vt huic
affirmationi, omnis homo est ani-
mal, opposita est hæc negatio, nul-
lus

Vltima
diuisio.

Vltima
par. cap.

Quod
mo. v-
num de
alio e-
nuntie.

Vt a
quæ
tatio
po.
quæ
Prim

Secū

1. O
uati

lus homo est animal, & ita colligere licebit hanc diffinitionem contradictionis in enuntiationibus. Contradictio est affirmatio, & negatio, eiusdem subiecti, & attributi.

Vt ali-
qui enū-
tiationo op-
po, re-
quiritur
Primo,
Secūdo,

L. Opponi autem cōtrario nomine, &c.
Adnotat tamen Arist. duas particulas esse necessarias vt aliqua enuntiationes opponantur contradictorie. Prima est, vt cōstent eisdem subiectis, & attributis, ob cuius defectū hæc duæ, Petrus legit, Leo non currit vel Petrus legit, & Petrus nō sedet, contradicentes non erunt, duæ nāque priores, differunt subiectis & attributis, duæ vero posteriores attributis distinguuntur: at vero hæc duæ, leo est substantia, leo non est substantia, sunt contradicentes, quia cōstant eisdem subiectis, & attributis. Aliud præterea requiritur ad hoc ipsum, vt nimirū, voces non sint homonymæ, vel vt subiectum, & attributum, in utroque sit vox synonyma, & ita hæc duæ non erunt contradicentes, canis latrat, canis non latrat, quia subiectum vtriusque est vox homonyma, & ita vtrique propositio est veram: nam aiens est intelligenda de cane domestico; negans vero de sydere cœlesti. Et aliæ nonnullæ particulae collocandæ sunt (inquit Arist.) in diffinitione contradictionis propter molestas rationes Sophistarum, quas ipse hoc loco præmittit.

Scholia in cap. 4. de oratione.

1. Obseruatio.
A In diffinitione orationis circa particulam illam: *Cuius pars separata aliquid significat* adnotat D. Th. Arist. in singulari numero disisse cuius pars, & non in plurali, cuius partes, quia non omnes partes oratio-

nis ab ea separatæ aliquid significat, sed quædam tantum. Etenim cum inter partes orationis, quædam per se aliquid significant, vt nomina, & verba, quæ communi nomine categorëmata appellantur, & aliæ per se nihil significant, sed tantum si cum prioribus coniungantur, quæ syn-categorëmata nuncupantur, vt sunt hæc voces, omnis, quidam, nullus, &c. Partes prioris generis, separatæ aliquid significant, posterioris vero, nihil possunt significare, ac proinde vt exprimeret Arist. non omnes partes, sed aliquas separatas aliquid significare, vsus est nomine partis in numero singulari, plurali numero prætermisso.

Et illud etiam sciendum erit, ad hoc vt enuntiationo verum, vel falsū significet, constare debere verbo indicantis modi, & temporis præsentis. Vnde si aliæ quæ constant aliis modis indicent veritatem, vel falsitatem ex eo erit, quia regulatur per has quæ constant verbo indicantis modi, & temporis præsentis, velut hæc, hominem esse animal, vt vera censetur regulanda est per hæc, homo est animal, quæ constat verbo indicantis modi. Vnde neque hæc proposita, neque reliquæ aliæ verbo infinito constantes orationes, enuntiationis nomine ornandæ erunt absolute, cum ex se non significant aliquam veritatem, sed ea ratione dumtaxat, in quantum regulantur per alias enuntiationes constantes verbo indicantis modi, & temporis præsentis.

2. Obseruatio.
L. Ad enuntiationes contradicentes præter has particulas propositas, alias inquit Arist. esse necessarias propter Sophistarum importunitatem, quas ipse hoc loco silentio inuoluit. Cæterum D. Thom. in commenta. hæc quæ requiruntur explicat eleganter. Requiritur enim primo,

no, vt non tantum sint circa idem subiectum verum etiam circa eandem partem, vnde hæ duæ, Aethyops est candidus, Aethyops non est candidus, non sunt contradicentes, quia non sumuntur circa eandem partem subiecti, nam est ille candidus in dentibus, in cuti vero nequaquam. Requiritur secundo vt ambæ enuntiationes eodem modo vsurpentur vnde si vna sumpta fuerit secundum actum, & altera secundum potestatem, non erunt contradicentes, ac proinde hæ duæ, ouum est animal, ouum non est animal, non sunt contradicentes, quia in prima animal sumitur secundum potestatem, & in altera secundum actum, atque ita vtraque est vera: nam verum est, ouum potestate esse animal, & verum est non esse animal actum. Requiritur

Erunt
contra-
dicent.

Secun.

Tertiū.

tertio vt ad idem tempus, & locum referatur, vnde duæ hæ, hodie pluit, & heri non pluit, non sunt contradicentes: quia non sumuntur eodem tempore, neque rursus hæ duæ, alia, in Italia grandinat, in Hispania non grandinat quia non sumuntur penes eundem locum: verum hæ, hodie pluit, & hodie non pluit, in Hispania grandinat, in Hispania non grandinat, erunt contradicentes: quia sumuntur respectu eiusdem temporis, & loci. Ex quibus omnibus possumus assignare hanc integram contradictionis diffinitionem. *Contradictio est affirmatio, & negatio, eiusdem de eodem, vocibus non homonym. secundum eandem partem, eodem modo, eodem tempore, & eodem loco.* E quibus particulis si aliqua detracta fuerit, remanebit manca, & imperfecta diffinitio.

Integra
diffi. cō-
tradicti.

Disputatio de oratione vni- ca Sectione comprehensa.

ARGVMENTVM!

Post explicatam partium naturam, nominis videlicet, & verbi, proximum est, vt de toto composito, oratione scilicet, disputemus, vnica autem sectione disputationem distribuemus in qua quærimus primo.

Quæstio prima. Sintne vera quæ tradita sunt ab Arist. in hoc cap.

Sintne tamē vera quæ ab Arist. in hoc cap. enarrata fuerunt æquū est imprimis vt perpendamus etenim illa his argumentis poterunt la-
1. Arg. benefactari, Primum. In oratione con-

tinentur plures voces, non igitur recte progressus est Arist. diffiniens in numero singulari orationem esse vocem. Secundum aduersus secundam particulam eiusdem diffinitionis In-
2. Arg. strumen-

strumentum facultatis naturalis debet esse naturale, atqui oratio est instrumentum facultatis loquēdi, quæ proculdubio est naturalis, ergo oratio significabit à natura & non ex hominum instituto. Iam huic argu. respondit Arist. in textu docens orationem non esse instrumentum facultatis naturalis, sed opus dumtaxat ab ea confectum: nihilominus hanc adhibitam solutionem nituntur Numenius, aliique nonnulli Platonici labefactare. In primis hoc pacto. Opus confectum ab instrumentis naturalibus est naturale: at oratio est opus confectum à lingua, dētibus, & aliis instrumentis naturali, erit igitur oratio opus naturale, & ita non significabit ex hominum instituto. Deinde. Oratio est instrumentum intellectus, exprimit enim ea quæ in intellectu continentur: at intellectus est facultas à natura tributa, ergo non recte diffinitur Arist. orationem esse instrumentum facultatis naturalis. Tertium. Illa est vitiosa diffinitio quæ non competit omni diffinito: at diffinitio orationis proposita non competit enuntiationi mentis, nam enuntiatio est vox significans, at vero intra mentem nulla est vox: ergo diffinitio enuntiationis non erit accommodata. Quartum. Illa diffinitio est vitiosa quæ traditur per cōtraria, quia diffinitio prædicatur de re diffinita, at duo contraria nequeunt de eodē simul prædicari: sed diffinitio enuntiationis est tradita per cōtraria, scilicet per verum & falsum: ergo diffinitio enuntiationis erit vitiosa. Quintum. Hæc enuntiatio scripta in pariete quæ sic se habet. *Hæc enuntiatio est falsa*, est legitima enuntiatio: sed illa neque significat verum, neque falsum, ergo non est optime diffinita enuntiatio oratio significans verum vel falsum. Confirmatur assū-

ptio. Imprimis non significat verū, nam ipsamet indicat se significare falsum: deinde neque exprimit falsum, quia illa propositio quæ significat rem esse sicuti est, non significat falsum, igitur cum hæc significet se esse falsam, & ita reuera sit, quod est falsa, hæc propositio non significabit falsum. Sextum. Arist. 6. Arg. 1. lib. de posteriori analysi cap. 2. constituit diffinitionem esse propositionem immediatam, ergo non recte diffinitur in hoc cap. diffinitionem esse enuntiationem, vel propositionem.

His tamen nihil impediētibz, Ad arg. quæ ab Arist. in cap. isto proposita fuerunt, & ipsius auctoritate, & omnium Dialecticorum consensu, confirmamus. Ad argumenta vero proposita sigillatim ita satisfacimus. Ad primum respon. Suesanus orationē ratione materiæ non esse vnam, sed multiplicem, quia materia eius sunt voces, quæ quidem plures sunt in vna oratione: at ratione formæ quæ est verbum, & copula, erit, & dicetur oratio vna, quia in qualibet oratione debet esse aliquod verbum, quod formæ locum obtineat, vnam partē eius cū altera connectendo. Nos tamen respon. possumus Arist. in hac diffinitione, neque vnam, neque multiplicem, sed solam vocem in communi, quæ est materia, & subiectū orationis intellexisse, ita vt sensus sit, oratio est vox significans, id est, materia in qua oratio reperitur, est vox, siue vna, siue multiplex fuerit hoc enim accidit materiæ in qua oratio reperitur. Ad secundum non est quod aliam præter traditam ab Arist. in textu solutionem adhibeamus, oportet tamen quod utriusque eius confutationi occurramus. Ad primam igitur earum distinguimus propositionem, quia vel loquimur de opere secundum rem, vel secundum

ntegra
iffi. cō
adit.

3. Argu.

4. Arg.

5. argu.

Arg.

6. Arg.

Ad arg.

Ad 1. ar
argum.

Solutio
Suelau.

Solutio
nostra.

Ad 2.

dum modum, primo modo admittimus propositionem, quæ quidem hunc sensum reddit, opus confectum à facultate naturali, est res quædam naturalis: quod si secundo modo de eodem agamus, nimirum secundum modum, eandem negamus, quia opus confectum à facultate naturali, aliquando habet modum ab arte constitutum, velut motus deorsum tripodæ, secundum substantiam est certe à natura tripodæ, quæ est corpus graue, modus autem illius quofit, vt velocius, vel tardius descendat, est ab arte, prouenit enim ille à figura quæ est opus ab arte confectum. Pari igitur ratione, oratio secundum substantiam, opus est productum à natura, at secundum modum, qui in ipsis vocibus, est significatio, tantum obtinet esse ex hominum instituto. Ad secundum aimus Aristot. non esse loquutum de omni facultate naturali, quum docet orationem non esse instrumentum facultatis naturalis, sed de illa sola, quæ est vnita corporeo instrumento, qualis iudicari debet facultas loquendi, quæ ipsi linguæ est coniuncta: intellectus autem non est facultas instrumento corporeo adhærês, vnde optime poterit oratio esse eius instrumentum. Ad tertium negamus assumptionem, ad cuius confirmationem dicimus enuntiationem mentis esse legitimam orationem, cuius ratio est quia oratio in communi nõ est vox sed signum, at signum etiam intra mentem reperitur Aristot. autem diffiniens orationem per vocem, non quamlibet, sed eam solum diffiniuit quæ in ore versatur. Ad quartum distinguimus propositionem, nam intelligi illa debet, vel de contrariis coniunctim, vel de eisdem diuisim, est certe illa primo modo vera, & admittenda, nequeunt enim duo contraria eidem simul conueni

re, falsa autem secundo modo sumpta, adesse namque, & abesse, sunt contraria quæ accidenti diuisim competunt, accidens enim quod nunc ad est, postmodum abesse potest. Verum igitur, & falsum, nequaquam adaptantur enuntiationi coniunctim, sed diuisim dumtaxat: nam vel illa enuntiatio quæ vera est, falsa esse non potest, vel si potest, vera, & falsa, simul nequaquam erit, sed successiue, ita vt in vno tempore sit vera, & in alio falsa. Ad quintum dicimus propositionem assignatam esse falsam, id quod ab ipsa aperte indicatur. Ad confirmationem vero distinguimus antecedens, potest enim intelligi aut in propositionibus absolutis, qualis est hæc, homo est animal, aut in reflexiuis (vt aiunt) quæ super veritatem vel falsitatem suam reflectuntur, est quidem antecedens istud verum de prioribus illis propositionibus, absolutis nimirum, falsum vero de reflexiuis, quia autem hæc propositio est reflexiua reflectitur enim supra suam falsitatem (se enim falsam esse declarat) propterea erit illa haud dubie falsa. Ad sextum responsum diffinitionem sumi posse, aut per se aut cum re diffinita, ea ratione qua prædicatur de illa: si per se sumatur diffinitio, non est enuntiatio, bene tamen si sumatur cum re diffinita. Aristot. igitur in hoc loco loquitur est primo modo de diffinitione, at 1. lib. de demonstra. egit de eadem secundo altero modo.

Rogabit tamen aliquis, quare cum enuntiatio non minus constet nominibus quam verbis, docuerit Aristot. in textu omnem enuntiationem constare vel verbo, vel casu verbi, nullam autem mentionem effecerit ipsius nominis Responsum D. Th. hanc sententiam Aristot. intelligendam esse ex eius instituto. Instituerat quidem ille diuidere enuntiationem

Ad 5.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 6.

Interrogatio.

in ca

in categoricam, & hypotheticam, scilicet in simplicem, & cōpositam, ne ergo suspicaretur aliquis enuntiatio nem esse simplicem ex eo, quia non contat aliquibus partibus, proinde subiungit omnem enuntiationem constare verbo, aut casu verbi, & cū verbum sit nota quædam quam sine extremis intelligere non possumus (vt in cap. superiori docuimus) propterea omnis enuntiatio, etiam simplex, constabit subiecto, & attributo, vocabiturque simplex, non quia excludat huiusmodi partes, sed quia non conflatur ex alijs propositionibus.

Altera Interrogatio. Quæret etiam forte quispiam ob quam causam diffinitio vna esse dicatur, hoc enim indiscussum præter mittit Arist. qui solum inquit non ex eo esse ipsam vnam, quia vno spiritu proferatur, causam tamen quare sit vna non declarat. Theophrastus in libello de affirmat. & negat. existimat diffinitionem esse vnam ab vnitatem rei diffinitæ, quia scilicet res diffinita est vna, sicut hæc definitio hominis, animal particeps rationis, est vna, quia homo qui diffinitur, est res vna. Ammonius vero hanc aliam assignat rationem, quia scilicet diffinitio est ex duabus partibus composita, quarum vna obtinet locum actus, cuiusmodi est differentia, & altera locum potentia si cuti est genus: & quia ex actu, & potentia fit vnum per se, ob hanc causam diffinitio (inquit ille) est vna per se. Possumus tamen ipsi in hunc modum respon. diffinitionem sumi posse, vel pro oratione significante rei naturam, vel pro ipsa natura significata: si primo modo loquamur, diffinitio erit vna, quia res diffinita est vna. Confirmatur. Vnitas instrumenti peti debet ab vnitatem rei ad quam expli. andam est institutum: sed diffinitio est instrumentum ex-

plicandi rem diffinitam, ergo diffinitio erit vna, quia res diffinita est quoque vna. Si vero agamus de diffinitione altero modo erit illa vna, quia habet partes quarum vna habet locum actus, altera vero locum potentia: ita enim docet Arist. 8. Metaphy. cap. vlt. vbi disputans quare diffinitio sit vna (nomine diffinitionis intelligens naturam significatam per illam) ex eo eam ait esse vnam, quia coalescit ex duabus partibus quarum vna habet locum potentia, altera vero locum actus, ex quibus duobus vnum & ens per se constituitur.

QVAESTIO II. AN ENUNTIATIO SIT ENS REI.

P Artem negantem ita ostendo.

Primum nomina, verba, & propositiones, sunt nomina secundæ notationis: at notio secundæ est ens rationis, ergo propositio mentis erit etiam ens rationis. Secundum. Subiectum & attributum sunt entia rationis: at propositio mentis constituitur ex subiecto, & attributo, ergo propositio mentis erit ens rationis.

Cum triplex sit enuntiatio, vna mentis, alia oris, & alia scripta, sit prima conclusio. Enuntiatio oris, & scripta sunt entia rationis secundum essentiam. Confirmatur. Tota essentia orationis est significare verum, vel falsum: sed tamen in enuntiatione oris, quam scripta, hæc significatio est ens rationis, nam illa habet esse, & consequitur hominum impositionem, quæ est ens rationis, vt diximus in superioribus, ergo oratio scripta, & oris, erunt entia rationis secundum essentiam.

Secunda conclusio. Enuntiatio mentis secundum essentiam est ens rei.

1. Arg.

2. Argu

1. Conc.

2. Conc.

rei Confirmatur his argum. aduersus quosdam dialecticos contrariū opinantes. Primum est. Tota enuntiationis essentia, est significare verum, vel falsum: sed in enuntiatione mentis, hæc significatio non est ens rationis, ergo enuntiatio mentis, non erit ens rationis. Confirmatur assumptio. Significatio quæ habet ortum à natura, non est significatio rationis, sed rei, vel naturalis: sed significatio propositionis mentalis habet ortum à natura quia conceptus mentis (ex quibus componitur propositio mentalis) significant naturaliter, cum significant idem apud omnes, vt docuit Arist. in prafatiuncula, ergo significatio propositionis mentalis erit à natura. Secundum. Illud quod fit per se, directe, & primo ab ente rei, est ens rei, vt docuimus agentes de rebus vniuersis: sed enuntiatio mentis fit primo, & per se, ab intellectu, in secunda eius operatione, quæ est compositio, & diuisio, ergo enuntiatio mentis erit ens rei.

2. Arg.

Ad 1. argum.

Ad 2.

Ad primum argum. respon. distinguendo propositionem quia vel loquimur de propositione mentis, vel de propositione scripta, & oris: de propositione quidem mentis falsa illa est, nam hoc nomen propositio, vt significat propositionem mentis non est nomen secundæ notionis, sed primæ: at vero si loquamur de enuntiatione scripta, vel oris, vera illa est, & concedenda. Ad secundū aimus, subiectum & attributum secundum essentiam, & formaliter essentia rationis, subiectum vero & attributum denominatiue non essentia rationis, sed rei: & ita propositio quæ est intra mentem, denominatur in suis partibus, materia, subiectum, vel attributum, nequaquã tamen est illius subiectum vel attributum secundum essentiam, sed ens

rei, quia illius essentia est significare, quæ quidem significatio, ex sua natura propositioni mentis adaptatur.

QVÆST. III. AN ENUNTIATIO SIT SIMPLEX QUALITAS MENTIS NECNE?

Difficilis sane ad explicandum questio eã tamen facile, & perspicue (pro nostra tenuitate) conabimur explicare. Et quidem enuntiationem esse compositam quandã qualitatem confirmatur primo. Propositio ad secundam operationem intellectus spectat, in illa siquidem veritas, & falsitas reperitur, quæ tantum in secunda operatione locum habent, vt Arist. in prafatione lib. huius testatur: sed secunda operatio intellectus non est simplex, sed composita, ergo propositio etiã erit qualitas composita. Minor propositio ex eo colligi poterit, quia functiones huius secundæ operationis intellectus, sunt compositio, & diuisio, quod sane haud leuiter indicat, hanc operationem intellectus esse compositam. Confirmarique potest argum. ex D. Tho. 1. p. q. 58. art. 4. ad 1. vbi inquit, compositionem intellectus constitui ex variis conceptibus, ex quibus vnum alteri attribuitur, vel ab altero remouetur. Verba illius sunt. *Ad primum ergo dicendum quod non qualiscunque multitudo intellectuum compositionem causat, sed multitudo illorum intellectuum, quorum vnum attribuitur alteri, vel remouetur ab altero.* Quare cum propositio sit quãdã compositio intellectus, erit ex multis conceptibus constituta: at quod ex multis conceptibus constat, non est simplex qualitas: neq. igitur propositio simplex qualitas erit. Secundum. Eo ordine quo voces exterius prola-

1. Arg.

2. Arg.

prolatas audimus, ita intra mentem generamus conceptus: sed sigillatim & seorsum audimus subiectum, & attributum enuntiationis, ergo seorsum diuersos conceptus de his intra mentem producemus: at vbi sunt diuersi conceptus, ibi est compositio, ergo enuntiatio erit qualitas compo-

3. Arg. sita, & nō simplex. Tertium. Si apprehensio huius propositionis (v.g.) homo non est non homo, est vna simplex qualitas intra mentem, ergo vna simplex qualitas contradictoria poterit representare, nam conceptus representat totam enuntiationem, quare cum illa ex vocibus contradictoribus conflatur, nimirum homine, & non homine representa-

bit contradictoria. Præterea. Si apprehensio huius, homo est candidus esset simplex qualitas, fieret in mēte dari æquiocationem, quod omnes dialectici dissentent, quod sequatur ita confirmo. Conceptus ille simplex representaret hominem, & candorem, at homini, & candori, tantū potest esse aliquid secundum homo, nimiam, vel analogiam commune est enim homo subitātia, candor vero accidens, ergo si apprehensio huius propositionis esset simplex qualitas daretur intra mentem homonymia, vel æquiocatio.

e. Obseruatio. In intellectu inter alias duæ sunt constituendæ actiones, vna quæ est apprehensio, & altera quæ iudicium nuncupatur. Apprehensio est simplex quidam mētis intuitus, quo in rem aliquam cognoscendam fertur, iudicium vero est actio qua rem esse sicuti est, & non esse sicuti non est, proferimus. Iam in propositionibus duplex est apprehensio, vna singularum partium, quando sigillatim, & seorsum proferuntur, & altera totius propositionis: etenim postquam singulas illius apprehendit intellectus, sequitur in illo alia apprehensio qua

totam propositionem sub ratione totius apprehendit, nam quando apprehendit singulas partes, nondum apprehendit totum ipsum sub ratione totius, quare necessaria est alia secunda apprehensio, qua totū sub ratione totius apprehendat.

Sit iam prima conclusio. Iudiciū quo intellectus iudicat propositionem prolatam esse veram, vel falsā, est simplex mentis qualitas. Hanc nullus est qui dissentiat, est enim apertissima, cum vnica actione intellectus experiamur nos proferre iudicium de veritate, aut falsitate propositionum.

Secunda conclusio: Apprehensio, qua singulas partes propositionis sigillatim, & seorsum apprehendimus, est composita mentis qualitas, & nō simplex conceptus. Hæc etiam est notissima quia ita apprehendimus vt audimus subiectum, & attributum, propositionis, quare diuersos intra mentem harum partium conceptus apprehensiuos producemus.

Tertia conclusio. Altera apprehensio qua totam ipsam propositionem veram esse apprehendimus, est simplex qualitas, & vnica actio intellectus. Hanc profitemur cum Soncinate 4. metaph. q. 32. Ferrari. r. c. Gent. cap. 55. M. Soto. 2. lib. summula. cap. 5. Tolet. 3. de anima q. 15. & quam non obscure indicare visus est D. Tho. 1. p. q. 12. ar. 9. ad 2. vbi inquit intellectum ex conceptis prius rationibus generis & differentie, efformare deinde vnum conceptum simplicem speciei: quemadmodum vis imaginandi, ex præcognitis speciebus montis, & auri efformat deinde speciem quandam montis auri. Vnde ex D. Tho. intellectus præter conceptus subiecti, & attributi propositionis in se, deinde producet conceptum quandam simplicem totam enuntiationem repræ-

- sentantem Confirmatur itaq. con-
clu. Potentia sensitivæ vnico actu
apprehendunt subiectum & attri-
butum, sub ratione totius, vt visus
(quando homo currit) vnico actu
apprehendit ipsum hominem, & cur-
sum, qui de illo dicitur: ergo & intel-
lectus vnico actu apprehendit sub-
iectum & attributum propositionis
sub ratione totius. Deinde. Si
pluribus actibus, & conceptibus, pro-
positionem sub ratione totius appre-
henderet, hanc propositionem, ho-
mo est homo, quoque apprehenderet
diuersis conceptibus, & actibus,
vnde fieret, vt duo accidentia solo
numero distincta essent in eodem
subiecto, nimirum duo conceptus
hominis, vnus eius vt est subiec-
tum, & alter vt est attributum, quod
certe repugnat placitis Philosopho-
rum. Iam. Propositio sub ratione
totius, significat quandam compo-
sitionem inter subiectum & attribu-
tum interuenientem: sed hanc com-
positionem non significant concep-
tus singularum partium, vt in hac
propositione, homo est animal, con-
ceptus hominis, non significat com-
positionem inter se, & animal neq.
est contra conceptus animalis com-
positionem inter se, & hominem:
ergo præter conceptus singularum
partium, erit aliquis vnus concep-
tus simplex, & apprehensiuus conti-
tuendus. Et confirmatur quia hæc
propositio sub ratione totius, vna
est, ergo debet ab vno aliquo, & sim-
plici conceptu representari. Expli-
caturq. res hæc exemplo satis facili
de domo, cuius partes si per se, & se-
orsum apprehendantur varijs illarū
conceptibus apprehenduntur, si
tamen omnes illæ in ratione vnus
totius domus contemplentur, eodē
actu simplici, & conceptu vnico, ap-
prehenduntur. Ita etiam in enūcia-
tione, si illius partes per se, & seorsū
1. Arg.
2. Arg.
3. Arg.
- Explicatur ex-
plo.

considerentur, diuersis actionibus,
& conceptibus intelliguntur: si tamē
ad vnā, & eandem actionem quā
componunt referantur, vnico ac eo-
dem conceptu, totius nimirum pro-
positionis, apprehenduntur.

Igitur ad argu. ad primum respō.
primam, & secundam operationem
intellectus, non distinguitur ex eo quia
in prima sit vnicus tantum concep-
tus, & in secūda plures, potest enim
est contra euenire, vt scilicet in pri-
ma sint plures, & vnicus in secun-
da, nam iudicium actus est secundæ
operationis, quod tamen sit vnico
simplici actu, & apprehensio qua
apprehendimus hominem esse candi-
dum, risibilem, & bipedē, est actus
primæ operationis, in quo plures
actiones, & conceptus reperiuntur.
Differunt igitur hæ operationes,
quia prima siue fuerit simplex, siue
multiplex apprehensio, significat rē
simpliciter, & absolute, & non vnā,
cum altera componendo: secūda
vero, quamuis sit simplex mentis
conceptio, res ipsas significat, per
compositionem, & diuisionem, vel
vnum cum altero componēdo, vel
aliud ab altero diuidendo. Itaq. se-
cūda operatio intellectus, in se sim-
plex qualitas est, ratione tamen rei
significatæ, est composita, quia ni-
mirum compositionem subiecti cū
attributo representat, qua ratione
enuntiatio mentalis, erit etiam com-
posita respectu resignificatæ, quam-
uis in se sit simplex, & indiuisa: &
hoc eodem modo intelligi debet D.
Tho. in authorit. proposita, quan-
do inquit esse rem compositam, ex
varijs conceptionibus intellectus,
hoc si quidem intelligi debet non
ratione sui, sed ratione rei represen-
tata. Ad secundum respon. admit-
tentes quando sigillatim, & seorsū
apprehendimus subiectum, & attri-
butum, nos intra mentem generare
diuer-

1. Arg.

Discrī
inter 1.
& 2. ope
1a. intel
lectus.

Ad 2.

diuersos conceptus apprehensiuos, hoc enim iam in secunda conclu. do-
cuius: quod enim diffitemur tan-
tum est, apræhensionem totius pro-
positionis (& non singularum parti-
tium) esse compositam qualitatem.
Ad tertium respon. nullum esse in
commodum asserere, eundem con-
ceptum apræhensiuum diuersas &
contrarias naturas (vt hominem, &
non hominem) repræsentare; nam
eadem actione videndi apræhendi-
mus interdum candorem, & atrorē,
quæ sunt contrariæ qualitates. Et
certe cum iudiciū quo decernimus,
hominem non esse non hominem,
has duas voces contradicentes re-
præsentet (quod esse simplicem qua-
litatem nullus dubitat) quid mirū
si vnica simplici apræhensione, has
eadem voces contradicentes, natu-
rasq. repræsentatas intelligamus? Ad
quartum negamus sequellam, quia
æquiuocatio, vel homonymia, tunc
est intra mentem admittenda, quan-
do cōceptus vnus, & simplex, repræ-
sentat plura vt plura sunt (si tamē-
hoc fieri potest) non autem quando
repræsentat plura sub ratione vni-
us, qua ratione conceptus ille sim-
plex, qui repræsentat hominem esse
candidum, refert hominem, & can-
dorem, non quidem vt habent in-
ter se distinctas naturas, sed ea ratio-
ne qua ad eandem enuntiationem
conficiendam conspirant: vnde non
sequetur dari homonymiam, seu
equiuocationem intra mentem.

**QVAESTIO IIII AN E-
nuntiatio sit genus ad aien-
tem, & negantem.**

1. Arg. **P**raterea querimus num enuntia-
tio sit genus ad aientem, & negā-
tem necne? Etenim non esse hæc ar-
gumenta ostendunt. Primum, Enū-

tiatio aiens, est prior negante, vt
Arist. in hoc cap. profitetur, & etiā
lib. 1. poster. cap. 2. at quod participa-
tur ab inferioribus secundum prius
& posterius, neque genus est, neque
quid synonimum ad illa: non igitur
enuntiatio genus erit ad aientem, &
negantem. Secun. Enuntiationē esse
aientem, & negantem, solum sunt
qualitates quædam enuntiationis,
quia enuntiatio secundum essentiā
diuiditur in veram & falsam, secun-
dum quantitatem in vniuersam, &
singularem, & secundum qualitātē,
in aientem, & negantem: diuisio igitur
enuntiationis in aientem, & ne-
gantem, minime erit generis in spe-
cies, sed subiecti tantū in accidētia.

Quidam ex veteribus vt Aspa-
sius, Alexander Aphrodisæus, Fran-
ciscus Burana in commenta. in cap.
1. lib. primi prior. & Philoponus
in comment. 2. cap. lib. 1. poster. in
ea sunt opinione vt existiment, enū-
tiationem non esse genus ad aientē
& negantem, sed esse quandam natu-
ram analogam, quæ prius de aiente,
quam de negante dicatur. Secunda
opinio est M. Soto 2. lib. sūmula ca.
8. existimantis illā non esse genus
sed materiam, ac proinde esse hanc
diuisionem subiecti in accidentia,
enuntiatio enim quæ est res diuisa,
est subiectum, esse vero aientē, vel
negantem, quædam sunt illius acci-
dentia. Tertia tamen opinio, & mul-
to verior, est D. Thomæ, Ammonij
Boeti) concilij Louaniēsis, Suesani,
Lemosij, Toleti, & aliorū præcipue
recentiorum, qui censent (in com-
menta. huius cap.) enuntiationem
esse verum, ac legitimum genus, ad
aientem nimirum, & negantē. Nos
tamenq. istam his assertionibus dis-
finimus.

Prima. Enuntiatio aiens, prior est
negante, idque ob tres rationes a D.
Tho. propositas. Prima, quia affir-
matio

2. Argu.

1. Opia.
Aspasij
Alexa.
& alio-
rum,

2. opinio
M. Soti

3. Arg.
D. Tho-
mas Am-
monij
& cē.

1. Con.

I. ratio ratio est simplicior negatione, cum negatio cōponatur ex voce aiente, & particula non, vt non homo, componitur ex homine, & hac voce nō: at illa quæ sunt simpliciora, priora sunt compositioribus. Secūda quia affirmatio, est compositio subiecti cum attributo, negatio autem, est dissolutio vtriusque, siue attributi à subiecto diuisio: quia vero compositio, prior est dissolutione, & diuisione, ideo enuntiatio aiens prior etiam erit propositione negante. Tertia. Quia aiens significat esse negans vero non esse, & quia esse est prius non esse, aiens quoque erit prior negante.

Secun. Secunda conclu. Enuntiatio ad aientem, & negantem, verum est ac legitimum genus. Illam his argu. de monstramus. Natura illa quæ ex æquo dicitur de suis inferioribus specie diuersis & in quid proculdubio est generica: at enuntiatio dicitur de aiente, & negante, quæ differunt specie, in quid, & ex æquo: enuntiatio igitur erit verum genus aientis, & negantis. Cōfirmatur assumptio. In primis enuntiationem prædicari de illis in quid, ipsasq. enuntiationes specie differre nulli est dubium, at enuntiationem ex æquo prædicari de illis (quod negat Alexāder) hoc pacto confirmo. Enuntiatio negans ita significat veritatem, sicuti affirmans, neque ex eo illam significare dicitur, quia enuntiatio aiens significet prius veritatē, velut hæc enūtiatio negans homo non est leo, nō ex eo est vera, quia hæc altera, homo est animal (quæ est affirmans) est vera, sunt namq. hæc veritates independentes, & multum diuersæ: ergo enuntiatio ex æquo dicitur de aiente, & negante. Vnde colligimus hanc diuisionem enuntiationis in aientem, & negantem esse generis in species.

Tertia conclu. Hæc diuisio non est subiecti in accidentia. Proponimus illam aduersus M. Soto. Et certe, ex superiori illa sequitur apertissime: etenim si res diuisa est genus membrorum diuidentium, nulla ratione poterit esse diuisio subiecti in accidentia. Iam in diuisione subiecti in accidentia, res diuisa non dicitur secundum essentiam: de membris diuidentibus: nā corpus quod est diuisum in candidum, & atrum neque de candido, neque de atro, dicitur secundū essentiam: at enuntiatio secundum essentiam dicitur tam de aiente, quam de negate: quare non poterit diuidi in hæc duo mēbra, diuisione subiecti, in accidentia.

Argumenta demum sunt dissoluenda. Ad primum aimus species alicuius generis sumi posse, vel vtcōferun. inter se vel vt diuidit gen^o superius: 1. modo, nihil prohibet vnā esse priore altera. 2. autem modo omnes illæ sunt simul, diuiduntq. ex æquo genus, vt Arist. docuerat in Postcategorijs cap. de simul. Si igitur enuntiatio aiens cum negante conferatur, est ea prior, at si comparetur cum enuntiatione quam diuidit haudquaquam est illa prior, ex æquo enim enuntiatio aiens, & negans enuntiationem in cōmuni diuidunt. Ad secundū dicimus, qualitatem, quandam esse essentialem, vt sunt omnes differentię maxime propriæ, & aliam esse accidentariā, velut omnia quæ in catego. qualitatis continentur: vnde diuisio accidentaria, est subiecti in qualitatem secundo modo, non autem in qualitatem primomodo. Atq. ita cum affirmatio, & negatio, sint quædam differentię essentiales enuntiationis, diuisio illius in aientem, & negantem non erit accidentaria, sed generis in species, per nomina differentiarum propositas.

3. cōclu.

1. Arg.

2. Arg.

Ad 1. argumē

Ad 2.

QVAEST. V. AN ENUNTIATIO SIT GENUS AD CATEGORICAM & HYPOTHEticam necne?

Est etiam dubitatio num ad categoricam, & hypotheticam sit enuntiatio ipsa genus necne esse nā que his duobus argumentis confirmari potest. Primum. Essentia propositionis est significare veritatem, vel falsitatem: at hoc competit ex quo hypothetica enuntiationi, sicut & categorica, ergo propositio erit genus ad categoricam & hypotheticam. Cōfirmatur assumptio. Quē admodum propositio categorica significat veritatem, ita etiam & illā exprimit hypothetica, ergo significare verum, vel falsum competit utriusque ex æquo. Secundum. Nomen prædicatur synonyme de simplici, & composito, ergo & enuntiatio etiam, synonyme dicitur, & ut genus de simplici, & composita, eadem enim videtur esse utriusque ratio.

His argum. commoueri potuerūt M. Sotus, & Thomas à Mercado (hic in argu. effectis contra 2. lib. suarū Summularum, ille autem 2. etiam libro summula. cap. 6.) ut existimarent enuntiationem in communi esse verum ac legitimum genus, ad categoricam & hypotheticam. Nos tamen arbitramur illam non esse genus, sed esse naturam analogam ad hæc duo enuntiationis genera, quæ opinio absque dubio est D. Tho. in præfatiuncula huius operis & lectio. 12. huius lib. ubi docet enuntiationem hypotheticam non significare absolutam veritatem, sed hoc debere soli categoricæ, est etiam & Boetij, Ammonij, Toleti ac Suesani qui docent enuntiationem prius dici de categorica, quam de hypothetica, quod si dicatur prius, non poterit

esse genus, eo quod genus non prædicatur per prius & posterius, quam opinionem hanc vnica conclusione explicamus.

Enuntiatio minime est genus ad categoricam, & hypotheticam. Confirmatur ista his argu. Primum. Illud quod prædicatur per prius, & posterius de suis inferioribus non est genus: at enuntiatio prædicatur prius de categorica, quam de hypothetica, potest namque categorica enuntiatio esse absque eo quod datur simul hypothetica enuntiationi: nullo autem pacto hypothetica consistare potest absque categorica: illud vero est prius quod absque alio esse potest, & non è conuerso: enuntiationi igitur minime erit genus ad categoricam, & hypotheticam. Secundum. Veritas nō dicitur synonyme de veritate simplici, & secundum quid: at enuntiationi categorica significat veritatem simpliciter, hypothetica autem secundum quid, & ex hypothetico, ergo cum propositio significet veritatem, vel falsitatem, nulla ratione prædicabitur synonyme, neque erit genus, ad categoricam & hypotheticam. Tertium. Vna species secundum formam, nequit componi ex altera: sed propositio categorica componit hypotheticam secundum formam, igitur propositio categorica, & hypothetica, non erunt species eiusdem generis. Confirmatur assumptio. Forma propositionis, & essentia, est significare veritatem, vel falsitatem: sed propositio categorica, ut significat veritatem, vel falsitatem, componit hypotheticam, ergo propositio categorica constituit hypotheticam secundum formam.

Dissoluamus iam argu. Ad primū negamus assumptionem, significare namque veritatem absolute, & prius, competit categoricæ, quam hypotheticæ, ut docuimus, & non ex æquo

Conclu.
1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

Ad 1. argu.

Ad 2. vtrique. Ad secundum dicimus esse
disparem rationem, nomen enim cō-
positum (vt equiferus) non compo-
nitur ex nominibus, qua nomina
sunt, sed vt sunt syllabæ, vel dictio-
nes: at hypothetica enuntiatio, com-
ponitur ex categoricis, qua sunt enū-
tiationes. Atq. ita diuersa est vtriuf-
que ratio, nam hypothetica enun-
tatio, habet partes significantes ve-
ritatem absolute: nomina autem cō-
posita, carent partibus aliquid per
se significantibus.

QVAESTIO VI. AN VNA
enuntiatio sit altera verior
necne?

Opinio
quam se
quetur
holesot.

M. Ag. Sotus 2. lib. summula. cap.
5. docet extitisse quosdam arbi-
trantes omnes enūtiationes esse ex
æquo veras, neque vnā altera ve-
riorem existere. Sequitur hanc opi-
nionem Holchot 1. lib. senten. q. 1.
in fine. Ipse tamē M. Sotus existimat
non omnes propositiones ex æquo
veras esse, sed alias aliis veriores in-
terdum inueniri. Hanc tanquam ve-

1. Arg.

riorem his argumentis confir. Pri-
mum ex communi modo loquendi
haurimus, cum enim volumus pro-
positionem aliquam confirmare esse
veram, ita dicimus, ita est hoc ve-
rum, sicut hoc aliud, Deus est veri-
tas, in quo loquendi vsu, aperte cer-
te inuimus, hanc veritatem, Deus

2. Argu

est, esse primam, & alias veritates mi-
nores esse illa. Præterea veritates in
rebus diuinis, vt Deum esse maiores
sunt quā veritates in rebus creatis,
vt cælum esse, vel hominē esse: igitur
veritas non dicitur ex æquo de
omnibus enuntiationibus. Ad hæc.
3. Arg. In demōstrationibus præmissæ sūt
veræ, itidemque & conclu. at qui præ-
missæ veriores sunt conclusionē: erit
igitur vna enuntiatio verior al-

tera Confirmatur assumptione. Pro-
pter vnumquodque tale, & illud ma-
gis debet esse tale, at conclusiones
sunt veræ propter præmissas, verio-
res ergo erunt præmissæ. Demum.
Veritas consequitur entitatem, cum
fit eius proprietates: at maior est enti-
tas in quibusdam, quam in aliis, vt
in rebus increatis, quam in creatis:
& in rebus necessariis quam in con-
tingentibus, seu probabilibus: veri-
tas ergo significata per enuntiationem,
maior erit in vno quam in al-
tero.

4. Arg.

Obiiciet tamen aliquis. Veritas si-
ta est in indiuisibili, significat nam-
que rem esse, sicuti est, nam si aliter
quam sit illa significet est falsa, sed
indiuisibile non recipit magis, & mi-
nus, vna igitur enuntiatio non erit
altera verior. Respon. nihilominus
propositionem esse falsam, quamuis
enim propositio vera sit illa quæ si-
gnificat rem esse sicuti est: tamen
quia potest significare rem esse sicuti
est, aut propter maiorem entitatē
quam habet, aut ob alias plures cau-
sas, quæ enuntiationem vnā altera
veriore efficiunt, propterea enun-
tiatione vna erit verior altera, quā
uis omnes significant rem esse sicuti
est.

Solutio

QVAESTIO VII. QVOD
nam sit diffinitum in diffinitio
ne orationis.

Agunt præterea Dialectici de diffi-
nitione orationis, si tne illud oratio
in communi, vel sola perfecta: nam
solam orationem perfectam esse
hoc loco diffinitam hoc pacto po-
test in primis ostendi. Illa oratio est
in proposita diffinitione diffinita
quæ est genus enuntiationis: at sola
oratio perfecta est eius genus: sola
igitur oratio perfecta erit per hanc
diffiniē

1. argu

diffinitionem explicata. Hypotheticam deinde orationem minime hic definitam esse hoc alio argu. potest demonstrari iuxta Porphy. Oratio hypothetica constat partibus que separatæ significant aliquid, vt affirmationes, & negationes: at huius diffinitionis diffinitû huiusmodi partibus caret: nequaquam igitur oratio hypothetica censetur eritq. huius diffinitionis diffinitum.

Quidâ ex veteribus vt Philopo. Syria. & B. Albert. Mag. cap. 1. de enuntia. existimant diffinitum propositæ diffinitionis esse solam orationem perfectam, imperfectam vero minime in ea explicari. Alij vero vt Aspasius & Porphy. arbitrantur solam orationem categoricâ, esse hac diffinitione comprehensam, nec hypotheticam in eadē vllō modo declaratâ fuisse volunt. D. Tho. autem Ammoni. Boheti. ac pleriq. alij censent omnem orationem tam perfectam, quam imperfectam, tam categoricam, quam hypotheticam esse in proposita diffinitione diffinitam. Quam opinionem putamus veritorem, ac proinde in illius explicationem, hanc subijcimus assertionē:

Omnis oratio tam perfecta, quam imperfecta, tam categorica, quam hypothetica, fuit ab Arist. in proposita diffinitione diffinita. Confirmatur his argu. Primum. Illa oratio diffinitur in hac diffinitione, cui competit diffinitio: sed diffinitio proposita orationis, competit omni orationi tam perfectæ, quam imperfectæ: ergo diffinitum huius diffinitionis non tantum erit oratio perfecta. Confirmatur assumptio. In primis hanc diffinitionem convenire orationi perfectæ, etiam profitetur aduersarij, deinde vero illam convenire orationi imperfecte, sic ostēdo. Oratio imperfecta, vt est, homo albus, constat partibus significanti-

bus ex hominum instituto, quæ separatæ significant aliquid, vt dictiones, & nō vt affirmationes, quemadmodum colligere poterimus si percurramus singulas particulas diffinitionis: ergo diffinitio orationis competit orationi imperfectæ. Præterea Arist. post traditam diffinitionem orationis diuidit illam, in perfectam, & in imperfectam, vel quod idem est, in enuntiantem, & in non enuntiantem: ergo vtraq. oratio tam perfecta, quam imperfecta, fuit diffinita ab Arist. Et hoc eodem argu. confirmare possumus aduersus Porphy. diffinitam esse in hac diffinitione vtramque orationem, tam categoricam, quam hypotheticâ, quia cum deinde diuidat illud quod fuerat diffinitum, & diuidat orationē in simplicem, & coniunctâ, vtraq. fuit diffinita in proposita diffinitio.

Tam ad argu. in initio proposita. Ad primum negamus assumptionē, enuntiationis namque duplex est genus proximum vnum, & alterum remotum, proximum est oratio perfecta, remotum vero est oratio in communi: at diffinitum huius diffinitionis, non tantum est genus proximum verum etiam & remotum. Ad secundum respon. Porph. & Aspasius, Arist. non diffiniisse in hac diffinitione omnem orationē, sed solam simplicem & categoricam, nam illius partes separatæ non significant aliquid afirmando, & negando: argu. vero tantum probat in oratione hypothetica partes separatæ significare aliquid per modū affirmationis, & negationis. Hæc tamen solutio nulla est quia Arist. illam orationē diffinit in hac diffinitione, quam deinde diuidit: sed statim post hæc diffinitionem orationis traditam, diuidit ipsam orationem in categoricam, & hypotheticam, igitur vtraq. oratio diffinitur in proposita diffinitione.

4. Argu.

Solutio

2. Opi
porph.

3. Opi.
D. Tho.

1. Conc.

1. argu.

1. argu.

2. Arg.

Ad 1. argu.
gumen.

Ad 2.
quorum.
Solutio:

Reijcit.

Alia so-
lutio.

nitio. Vnde Alexan. Aphrodi. D. Tho & alij respon. intelligendam esse hanc particulam, de partibus remotis in enuntiatione hypothetica, & de proximis in categorica. De partibus categoricę nulli est dubiũ, illas separatas a toto non significare aliquid per modũ affirmationis, & negationis: de partibus etiam orationis hypotheticę est id ipsum apertum, quamuis enim in proposita oratione, duę illę partes quę sunt proximę, scilicet sol lucet, & dies est, significant aliquid affirmando, attamen partes remotę quę sunt sol, & lucet, in prima, & dies, atque est, in secunda oratione, non significant aliquid affirmando, vel negando, sed conceptus simplices exprimendo: Possumus tamen etiam & nos respon. partes orationis esse in duplici differentia, quia quędam sunt necessarię, adeo vt sine illis nulla oratio constare possit, & alię sunt necessarię quia sine illis potest aliqua oratio constare, primi generis sunt nomina & verba, nam sine illis verisque nulla oratio constare potest, secundi vero generis existimantur ipsę enuntiationes cate-

Solu.

goricę quia quamuis oratio hypothetica absque ipsis constare non possit, aliqua tamen alia oratio potest optime constare absque illis, nimirum categorica, cum ex solo subiecto verbo & attributo illa constituitur. Igitur ad Arist. respon. illum intelligendum esse de partibus omnino necessariis ad orationem, non autem de aliis non necessariis, itaque partes orationis separatas non significare aliquid per modum affirmationis, vel negationis intelligi debet de partibus omnino necessariis, vt sunt nomina, & verba, & ita quęuis in proposita oratione, si Sol lucet dies est, partes separatę affirmet aliquid, vt Sol lucet & dies est, non tamen sunt illę partes omnino necessarię, de quibus solis propositam particulam intelligendam esse existimamus. Ex his facilis est solu. argu. propositi, nam dicimus diffinitionem orationis intelligendam esse de partibus necessariis: at partes hypotheticę, quę sunt duę categoricę non sunt necessarię partes orationis, ac proinde nihil mirum si separatę significant aliquid affirmando vel negando,

DE SVBIECTIS, & attributis enuntiationum. Caput 5.

ARGVMENTVM CAP.

Agit in hoc cap. Arist. de contrarietate enuntiationum, illudque in tres partes distribuit, in quarum prima explicat quę sunt enuntiationes contrarię, in secunda tradit

nonnullas leges ratione veri, vel falsi, quę in illis inueniuntur: in vltima demum docet vni affirmationi, vnam solam negationem esse contrariam.

A **Q**uoniam autem res partem uniuersae sunt, partim singulae (uniuersas autem appello eas, quae suapte natura dicuntur, in multis singulas, quae non dicuntur: ut homo, in rebus uniuersis est: in singulis, Callias) necesse est effari inesse aliquid, aut non inesse rerum uniuersarum cupiam, aut singularium. **B.** Ac si quid uniuersae inesse aut non inesse in quadam re uniuersa confirmet, aduersae erunt enuntiationes. Dico autem in re uniuersa uniuersae dici, uelut in his. Omnis homo albus est. Nullus homo albus est. Sin autem de re uniuersa, non uniuersae quid enuntietur, non sunt enuntiationes aduersae, attamen fieri potest, ut quae declarantur ac si significantur aduersa sint. **A** pello autem non uniuersae aliquid de re uniuersa eloqui, quales haec sunt enuntiationes, Homo est albus, Homo non est albus. Nam cum homo in rebus sit uniuersis, sine uniuersae generis nota accipitur enuntians. Verbum n. omnis, non est res quadam uniuersa sed uniuersae generis tantum nota. **C.** In attributo autem uniuersali si nota uniuersae generis addas, nunquam uere affirmabit. Neque enim uera esse ulla potest assertio, in qua cum uniuersale sit attributum, uniuersae enuntiat. Ex quo genere illa est enuntiatione, omnis homo omne animal est. **D.** Affirmatio igitur negationi contradictorio nomine opponitur, quae uniuersae enuntiat de eodem illo de quo altera non uniuersae, ut, omnis est homo albus. **E.** Non omnis homo est albus, Nullus homo albus est, aliquis

homo est albus. Contrario uero nomine opponitur rei uniuersae affirmatio, rei uniuersae negationi: quales haec sunt, omnis homo iustus est, Nullus homo iustus est. **E.** Quocirca esse haec simul uere nullo modo possunt. At haec oppositae simul in eodem dici uere possunt: ut, Non omnis homo albus est, **E.** Aliquis homo albus est, quae ergo ex rebus uniuersis contradictoriae constant, idque cum uniuersae generis nota, earum necesse est alteram uera esse uel falsam. Itemque earum quae ex singulis constant, quales haec sunt, Albus est Socrates, Non est albus Socrates. Quae autem ex uniuersis rebus, nulla adiecta generis uniuersae nota constant, earum non semper una uera est, falsa altera. Nam haec simul uere dicuntur, Est homo albus, Non est homo albus. Et haec, Est homo pulcher, Non est homo pulcher. Nam **E.** si quis turpis sit uerum est non esse pulchrum: **E.** tum cum sit aliquid, id nondum est. **F.** Sed hoc statim alienum uideri potest, propterea quod haec enuntiatione, Non est homo albus, idem quod illa, Nemo est albus, ualere uideatur. Sed nec idem ualet, nec simul etiam illam declarat necessario. **G.** Vni autem negationi uniuersae affirmationem contradictorio nomine opponi hinc intelligi potest, quod idem negari negatione oporteat quod affirmatione confirmatum sit, **E.** de eodem, uel eorum aliquo quae sunt in rebus singulis, uel eorum quae sunt in uniuersis, idque uel adiecta uniuersae generis nota, uel nulla apposita. ut Socrates albus est, Socrates

albus

albus non est. Sin autem aliquid al-
 liat etiam inesse negatur. aut idē alii
 cuiusdam, non opposita sed altera e-
 rit ac diuersa ab illa enūtiatio. Huic
 uero enūtiationi, omnis homo est al-
 bus, hęc opponitur, Nō omnis homo
 est albus. Et huic, Aliquis homo est
 albus, hęc, Nullus homo albus est. I-
 tem huic, Est homo albus, illa, non
 est homo albus. Ac uiam quidem af-
 firmationem uni negationi contradi-
 ctorio nō mine opponi, qualesque es-
 sent, dixi. Hoc etiam docui, alias esse
 aduersus & quales essent: contradi-
 ctionemq; non omnem ueram esse,
 aut falsam: quaque de causa, & quā-
 do uera esset aut falsa. Est autem una
 affirmatio & negatio, quæ unum ali-
 quid de uno dicit aut de toto genere
 aut citra ullam notam: ut, Omnis ho-
 mo albus est: Non omnis homo al-
 bus est: Est homo albus, non est ho-
 mo albus. Nemo albus est, aliquis ho-
 mo albus est. si modò albi uerbum uo-
 unum significet. Nam si duobus no-
 men unum impositum sit, ex quibus
 constare non possit unum: non ea u-
 na & simplex affirmatio aut nega-
 tio est. Ut si quis equo, & homini no-
 men uestis imponat, itaque enuntiet,
 uestis alba est, hęc neque affirmatio
 simplex sit, neque negatio. Hęc enim
 idem ualet ac si dicas, Homo est & e-
 quus albus: nihil autem hoc aliud est,
 quàm si diceres, est homo albus, &
 est equus albus. Quod si hęc plures
 sunt, multaque declarant, certè pri-
 ma uel multa declarant uel nihil: ne-
 que enim quisquam homo est qui itē
 equus sit. Quare ne in his quidem

una uera est, altera falsa necessaria

COMMENTARIA.

EXposita natura enuntiationis, il-
 liusque diuisionibus in cap. su-
 periori propositis, agit iam in sequē-
 tibus capitibus Arist. de illius pro-
 prietatibus, scilicet de contrarieta-
 te, reciprocatione, modificatione, &
 aliis. Imprimis autē disputat in hoc
 cap. de enuntiationum contrarieta-
 te à quadam generali diuisione eo-
 rum quæ sunt initium ducens.

A Quoniam autem res, &c. Eorum
 inquit quæ sunt quædam sunt vni-
 uersa, alia uero sunt singularia. Vni-
 uersa quidem illa sunt quæ, nata sūt
 dici de multis, ut homo, & equus: sin-
 gularia autem dicuntur, quæ non
 sunt nata de multis predicari, uelut
 Petrus, & Ioannes. Ex qua diuio-
 ne fit cōsequens, enūtiationes quaf-
 dā constare subiecto uniuerso, alias
 uero cōstare subiecto particulari. Quæ
 autem constant subiecto uniuerso,
 sunt in triplici differentia, quædam
 enim constant subiecto uniuerso &
 secto nota uniuersa, cuiusmodi cen-
 setur quælibet istarum, omnis, qui-
 libet, nullus, ut sunt hęc, omnis ho-
 mo est animal, quælibet linea est
 quantitas, nullus homo est lapis: a-
 liæ uero constant subiecto uniuers-
 so affecto tamen nota particulari,
 qualis est unaquæque istarum, nimi-
 rum, aliquis, quidam, non omnis,
 ut istæ alia, quidam homo legit, ali-
 qua linea est quantitas, non omnis
 homo ridet: alia deniq; constāt sub-
 iecto nulla nota affecto ueluti hęc,
 homo estrationis particeps, arbor
 est substantia.

B Ac si quis aliquid, &c. Ille inquit
 enuntiationes, quæ constant subie-
 cto uniuerso, & affecto nota uniuers-
 sa, sunt aduersa, si una affirmet, &
 altera neget, cuiusmodi sunt hęc duæ
 omnis

I. Part
 capit.

Inte

Sol

omnis homo est albus, nullus homo est albus: illæ autem quæ constant subiecto vniuerso affecto nota particulari, dicuntur subaduersæ, vt sunt duæ istæ, quidam homo legit, & rursus hæc altera, quidam homo non legit: illæ denique quæ constant subiecto vniuerso nulla nota affecto, non dicuntur aduersæ, sed vocari poterunt indefinitæ, id generis sunt, homo v. g. est iustus, & homo non est iustus, quamuis hæc ædem ratione rei significatæ, vocari nonnunquam possint aduersæ, vel contrariæ, vt in scholiis ostendimus.

Interro. C. *In attributo autem vniuersali, &c.*

Querit tamen Arist. an in enuntiationibus aduersis, attributum possit affici nota vniuersa, vt an in hac enuntiatione omnis homo est animal, attributum possit affici nota vniuersa omnis, ita vt dicamus, omnis homo est omne animal. Respon. Arist. addi minime posse notam vniuersam in eiusmodi propositioni ipsi attributo, fieret enim quamlibet ex his propositionibus esse falsæ vt hæc est falsæ, omnis homo, est omne animal, nam cum hæc nota efficiat, vt nomen cui vnitur, sumatur pro omnibus contentis sub illo, in hac enuntiatione animal sumetur pro omnibus animalibus, & homo pro omnibus hominibus, atq. ita redderet hunc sensum, omnis homo est omne animal, id est, hic homo, & iste, & ille, Petrus v. g. Ioannes & Antonius, sunt hic leo, hic equus, & ille ceruus: quod cum sit falsum, proculdubio nota vniuersa addi non poterit attributo, licet optime eidem particularis nota adiungi queat, verum enim est dicere, omnem hominem esse quoddam animal. Intelligendum autem istud est de notis vniuersis aientibus, non autem de eisdem negentibus, potest etenim no-

ta vniuersa negas eidem optime apponi, vere namque dicimus omnem hominem esse nullum lapidem.

D. *Affirmatio igitur, &c.* Tandem inquit Arist. quando subiectum est vniuersum, & in vna propositione est affectum nota vniuersa, in altera vero nota particulari, & vna ait altera negat, vocantur hæc enuntiationes contradicentes, vt sunt hæc, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, itidemque cum subiectum vtriusque est singulare, sicut istæ duæ, Socrates est albus, Socrates non est albus.

E. *Quoties esse hæc simul vere, &c.* In secunda parte proponit Arist. quasdam leges, ad veritatem, vel falsitatem in contrarijs enuntiationibus dignoscendam. Prima earum est. Enuntiationes aduersæ nequeunt ambæ esse simul veræ, quamuis possint ambæ simul esse falsæ, sicuti sunt hæc, omnis homo est albus, nullus homo est albus, quæ ambæ sunt falsæ. Secun. Enuntiationes sub aduersæ bene quidem possunt ambæ esse simul veræ, nequaquam tamen falsæ, perspicuum hoc est in his duabus, quidam homo est albus, quarum vtraque est vera. Tertia. Enuntiationes contradicentes, neque ambæ possunt esse simul veræ, neque ambæ simul falsæ, sed sat est si vna sit vera, & altera falsa, tam in subiecto vniuerso, quam singulari, in vniuerso, sicuti in his duabus, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, negans est vera, & aiens falsa: in subiecto vero singulari, vt in his alijs duabus, Socrates est animal, Socrates non est animal, aiens est vera, negans autem falsa. Quarta. Enuntiationes indefinitæ ambæ possunt esse simul veræ, cuiusmodi sunt hæc: homo est albus, homo non est albus, vtrumque enim verum est: nam dantur quidam homines albi,

2. Para
capitis.

& alij

& alij nigri.

F. Sed hoc statim alienū videri potest, &c.

Obiec.

Obicit tamen Arist. duæ hæc enuntiationes, Homo est albus, & Homo non est albus, æquivalent his aliis duabus omnis homo est albus, nullus homo est albus: sed non possunt istæ duæ esse ambæ veræ: ergo neque illæ poterūt esse veræ. Negat. Arist.

Solutio.

huius argu. propositionē, alio etenim modo sumitur homo indefinite, & alio nota vniuersa adhibita si enim indefinite fumatur, fat est vt de aliquo vno possit affirmari: at si cum nota vniuersa accipitur, debet pro omnibus indiuiduis vsurpari, & quia falsum est omnia indiuidua humana esse affecta albedine, & verū nihilominus, aliqua ex illis esse ipsamet affecta, alia vero non esse, proinde duæ istæ enuntiationes, homo est albus, & homo non est albus erunt veræ: at uero istæ duæ aliæ, omnis homo est albus, & nullus homo est albus, nulla ratio ne poterunt esse ambæ simul veræ.

¶ par ca
pitis.

G. Vni autem negationi, &c. In postrema parte cap. constituit Arist. qua ratione sint inter se affectæ affirmationi solum esse oppositam vnicam negationem, idq. verum est in omnibus generibus propositionum contrariarum, aduersis nimirū, sub aduersis indefinitis, & contradicentibus, vt huic affirmationi, Socrates est albus, contrariatur hæc negatio, Socrates non est albus, id ipsum que manifestissimis exemplis demonstrat Arist. in textu de alijs generibus enuntiationū contrariarū.

Quæ sit
vna enū
tatio.

H. Est autem vna affirmatio. Vnam tamen (inquit Arist.) vocamus affirmationem, vel vnam negationem, illam quidem in qua vnum de alio enuntiamus, hanc vero, in qua vnū ab alio remouemus. Vnde si aliqua fortassis vox ambigua cōprehensa fuerit in aliqua enuntiatione, nequa-

quam talis enuntiatio vnica censetur affirmatio, vel vnica negatio, quemadmodum si nomen istud velletis, sit impositum ad significandū hominem, & equum, aliquis autem in hunc modum proferat, vestis est alba, nequaquam est vna affirmatio sed duplex, nam reddit sensum harum duarum affirmationum, homo est albus, & æquus est albus, atq. ita duæ istæ, vestis est alba, vestis non est alba, non erunt contradicentes, quia ambæ possunt esse simul veræ: nam aiens intelligi potest de hominibus, negans vero de equis nigris, quorum vtrumq. est verissimum.

Scholia in cap. 5. de subiectis & attri- butis.

A. Propōnit in primis verbis cap. generalem quandam eorū que sunt diuisionem: nam quædam inquit sunt singularia, & alia vniuersa. Hæc secundi generis ita diffinit, Quæ nata sunt dici de multis, quæ diffinitionem, quia cum alijs (quas secti. 2. de rebus vniuersis q. 2. proposuimus) luculenter satis dedimus explicatā, in hoc loco explicare prætermittimus. Post scriptas vero superiores diffinitiones, legi apud Petrum Nigrum virum sane acri ingenio, & rara quadam eruditione præditum in 1. p. clypei Thomistarum q. 23. quandam diffinitionem vniuersalis, à Beatissimo patre D. Vicentio Ferrario, in suo libello de vnitatem naturæ vniuersæ edito, propositam, quem quidem cum alijs in Dialectica opusculis beatissimum Patrem nostrum euulgasse, grauisimi viri in eius vita prodiderunt, verū iniuria temporis, aut superiorum in curia

Annota
ex D.
Vioce
tio.

Diffi
tio
uer
D.
cen

Iuria hi libri ad manus nostras, non deuenerunt, quemadmodū neque alia multa opera, quę in reb⁹ Theologicis conscripta reliquit, ipsum etenim (præter summum illum spiritum, quo ad promulgandum euāgelium fuerat à Deo mire decorat⁹) vtriusq. Philoso. natu. nimirum & diuinæ fastigium attingisse & in vita eius legimus, & à maioribus nostris accepimus. In hac siquidem sede Valentina per multos annos cum maxima nominis claritate, Theologiam fuit professus, cum antea fælicissimo sine curriculū Philosophię absoluisset. Verum diligētia, & cura haud exigua eruditissimi P. M. Fra. Vincentij Iustiniiani ex his opusculis nonnulla nunc de nouo in lucē emissa fuerunt, & alia veteri integritati, & splendori restituta: vtinam & reliqua in communem vtilitatem prodire videamus. Hęc pro obseruantia, & amore quo erga hunc beatissimum patrem singularemq. nostrum (Valentinorum dico) patrum, sum affectus, libuit annotare. Verum æquum est vt iam ipsam definitionē audiamus, ea sic se habet. *Vniuersale est sua singularia accepta & intellecta secundum id præcise in quo sunt conformia.* Quæ sanæ diffinitio elegans est, & recte tradita, nam cum vniuersum significet multa sub vna, & eadem ratione prima pars nimirum, *Est sua singularia* Expressit indiuiduorum multitudinem, quæ sub eo continentur, altera autē scilicet, *Secundum id præcise in quo sunt conformia.* Illius denotat vnitatem, etenim conformitas naturæ ab vnitatem ortum habet. Expressit etiā vniuersum in abstractione à proprietatibus indiuiduantibus esse constitutum: tunc enim natura vniuersa apprehenditur vt conformis ab intellectu, quando concipitur vt à proprietatibus separata. Legendus est

Diffinitio vniuersi ex D. Vincentio.

Annotatio ex D. Vincentio.

Niger qui hanc, & aliam ab Herueo acutissimo quodlibet 3. q. 1. propositam, explicat accurate.

D. t. Nonnulla erunt his quæ docuit Arist. addenda, vt illa possint melius à nobis intelligi. Animaduertendum igitur est enuntiationes esse in triplici differentia, quia quædam sunt in materia necessaria, aliæ in cōtingē. alię in impossib. In materia necessaria sunt illæ in quibus attributū necessario vnitur cum subiecto, vt est hæc enuntiatio, homo est animal: in materia contingenti sunt illæ in quibus attributum potest vniri, & non vniri cum subiecto, vt est hæc, homo est candidus: deniq. in materia impossibili sunt illæ, in quibus attributum nulla ratione potest vniri cum subiecto, sicuti hæc, homo est arbor. Cum igitur dentur hæc tria genera enuntiationum, proponendæ sunt quædam regulæ ex D. Tho. collectæ ad intellegendam veritatem vel falsitatem quæ in eis reperitur. Prima earū sit. Enuntiationes vniuersæ aientes in materia necessaria, sunt omnes verę vniuersæ vero negantes sunt omnes falsę, & ita hæc vniuersa aiens, omnis homo est animal, quæ est in materia necessaria, semper est vera: atvero hæc altera vniuersa negans, nullus homo est, animal semper erit falsa Secunda. In materia impossibili, omnes enuntiationes vniuersę aientes, sunt semper falsę: omnes tamen vniuersæ negates, existūt semper verę, & ita hæc propositio vniuersa aiens, omnis leo est arbor (quæ est in materia impossibili) semper est falsa, hæc autem altera vniuersa negans, in eadē materia, nullus leo est arbor, erit semper vera. Tertia. In materia contingenti, omnes enuntiationes vniuersę, tam aientes, quā negantes, sunt semper falsę, particulares tamē, semper sunt verę, iuxta

1. Regula ex D. Tho.

2. Regula.

3. Regula.

SSS commu.

communem legem naturæ, sit exemplum. Duæ hæc enuntiationes in materia contingenti, omnis equus est candidus, nullus equus est candidus, quarum ambæ vniuersæ sunt, prima quidem aiens, secunda autem negans, semper sunt falsæ: at hæc alię particulares, in eadem materia, aliquis equus est candidus, aliquis equus non est candidus, existunt ambæ veræ. Idemque iudicium profærendum est de enuntiationibus indefinitis quod de his propositis, nã si illæ fuerint in materia necessaria, vel impossibili, cum æquiualeant vniuersis, obseruanda erit prima, & secunda regula: at uero cum in materia contingenti æquiualeant particularibus, obseruanda erit in eis alia tertia.

Obseruatio. 3. D. 2. Animaduertendum est deinde regulas traditas ab Arist. de veritate, & falsitate enuntiationum, posse ad hunc modum colligi (excepta illa de contradicentibus, in qua dictum est vnam propositionem ex his esse necessario veram, alteram autem falsam: est enim illa regula primũ principium notum lumine naturę, quod in hunc modum se habet, de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul, quã latissime explicat Arist. 4. lib. Metaphy.) Regula igitur aduersarum enuntiationum in qua dictum est ambas enuntiationes posse esse falsas, non tamẽ posse esse veras, sicut hæc duæ sunt falsæ, omnis homo est albus, nullus homo est albus, ita potest suaderi. Si hæc duæ possent esse veræ, sumamus aientem, omnis homo est albus, ergo hæc quoque illi subalternata, quidam homo est albus erit vera: sed hæc contradicit illi, nullus homo est albus, quæ etiam erat vera: ergo duæ contradicentes erunt simul veræ, quod est impossibile, vnde enuntiationes aduersæ

non poterunt esse ambæ simul veræ. Præterea aliam regulam subaduersarum quæ docebat ex ipsis posse ambas esse veras, non tamen falsas, hoc pacto colligimus. Sumamus has duas, quidam homo est candidus, quidam homo non est candidus: ergo illius subalternans quæ est vniuersa aiens, velut hæc, omnis homo est albus erit quoque falsa: sed hæc vniuersa contradicit illi particulari quidam homo nõ est candidus, quæ etiam est falsa: ergo duæ hæc enuntiationes contradicentes erunt simul falsæ, quod cum fieri nequeat, non poterunt villo modo sub aduersæ esse ambæ simul falsæ. In enuntiationibus indefinitis si sunt in materia contingenti, æquiualeant particularibus, & ita sunt subaduersæ, vnde eadem erit in eis regula obseruanda, quam in subaduersis obseruandam fore docuimus, cum ipsis æquiualeant, quare & eodem etiã pacto quo illa erit confirmanda.

Obseruatio. 4. D. 3. Animaduertendum est tertio præter has enuntiationes contrarias, propositas ab Arist. tradi a recentioribus aliam regulam enuntiationum quas illi vocant subalternans, quæ nihil aliud sunt, quam vniuersa affirmatio, & particularis etiam affirmatio, vel è contra vniuersa negatio, & particularis quoque negatio, eiusdem subiecti, & eiusdem attributi, quales existunt hæc duæ affirmantes, altera vniuersa altera particularis scilicet omnis homo est albus, aliquis homo est albus, sicut & hæc, aliæ negantes nullus homo est arbor, aliquis homo non est arbor. Ex his vniuersa vocatur subalternans, particularis vero subalternata, vt ex superi. constat. Regula igitur est huiusmodi. Si subalternans fuerit vera, subalternata etiam debet esse vera, at si subalternans è contra fuerit falsa, subalternata potest quidem

quidem esse vera, vt si verū est omnem hominem esse candidum, verū erit aliquem hominem esse candidū cæterum quamuis sit falsum omnē hominem esse candidum, non tamē est falsum, aliquem hominem esse candidum. Præterea, si subalternata fuerit falsa, etiam & subalternans debet esse falsa, vt si falsum est quē

dam hominem esse candidum, falsum etiam erit omnem hominem esse candidum: at si subalternata est vera, non est necesse subalternantē esse veram, cum possit illa esse falsa, vt quamuis verum sit quendam equum esse velocem, non tamen erit verum omnem equum esse velocem.

Disputatio de oratione, vnicā sectione, & quæstione comprehensa.

ARGVMENTVM.

NON est cur plurimum in hoc cap. immoremur cum ea quæ ab Arist. proponuntur, sint satis aperta, & fere nullis difficultatibus subiecta, quare vnicam tantum quæst. proponemus.

Quæstio vnic. Sintne vera ea quæ ab Arist. in hoc cap. traduntur.

Quamuis quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt, verissima sint, non tamen desunt aduersus illa nōnullæ obiectiones, quibus in hoc loco erit à nobis satisfaciendum. Primum argu. Duæ hæ enuntiationes, cuiuslibet hominis alter oculus est dexter, cuiuslibet hominis alter oculus non est dexter, sunt aduersæ: at qui ambæ sunt simul veræ, nam verum est dicere, quendam oculum esse dextrum, & alterum sinistrum: ergo non recte constitutum est ab Arist. enuntiationes aduersas non posse simul esse veras. Secundum. Hæ duæ

enuntiationes aduersæ, omne animal est particeps rationis, nullum animal est particeps rationis, sunt in materia necessaria: sed aien non est semper vera, nam non est verū dicere omne animal esse capax rationis, ergo non recte constitutum est propositiones vniuersas aientes in materia necessaria esse veras. Tertium. Hæ enuntiationes, aliquis homo est candidus, aliquis homo non est candidus, sunt subaduersæ: at nequeunt ambæ esse simul veræ: non ergo recte constitutum est à nobis enuntiationes subaduersas posse esse

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

- se simul veras. Confirmatur assumptio. Aut in subiecto aientis & negatis, sumimus idem indiuiduum, vt Petrum, vel aliud, & aliud indiuiduum vsurpamus, ita vt in aiente fumamus Petrum, v. g. & in negante Ioannem: si sumamus idem indiuiduum, ambæ sunt falsæ, nequit enim Petrus esse simul candidus, & non esse candidus: quod si aliud, & aliud indiuiduum accipimus, ergo non sunt contrariæ enuntiationes, quia non constât eodem subiecto.
4. Arg. Præterea, istæ enuntiationes, omnis homo est candidus, aliquis homo non est candidus, sunt vniuersa affirmatio, & particularis negatio, sed non sunt enuntiationes contradicentes: igitur minus accurate docuit Arist. enuntiationes contradicentes esse vniuersam affirmationem, & particularem negationem, vel econuerso. Confirmatur assumptio. Enuntiationes contradicentes debent sumi eodem modo, vt ipsemet Arist. testatur 2. lib. de reprehensionibus Sophist. cap. 5. & nos etiam docuimus, cap. superiori: atqui duæ istæ assignatæ propositiones, non sumuntur eodem modo, nã vna est affecta nota vniuersa, altera particulari: ergo non erunt contradicentes. Ad hæc. Hæ duæ aliæ enuntiationes, omnes sensus exteriores sunt quinque, aliqui sensus exteriores non sunt quinque, sunt contradicentes, nam sunt vniuersa affirmatio, & particularis negatio, eiusdem de eodem: at illæ sunt ambæ simul veræ, vt est apertum: ergo enuntiationes contradicentes optime poterunt esse simul veræ. Rursus. Hæ enuntiationes, Omne animal fuit in arca Noe, aliquod animal non fuit in arca Noe, sunt contradicentes, prima enim est vniuersa affirmatio, & secunda particularis negatio, eiusdem de eodem: atqui ambæ illæ sunt simul veræ,

aientem namque veram esse, testatur Sacra litera in Genesi, negans autem itidem vera est, nam animalia quæ nunc extant, sunt quædam animalia quæ non fuerunt in arca Noe, ergo duæ enuntiationes contradicentes possunt esse simul veræ. Iam. Hæc propositio, homo est species, est indefinita: at illa nec æquiualeat vniuersæ, nec particulari, non vniuersæ, quia non est verum dicere omnem hominem esse speciem non particulari, quia verum non est, quandam hominem esse speciem: minus igitur accommodate constitutum est ab Arist. enuntiationes indefinitas æquiualeat vniuersæ, vel particulari. Tãdem. Huic enuntiationi, omnis homo est albus, sunt contrariæ duæ istæ nullus homo est albus, aliquis homo non est albus: igitur non recte constituit Arist. vni affirmationi tãtum esse oppositam vnam negationem. Legendi sunt M. Soto, & Mercado 3. lib. Sumularum, vbi hæc & alia argumenta proponunt.

At hæc argumenta nequaquam à verissima sententia Arist. amplectenda debent nos remorari. Illis igitur hoc pacto sigillatim satisfaciemus. Ad primum negamus propositionem quia in his propositionibus illa dictio, alter, quæ est nota præcipua, est particularis nota, & non vniuersa, non vero illa altera, cuiuslibet, quæ quidem est nota vniuersa, quare hæ duæ enuntiationes erunt particularis res, & subaduersæ, & non aduersæ: hæ tamen aliæ duæ vere censentur contradicentes, cuiuslibet hominis alter oculus est dexter, cuiuslibet hominis neuter oculus est dexter, nam particula illa neuter, est vniuersa negans, & ita secunda ex his erit falsa. Ad secundum quidam respondent legem à nobis constitutam, intelligendam, esse quando

7. Arg.

8. Arg.

Ad 1. argumentum.

Ad 2.

subie:

subiectum enuntiationis non patet
 latius quam attributum; minime ve
 vero quando subiectum est latius
 patēs ipso attributo, & quia animal
 (quod est subiectum propositæ enū
 tiationis) latius patet quam parti
 ceptus rationis (quod est eiusdem enū
 tiationis attributum) proinde regula
 non erit vera de huiusmodi enun
 tiatione. Tertium argumentum pro
 positum est cui maxime innituntur
 qui censent indiuiduum vagum esse
 è medio tollendum, illi tamen satis
 fecimus iam in cap. de specie sect.
 2. q. 3. ad 3. quam repetentes: Respon
 in enuntiationibus sub aduersis vel
 sub contrariis, esse idem subiectum
 non quidem certum, & difinitum,
 sed vagum, & indeterminatū, quod
 quidem commune est ad indiuiduū
 affectum candore, & atrore, aut quo
 uis alio colore Ad quartum respon.
 primo modum in enuntiationibus
 contradicentibus non esse petendū
 à nota, sed à subiecto, & quia subie
 ctum vtriusque sumitur eodem mo
 do, propterea huiusmodi enuntia
 tiones erunt contradicentes. Respō.
 deinde etiam notam in eis sumi eo
 dem modo, nam illa nota particula
 ris, aliquis homo, eadem prorsus est
 cum illa, non omnis homo, & ita vt
 in aiente sumimus notam vniuer
 sam, ita etiam in negante. Adnotan
 dum est tamen enuntiationes con
 tradicentes, vt colligi potest ex Arist.
 in hoc cap. quasdam esse subiecti v
 niuersi, vt sunt hæc propositæ, alias
 autem esse subiecti singularis, cuius
 modi sunt hæc duæ, Socrates est Sa
 piens, Socrates non est sapiens. Ad
 quintum & sextum, vt respondeamus,
 animaduertimus prius, hanc
 dictionem, *omnis*, sicuti & quælibet
 alia vniuersa, duobus modis sumi
 posse, vno collectiue, & altero distri
 butiue. Quando sumitur collectiue
 attributum enuntiationis non dici

tur de singulis contentis sub subie
 cto, sed de sola tantum collectione,
 sit exemplum in hac enuntiatione,
 omnes apostoli Christi sunt duode
 cim, in qua certe particula illa *duode
 cim* non dicitur de ipsis apostolis si
 gillatim, & seorsum sed de sola dum
 taxat ipsorum collectione, ita vt hūc
 habeat illa sensum, tota collectio a
 postolorum est comprehensa duode
 nario numero. Et hinc est quod pro
 positiones in quibus hæc particula
 collectiue sumpta collocatur, omnes
 sunt particulares, quia solam colle
 ctionem indicant, quæ plane res est
 particularis Quando vero accipitur
 eadem distributiue, attributum enū
 tiationis de singulis effertur sub sub
 iecto contentis, vt quum dicimus
 omnis homo est animal, animal di
 citur, de Petro, Ioane, & cæteris in
 diuiduis sub homine cōtentis. Quā
 uis adnotandum etiam sit attribu
 tum nonnunquam distribui pro sin
 gulis generum, id est, pro indiuiduis
 omnibus contentis sub aliquo gene
 re, vel specie, vt inproposita enun
 tiatione: interdum autem distribui
 id ipsum pro generibus singulorum
 id est, tātum dicitur attributum de
 generibus, vel speciebus indiuiduo
 rum, non autem de ipsis sigillatim
 indiuiduis. Manifestum hoc fieri po
 test in hac enuntiatione ex sacris li
 teris hausta, Deus vult omnes homi
 nes saluos fieri, cuius hic extat sen
 sus iuxta D. Tho. & D. Augusti (sum
 pra particula illa *omnis* pro generibus
 singulorum, non autem pro singulis
 generum) ex omni genere hominū,
 tam nimirum ex maribus, quam ex
 fœminis, tam ex pueris, quam ex fe
 nibus, vult Deus vt aliqui salui
 fiant. Hoc autem interest inter hos
 duos modos, quod quando hæc par
 ticula *omnis* sumitur pro singulis ge
 nerum, propositio simpliciter, & ab
 solute est vniuersa, at quando pro

Obser.
 iterum.

Ad 3.

Ad 4.

2. Solu
 tio.

7. Arg.

8. Arg.

Ad 1. et
 gumen.

Ad 2.

generibus singulorū vsurpatur, partim est vniuersa, & partim particula ris, continentur enim in illa duæ no-
 ræ, vna vniuersa, & altera particula ris, sicut in proposita enuntiatione, Deus vult omnes homines saluos fieri, est apertum, reducitur enim illa in hanc aliam, ex omnibus hominibus, Deus vult aliquos saluos fieri, in qua hæc duæ particulæ, omnis, & aliquis, sunt contentæ. His animaduersis satisfaciamus iam arg.
 Ad quintū igitur dicimus illas duas enuntiationes esse subaduersas, quia distinctio *omnis* quæ assumitur in prima enuntiatione, accipitur collectivè, redditque hunc sensum, omnes sensus externi sunt quinque, id est collectio sensuum exteriorum numero quinario comprehenditur, iam enim diximus distinctionem vniuersam *omnis* & quamlibet aliam eiusdem generis collectivè sumptam, constituere enuntiationem particularem, ob idque duæ illæ assignatæ enuntiationes, erunt subaduersæ, ambæque si mul veræ. Ad sextum etiam respon.
 eadem ratione, nimirum assignatas propositiones, non contradicentes, sed subaduersas esse, quia in aiente dictio *omnis* distribuit pro generibus singulorum, ac subinde complectitur in se notam quandam particularem, ratione cuius huiusmodi propositio redditur particularis, habetque hūc sensum, ex quolibet genere animalis repertum est aliquod in arca Noe, ac proinde nullum est in conveniens illas esse simul veras. Ad septimum prætermisiss aliis solutionibus respon. solum debere intelligi regulā quam assignauimus in enuntiationibus præcisè quarum attributum est ens rei: at esse speciem attributū est rationis quare nec vniuersa, nec particulari enuntiationi æquiualebit, sed attributū (vt dicunt) supponet immobiliter.

Ad octauū aimus intelligendū esse Arist. de eodē genere oppositionis: at duæ istæ enuntiationes negantes, quæ in eo proponuntur, non opponuntur affirmationi in eodem argumento assignatæ, eodem genere oppositionis, nam vniuersa negans opponitur ei aduersæ, particularis autem negans, opponitur contradicentorie.

Sed quæret forte aliquis, num in enuntiationibus vniuersis possit nota omnis addi attributo. Quidā partem aientem defendunt: At Tole-
 tus, & Villalpandus, negantē tenet; nos autem ita de hac re iudicium se remus, vt prius obseruemus attributa quæ sunt vniuersa, quædam continere actū multa inferiora, huius generis sunt homo, animal, & alia huiusmodi, alia vero tantū continere actū vnicum indiuiduū, huiusmodi sunt sol, luna, mundus, & si quæ sunt alia his similia. Hoc animaduerso dicimus primo. In enuntiationibus quarum attributum est vniuersum, continens plura inferiora actū, nequit yllo modo addi attributo nota vniuersa, omnis, neque enim vere dicimus omnem hominē esse omne animal, vt docet Arist. in cap. id ipsumq. & nos in eodem textu cum ipso confirmauimus, vbi docuimus distinctiones particulares, vt quidam & negantes vniuersas vt nullus collocari posse à parte attributi. Afferimus secundo in illis enuntiationibus quarum attributū est vniuersum vnicum tantum actū complectens indiuiduum, notā hanc vniuersam *omnis* optime addi posse attributo, recte enim dicimus, hunc oculis nostris obiectum solem, esse omnem solem actū: & hunc etiam mundum, esse omnē mundū actū. Vnde facile possumus duas propositas opiniones inter se pugnantes conciliare, si dicamus auctores primæ opinio-

Satisfit
 5. Argu.

Respo.
 Ad 6.

Ad 7.

Percon-
 tatam,
 Duplex
 Opinio,
 Obser.

1. Dist.

2. Dist.

opinionis esse loquutos iuxta sensum huius nostri secundi dicti: auctores vero secundæ iuxta sensum alterius primi asserti.

DE FUTURIS contingentibus.

Caput. 6.

ARGVMENTVM CAP.

A explicat qua ratione veritas, & falsitas in enuntiationibus respectu futurorum contingentium reperitur, in primisq. in 1. parte explicat qua ratione in contingentibus præsentis, & præteriti temporis hæc duo reperiantur: deinde vero in secunda, institutam questionem de futuris contingentibus declarat.

In instantibus igitur ac præteritis affirmatio, aut negatio, uera sit uel falsa necesse est: in iisque, ut dixi, quæ cum rebus uniuersis generis notã habent, semper altera uera est, altera falsa necessariò. Itẽque in iisque sunt ex rebus singulis. In iis autem quæ sunt ex rebus uniuersis, non tamen de toto genere dicunt, non necesse est, de quibus etiam diximus. **B.** At uero in enuntiationibus quæ de rebus singulis, & futuris dicunt, non ita est. Si enim omnis aut uera aut falsa enuntiatio est, certè omnia sint, aut non sint in necesse est. Nam si hic aliquid fore dicat, ille idem ne-

get fore, profectò necesse est uerè alterutrum dicere, si modò omnis enuntiatio uera est aut falsa: quandoquidem in hoc genere ambo simul esse non possunt. Etenim si uerè dicitur, esse album aliquid, aut non esse album, necesse est id esse album, aut nõ esse album. Et si est album aut non est album, uerè id dictum fuit, uel negatum. Et si non inest, id falsum est, quòd si falsum, nec inest c. Ita necesse est ex omni aternitate uel affirmatione uel negationem ueram fuisse uel falsam. Nihil igitur euenit neque sit fortè, temere, & casu: nihil in alterutram partem aut cadet aut non cadet, sed ex necessitate omnia fiunt quæcunque fiunt: nihilque est quod utramque in partem habet æquabilem euentum. Nam aut is uerè dixit qui rem confirmauit fore, aut is qui negauit: si autem æquabile esset utranque in partem, par ratio esset, ut aut fieret aut non fieret. Quod enim utramque in partem cadit, non hoc modo potius, quam illo euenit aut futurum est. Præterea si

quid album, sit hoc tempore, fuit uerum, album id futurum esse. Ita ex aeternitate fuit uerum, quicquid sit, id aut esse iam, aut futurum esse. Quod si ex aeternitate fuit uerum aliquid esse iam, aut futurum esse, certe id non potest non fieri aut fore. Quod autem non potest non fieri, fieri non potest, ut non sit: quod autem ut non sit, fieri non potest, id necesse est fieri. Qui quid igitur futurum est, id fieri necesse est. Ita nihil in alterutra parte cadit, neque fortuito. Si enim fortuito, non ex necessitate. D. Sed ne illud quidem uerè dici potest, neutram partem esse ueram: hoc est: neque futurum quicquam, neque non futurum esse. Primum enim id eueniet: si falsa sit affirmatio, ueram non esse negationem: & si hæc falsa sit, non esse ueram affirmationem. De inde si uerum est album aliquid si mal & magnum esse, duo illa sunt necesse est. Et si eras futurum utrunque uerum sit, eras erit. Si autem nec futurum est, nec minus futurum eras, exempli causa, bellum nauale, id certe non erit ex eorum numero, que pariter utranque in partem cadere possunt, quoniam nec fieri nauale bellum necesse, nec minus fieri. Atque hæc sunt incommoda, & alia eiusdem generis, que suscipere cogimur, si necesse sit ex omni affirmatione & negatione que contradictorio nomine opponantur, siue in illis que rebus uniuersis constant, siue que ex singulis, alteram ueram esse, alteram falsam, nihil scilicet in alterutra parte casurum esse in

illis que sunt, sed omnia esse aut futura esse ex necessitate. Qua ratione omnis e uita tolletur & deliberatio & actio, quoniam si hoc faciamus, illud eueniet: & si hoc minime faciamus non eueniet. Nihil enim prohibet, ad decem millia annorum hunc confirmare hoc uel illud fore, alterum negare, ut ex necessitate eueniat quod in alterutra parte tñ ei licebat uerè dicere. Neque uerò interest utrum pronuntiarint aliqui contradictionem, necne pronuntiarint: quippe cum perspicuum sit hoc uel illo modo res euenire solere, etiā si nihil nec hic confirmet, nec ille neget futurum. Neque enim quia confirmatum est, aut negatum fore aliquid, id circo id futurum est, aut non futurum, uel ad decem millia annorum uel quouis tempore. Quare si ex omni aeternitate ea uis & natura rerum fuit ut una uera esset, necesse fuit eam fieri. Ita omnium rerum ea uis fuit ex aeternitate, ut ex necessitate fierent. Si quis enim uerè dixerit fore aliquid, id non potest non fieri. Et quod factum est, id ex aeternitate fuit uerum futurum esse. Ergo si hæc sunt, multa sequuntur incommoda. E. Videmus enim rerum futurarum initium & consilio indagari & actio ne: omninoque in illis que non semper actu sunt, cernimus illa aequè posse esse & non esse, in quorum quidem potestate utrumque situm sit, & ut res sit, & ut ne sit. Quare etiam ut fiat & ut non fiat. Multa que ad eò nobis nota sunt, quorum uis est talis. F. Velut uestis hæc potest
discindi

discindi, nec discindetur, sed prius atteretur. Similiterque fieri potest, ut non discindatur. Non enim prius atteri posset, nisi fieri posset, ut ne discinderetur. G. Similis est ratio eorum quæ oriuntur omnium in quibus potestas similis reperitur. H. Ex quo perspicuum est, nec esse nec fieri ex necessitate quæcunque fiant, sed alia pariter in utraque partem cadere posse: nec affirmationem in eis ueram, aut falsam potius quàm negationem esse: alia esse in quibus alterum magis & plerunque fiat, ita tamen ut alterum euenire possit, alterum minime. I. Ac quicquid est in rerum natura id sit quandiu stat: & quod non est quandiu non stat, id nõ sit necesse est. Attamen nec quod est, id omne esse necesse est, nec quod nõ est, non esse. Neque enim ex necessitate esse quicquid est, quando est, id nõ ualet quod omnino esse ex necessitate. Quod idem dicendum est in eis quæ non sunt. Eadem est etiam ratio contradictionis, in qua omne necesse est, uel esse, uel non esse, fore uel non fore. Nec tamen est necesse eũ, qui separatim accipiat uerè alterum dicere, ut necesse est nauale bellum cras geri, uel non geri, non tamen geri cras bellum nauale necesse est, aut non geri, etiam si illud, geri aut non geri sit necesse. Quoniam igitur eadem ratio est ueritatis orationum & rerum, certè necesse est ea omnia quorum eaus & natura est, ut utramque in partem inclinent, contrariæque recipiant, eadem ratione etiam contradictione contineri. Quod in

his rebus sit, quæ non semper sunt, quæque non semper non sunt. Ex his enim necesse est alteram contradictionis partem ueram esse, alteram falsam: non quidem hanc uel illam, sed alterutram. Et quanquam ad ueritatem altera propius accedit, tamen non iam uera est uel falsa. Ex quo efficitur, non necesse esse in enuntiationibus contradictoriis alteram ueram esse, alteram falsam. Non enim eadem ratio est eorum quæ sunt in rerum natura, & eorum quæ non sunt, esse autem uel nõ esse possunt: sed sicut diximus ita res habet.

COMMENTARIA.

CVM dictum sit in superiori capitulo, hanc legem debere in propositionibus contradictoriis obseruari, ut una earum sit necessario uera, & altera necessario falsa, ut in materia necessaria, atque impossibili usu euenit: exagitat iam in hoc capite Arist. an hæc ipsamet lex obseruari debeat in enuntiationibus contradictionis, quæ sunt in materia contingenti, maior enim sese offert dubitandi ratio in his, quam in aliis enuntiationibus. Hanc igitur rem explicaturus statim in principio constituit in enuntiationibus quæ sũt in materia contingenti, si fuerint illæ temporis præsentis, uel præteriti, hanc legem esse obseruandam, ut scilicet una earum necessario uera sit, & altera necessario falsa. Verba Arist. sunt.

A In instantibus igitur & præteritis, &c. Hanc quidem explicare possumus his exemplis. Imprimis ex his duabus enuntiationibus quæ sũt in materia contingenti temporis præteriti, omnis homo fuit candidus, aliquis homo non fuit candidus, ne

2. Pars
capitis.

gans est certa, & determinate vera, affirmans vero est determinate falsa. Ex his præterea duabus aliis, temporis præsentis, omnis homo est sapiens, aliquis homo non est sapiens, negans etiam est determinate vera, affirmans autem determinate falsa, & hoc ipsum obseruandum etiam erit (inquit Aristot.) in enuntiationibus contradicentibus subiecti singularis. Animaduertit vero hanc regulam minime habere locum in aliis enuntiationibus indiffinitis, quæ constant subiecto vniuerso, nulla nota affecto, neque enim illæ siue in tempore præterito, siue in præsentibus sunt necessario, ac determinate, sed ambæ possunt in vtroque tempore esse veræ, vt duæ istæ, homo est albus, & homo non est albus: atque hæc aliæ, homo fuit albus, homo non fuit albus sunt quoque veræ.

2. Pars
capitis.

B *At vero in enuntiationibus, &c.* Omnis igitur controuersia est de enuntiationibus futuri contingentis, valeatne aliquid in eis hæc assignata lex, ita vt ex eis vna sit determinate vera, & altera determinate falsa. Istam ergo quæstionem in hac secunda parte cap. sic dissoluit Aristot. vt constituat, ex huiusmodi enuntiationibus, neutram esse vel determinate veram, vel determinate falsam. Primum autem confirmat duobus argumentis non esse aliquam enuntiationem ex illis determinate veram. Primum est. Si aliqua ex his enuntiationibus esset determinate vera, sequeretur omnia quæ eueniunt necessario euenire, atqui hoc est absurdum, cum sint permulta quæ libere, ac contingenter eueniant, ergo ex his enuntiationibus nulla erit determinate vera. Confirmatur propositio: Sicut duo homines, quorum vnus dicit, Petrus est futurus albus, Petrus non est futurus albus, alius si aliqua ex his enuntiationibus (vt

aiens v. g.) sit determinate vera, nõ poterit Petrus non esse albus, & ita necessario illud eueniet, quia ex eo quod est, vel non est, dicitur oratio vera vel falsa, & ita si huiusmodi propositio est diffinita, ac determinate vera, etiam eueniet vt Petrus necessario sit albus.

C *Ita necesse est ex omni aternitate, &c.* Secũ. Si eadẽ propositio Petrus est futurus albus prolata in hoc tempore, necessario, ac diffinita est vera: ergo impossibile est; Petrum minime futurum esse album, & si est impossibile non futurum esse album, ergo necesse est eũ futurũ esse album, nam quod est impossibile non esse necesse est esse, atque ita omnia euenient necessario, quare auferenda erunt futura contingentia, quæ sũt ad vtrumlibet, casus, fortuna, libertas, & alia huiusmodi, quæ omnia cum sint absurda, sequitur in his propositionibus futuri contingentis, neutram partem siue aientem, siue negantem, esse certo ac diffinita veram.

D *Sed ne illud quidem vere, &c.* Confirmat deinde duobus argu. Aristot. in his enuntiationibus contradicentibus futuri contingentis, non esse falsam vtramque partem, tam scilicet aientem, quam negantem. Primum petitum est, ex communi axiomate Dialecticorum, omnes enim illi profitentur ex duabus contradicentibus vnã debere necessario esse veram, & alteram falsam: quare ambæ non poterunt esse simul falsæ. Secundũ. Si ambæ enuntiationes contradicentes essent simul falsæ, sequeretur idẽ esse, & nõ esse simul: atqui hoc adeo absurdum est, vt neque mente possit apprehendi, ergo ex contradicentibus vna saltem erit vera. Confirmamus propositio. Sumamus has duas enuntiationes, bellum nauale fiet, bellum nauale non fiet, aiens est falsa, ergo eius contradicens, quæ est negans

negans debet esse vera, iam ergo bellum nauale minime fiet. Rursus negans est falsa, ergo eius contradictio debet esse vera, quæ est aens, ergo certissime bellum nauale fiet. Iam itaque idem bellum erit futurum, & non futurum, quæ omnia cū sint absurda, concludendum erit neutram ex his enuntiationibus esse determinate veram, aut determinate falsam neque omnia euenire necessario, sed multa euenire libere, contingenter, ac fortuito, quod iis itidem argum. ipsemet confirmat. Primum proponit hiscæ verbis, quod petitur ex his quæ libero arbitrio sūt prædita.

1. Arg.

E *Videmus enim rerum futurarū, &c.* In illis rebus, quibus liberum arbitrium est concessum datur consiliū deliberatio, admonitiones: sed omnia hæc sunt de his quæ fieri possunt, & non fieri: ergo quamplurima sunt quæ eueniunt contingenter.

2. Arg.

F *Velut vestis, &c.* Secundum est de promptum ex rebus arte constitutis. Potest vestis v. g. scindi, & non scindi: atteri, & non atteri: sed quod scindi, ac non scindi potest, contingenter scinditur: minime igitur diffidendum erit dari in rebus arte constitutis, quā plurima contingentia.

3. Arg.

G *Similis est ratio, &c.* Tertium haustum est ex rebus naturalibus, in quibus multapossunt euenire, & non euenire, potest enim homo nasci cū quinque digitis, vel cum quatuor, vel cum sex, & idem est de aliis plurimis: haud dubie igitur euenient multa contingenter in rebus naturalibus, illa enim quæ esse, & non esse possunt, contingenter eueniunt.

H *Ex quo perspicuum est &c.* Concludit Aristot. non omnia quæ eueniunt necessario euenire, sed quædam esse quæ possunt euenire, vel non euenire, & indifferenter se habent ad vtrumlibet, vt sedere, vel

non sedere, vel raro eueniunt, vt foedientem terram thesaurum inuenire, vel vt in plurimum, vt nasci cū quinque digitis: Et ita in enuntiationibus contradicentibus, neutra pars erit determinate vera, neque neutra determinate falsa, sed non repugnat vtramque esse veram, vel falsam. Quamuis propositio hypothetica, conflata ex duabus categoricis contradicentibus, necessario, & determinate debeat esse vera, vel falsa, quemadmodum in his duabus enuntiationibus, bellum nauale fiet, bellum nauale non fiet, neutra ex eis per se sumpta est determinate vera, vel falsa: at hæc propositio hypothetica diuisa, conflata ex illis duabus categoricis, bellum nauale fiet, vel bellum nauale non fiet, est determinate vera, vel falsa, verū enim est bellum esse futurum, vel non esse futurum.

I *Ac quidquid est in verum natura, &c.* Distinguit Aristot. quæstionē in hoc cap. propositam constituens ex duabus enuntiationibus contradicentibus in materia contingenti neutram esse determinate veram, vel falsam, bene tamen totam orationem hypotheticam esse veram, vel falsam, quemadmodum hæc enuntiatio aens, bellum nauale fiet, non est determinate vera, sicut neque hæc altera negans, bellum nauale non fiet: at tota hæc propositio hypothetica diuisa bellum nauale fiet, vel bellum nauale non fiet, est determinate vera vel falsa. Quam rem confirmat Aristot. à simili in hunc modum. Quemadmodum Petrum sedere absolute non est necessarium, hypothesei tamen constituta quod ipse sedeat, necesse est eum sedere, quia quidquid est, quamdiu est necesse est esse, & contra quidquid non est quamdiu non est, necesse est non esse: ita quoque in futuris

Explicatio
quæstio.

contingentibus, neutra pars est necessario, vel determinate vera, vel etiam determinate falsa, tota nihilominus hypothesis, vel hypothetica propositio, erit determinate vera. Quod autem euenit in rebus, id ipsum etiam euenit in orationibus experimentibus res ipsas contingenter futuras, quamuis etiam in illis discrimen aliquod interfit, quia quæ vt in plurimum eueniunt, vt nasci cum quinque digitis, non significant certam veritatem, magis tamen accedant ad illam, quæ ea, quæ sunt contingentia ad vtum libet, vt sunt, hominem sedere, vel non sedere: & hæc magis affinia sint veritati, quam ea quæ raro contingunt, sicut fodientem terram inuenire thesaurum & alia huiusmodi.

Scholia in cap. 6. de futuris contingentibus.

1. Observatio.

A. 1. Boe. Arist. putat hisce verbis. *In instantibus igitur, veluti per epilogum concludere omnia de quibus in superioribus disseruerat, & non esse ab illis huius 6. cap. initium ducendum.* At D. Tho. putat Arist. ab his verbis exordiri caput, cuius sententiam amplectentes ab eisdem caput exorsi fuimus, cum Perionius, quem interpretem sequimur, ab eisdem etiam aspicietur.

2. Observatio.

A. 2. Vt institutum Arist. in hoc cap. facilius colligere possimus, ex D. Tho. & Ammo. reuocanda erit ad memoriam diuisio enuntiationis ratione materia, in necessariam, impossibilem, & contingentem. Etenim si attributum non potest non conuenire subiecto, vt animal homini, erit in materia necessaria, si vero semper illi aduersetur, aut nunquam cum subiecto vniri queat,

erit in materia impossibili, vel remota, vt est, homo est lapis: at si illud aliquando possit cum subiecto vniri, & aliquando ab eodem remoueri queat, erit in materia contingenti, vt est hæc, homo est calidus. Est autem triplex gradus harum contingentium enuntiationum: primus quando attributum vt in plurimum, & frequenter natum est subiecto in esse, vt sub cane feruere æstum: secundus quando attributum ipsum raro natum est eidem copulari, vt sub eodem cane frigere, hoc enim raro euenit, & tertius quando non magis ad vniorem, quam ad separationem determinatur, vt est hominem sedere, vel legere. Igitur ex hac triplici enuntiationum materia, variorum formæ enuntiationum contradicentium nasci possunt: nam iuxta diuisionem temporis, in præsens, præteritum, & futurum, quædam erunt contradicentes in tempore præterito, vt omnis homo fuit animal, aliquis homo non fuit animal, alie in tempore præsentis, vt omnis homo est animal, aliquis homo non est animal, & alia in tempore futuro vt omnis homo erit animal, aliquis homo non erit animal. Præterea ratione subiecti aliarum formæ orientur, vt quædam sint subiecti vniuersi, vt hæc proxime propositæ, & aliarum singularis, vt sunt Socrates fuit homo, Socrates non fuit homo, est, vel erit homo, aut neq. est, neque erit homo. Et quemadmodum fuit propositum à nobis exemplum in materia necessaria, poterunt in simili forma, alia exempla in materia impossibili, vel contingentis proponi. Vt igitur dignoscere valeamus veritatem, & falsitatem in enuntiationibus contradicentibus, aut contradicentibus, proponit D. Tho. non nulla præcepta in hac re maxime animaduertenda.

Primum. In materia necessaria omnia est

2. p. cep.

3. p. cep.

4. p. cep.

omnes enuntiationes aientes sunt
 veræ, & negantes falsæ, tam tempo-
 ris præsentis, quam præteriti, vel fu-
 turi, vt hæc homo est animal, &
 fuit, & erit animal, hæc vero homo
 2. præ- non est animal, vel non fuit aut nõ
 cep. erit, est falsa. Secũdũ in materiã im-
 possibili res e contrario sese habet,
 quia omnes aientes sunt falsæ, & ne-
 gantes veræ: vt hæc aiens leo est ar-
 bor, est, & fuit, & erit, semper falsa,
 negans vero leo non est arbor, est, &
 3. præ- fuit, & erit, semper vera. Tertium. In
 cep. materia contingenti, omnes vniuer-
 sæ, tam aiètes, quam negantes, sunt
 falsæ, particulares vero, veræ, tam
 in tempore præsentis, quam præteri-
 to, quam futuro: nam hæc, omnis ho-
 mo fuit candidus, vel nullus homo
 fuit candidus, vel est, vel erit, ambæ
 sunt falsæ: at hæc aliæ, quidam ho-
 mo fuit candidus, vel quidam ho-
 mo non fuit candidus, vel est, vel
 4. præ- erit, ambæ sunt veræ. Quartum. In
 cep. indiffinitis in materia necessaria, a-
 ientes sunt veræ, & negantes falsæ,
 in impossibili negantes veræ, & ai-
 res falsæ, in contingenti vtraque est
 vera, tam in tempore præsentis, quã
 præterito, quam futuro. In materia
 necessaria hæc est vera, homo est, &
 fuit, & erit animal, hæc tamen falsa,
 homo neque est, neque fuit, neque
 erit animal. In impossibili hæc est
 vera, leo nec est, neque fuit, neque
 erit arbor, hæc autem falsa, leo est
 aut fuit, aut erit arbor. Tandem in
 contingenti ærunt veræ, homo
 fuit, vel est, vel erit candidus, & ho-

mo neque est, neq. fuit, neq. erit cã-
 didus. Quintum. In enuntiationi-
 bus subiecti singularis, necesse est
 alteram partem esse determinate ve-
 ram, & alteram determinate falsam
 5. præ- in quacunque materia, in tempore
 cep. præsentis, & præterito, vt Socrates
 fuit, vel est albus, Socrates fuit,
 vel est lapis, Socrates fuit, vel est
 homo, ex quibus primæ sunt in ma-
 teria contingenti, secundæ in impo-
 sibili, & tertie in necessaria sunt de-
 terminatæ veræ, vel falsæ. Sextum
 in eisdem constantibus subiecto
 6. præ- singulari, in materia impossibili, &
 cep. necessaria respectu temporis futuri,
 necessario debet vna esse determinã-
 te vera, & altera falsa, vt Socrates
 erit homo, quæ est in materia neces-
 saria, est determinate vera, & Socra-
 tes erit leo, quæ est in materia impos-
 sibili est determinate falsa. Septimũ
 in eisdem respectu futurorum con-
 7. præ- tingentium, vel in materia contin-
 cep. genti, respectu temporis futuri, neu-
 tra ex enuntiationibus contradicẽ-
 tibus, aiens scilicet, vel negans, est
 determinate vera, vel falsa, vt ex
 his duobus, Socrates erit impera-
 tor, Socrates non erit imperator, nul-
 la est determinate vera, vel falsa,
 sed vtrumque potest illi contingen-
 ter euenire, de his igitur est institu-
 tum Arist. in hoc cap. disputare, nõ
 scilicet illæ sint determinate veræ,
 vel falsæ, constituitque, neque esse
 determinate veras vel falsas, vt in
 commentariis exposuimus.



Disputatio de Futuris con- tingentibus, vnica sectione com- prehensa.

ARGVMENTVM.

Eleganter profecto, dubitationem de futuris contin-
gentibus exposuit Arist. quia tamen posteriores Phi-
losophi, nonnulla his addiderunt, erunt etiam illa
a nobis in hoc loco proponenda. Verum quia illa sunt ma-
gis Philosophica, quam Dialectica, ne Dialecticis obscu-
ritatem aliquam adferamus, dilucide, & breuiter hæc ead-
em proponere, & explicare conabimur.

Questio 1. Dentur ne aliqui effectus contingen- tes necne?

HÆC quæ de rerum contingen-
tia in hoc cap. traduntur ab A-
risto. potius ad vtrumque Philoso-
phum primum, & naturalem, quam
ad dialecticum spectare videntur, de
quo argu. 6. metaphys. & 2. physic.
cum Arist. diffuse satis eius interpre-
tes pertractarunt, ob quam causam
ne proprios limites transgredremur
non erat à recta ratione alienum illā
in hoc loco prætermittere. Verum
quia ipsemet Arist. quæ interpretan-
dum suscepimus, in hoc cap. eandē
proponit, non potuimus non aliqua
breuiter quidem, & succinte, de ead-
em disputatione proponere. Impri-
misque quærendum est an dentur
effectus contingentes, necne; Ete-
nim non dari in hunc modum sua-
demus. Primo. Scientia diuina respe-

ctu futurorum est certa, & infallibi-
lis, ergo quæ Deus nouit nulla ratio
ne poterunt non esse: sed futura con-
tingentia, possunt non esse, ergo nõ
erunt aliqua futura contingentia. Se-
cundo. Posita causa per se debet ne-
cessario poni effectus: sed omnia en-
tia habent aliquam causam per se,
quia si aliqua fuerint, quæ habeant
causam per accidens, cum omne per
accidens reuocetur ad aliquod per
se, habebunt etiam causam per se, er-
go omnis effectus erit necessarius, &
ita nihil poterit contingenter eueni-
re. Tertio. Causæ necessariæ produ-
cunt effectus necessarios: sed orbis
cælestes sunt causæ necessariæ horū
inferiorum, ergo producent effectus
necessarios, ac proinde nulli erunt
effectus contingentes. Quod si quis
respon

1. Argu

2. Argo

3. Argo

respondeat hanc causalitatem orbium caelestium, impediri ab his causis inferioribus, à quibus oritur contingentia, contra ita ago. Causa quæ præstat impedimentum ne alia suum effectum producat, debet esse maioris virtutis: sed nulla causa ex his inferioribus, habet maiorem virtutem, imo neque æqualem cum corporibus caelestibus: nulla ergo causa ex his inferioribus poterit impedire actionem ipsorum. Iam. Omne futurum necessario est futurum, vt est apertissimum, ergo nullum futurum erit contingens. Consequentia nota est, confirmatur antecedens. Quemadmodum se habet res præterita ad esse præteritum, ita res futura ad esse futurum: sed omne præteritum necessario est præteritum, ergo omne futurum necessario erit futurum. Vltimo vt oratione veterum Astrologorum, & statuo prius virtutes, influxus, motus, figurasque caelorum, esse propter hæc inferiora, ad illa scilicet gubernanda, maxime vero propter homines. Statuo deinde tunc media ad finem assequendum dici frustra, quando illis positus, potest non sequi finis. Ex quibus ita connecto argum. Sit aliqua cæli constitutio, vel figura, quæ indicat Socratem furem esse futurum, vel igitur non poterit non esse fur, vel poterit non esse: si non potest non esse, igitur necessario erit fur: si vero poterit non esse, ergo medium illud, nimirum, illa cæli figura, frustra erit, cum finis quem indicabat, non fuerit per eam consequutus.

In hac quæst. inter Veres Philosopho. non parum controuersa, quidam in ea extiterunt opinione, vt arbitrarètur, omnia necessitate quadam fatali euenire, ita vt nõ possint alia ratione quam fuerint à fato ipso decreta promanare. Ita Chrysipus, Zenon, & alij, Stoici, Heracly-

tus, & quidam Astronomi vt Hermes Neocæptus Pythofidis, Maternus, Manlius, & ex Arabibus Albumazar, ex alijs vero Veteribus Philosophis, Satyrion, Possydonius, Apuleius, & fere omnes Poætæ, qui fatum in suis carminibus, ineuitabile, vel ineluabile, vocant. Idem Priscilla, & Priscillianistæ hæretici, vt legimus in concilio primo Bracharensi. Alij, vero eadem absolutam necessitatem in rebus collocantes, illam, non à fato, sed à providentia, vel scientia, vel voluntate diuina, prouenire arbitrantur, nam quæ Deus præuidit, ita sunt necessario euentura, vt non possint alio modo sese habere. Hanc ex Philosophis sequuti fuerunt, Thales, Demochritus, Parmenides, Pythagoras, & inter hæreticos Abaylardus, vt testatur D. Bernardus episto. 90. Vvitchleph, Lutherus, vt inquit Castro in lib. de hæresibus.

Sit tamen in explicationem prima conclusio. Non omnia eueniunt necessario, sed multa sunt quæ eueniunt libere & contingenter, & quæ possunt euenire, & nõ euenire. Hæc conclusio est de fide diffinita in concilio Constantiensi sessio. 8. vbi condænatur tanquam error hæc propositio Vviteleph, omnia ex necessitate proueniunt absoluta, est autem is error 27. Et deinde confirmatur imprimis de effectibus contingentibus, à causis naturalibus prouenientibus. Pluuia v. g. futura tempestas, vel serenitas non sunt effectus necessarii, nam possunt euenire, vel non euenire, vt conspicimus apertissime, & aliquo mentis delirio laborat, qui hæc non intuetur, vel si intueatur, ita esse diffiteretur, ergo non omnia euenient ex absoluta necessitate. 15. Si hi effectus iuxta hanc necessitatem euenirent, quemadmodum ortus solis semper eodem modo sese habet

2. Opin. alior vt te:um.

1. Cone.

1. Arg.

(neque

4. Arg.

9. argu.

1. Argu

2. Arg.

3. Arg.

1. Opin. Veteru.

(neque enim potest singulis diebus non oriri) ita etiam non posset non semper futura tempestas euenire: at
 36 Arg. hoc videmus esse falsum, quare non eueniunt hi effectus absoluta necessitate. Præterea. In actionibus quæ libero arbitrio dependent, hæc conclusio multo notior est, quam in alijs de quibus proxime egimus. Enim uero: si omnes actiones à libero arbitrio prodeuntes, essent omnino necessariæ, nullum esset meritum, nulla laus pro actionibus egregie illustratis, neque aliquò supplicio pro alijs quæ minus recte instituuntur afficeremur nam necessarijs, neque laudem, neque supplicium aliquod promeremur. Itè leges omnes quæ vitam humanam in finem studiosum dirigere nituntur, superuacaneæ essent, perirent etiam maiorum monitiones, amicorumque ad vitam studiosam amplectendam consilia, & cohortationes, quæ certe cum ipso solo lumine naturæ illustrante sint falsa, non omnia absoluta necessitate euenient, sed quam plurima erunt quæ contingenter, & libere erunt futura.

3. Conc. Secunda cõclu. Ex eo quod Deus præiudicavit, voluit, aut aliquid futurum præordinauit, non sequitur in rebus absoluta necessitas, sed cum hijs omnibus recte coheret, ut dentur multi effectus liberi, & contingentes. Hanc aduersus Philosophos in secunda opinione recensitos profitemur, de qua diffuse satis Theologi. 1. p. q. 14. ar. 13. de diuina scientia disputantes q. 19. ar. 8. de volunt. diu. differentes, q. 22. ar. 4. in qua de diuina prouidentia pertractant, & idem D. Tho. cum plerisque alijs locis tum vel maxime 3. Cont. Genes. a cap. 72. per nonnulla capita sequentia hanc rem ita luculenter absoluit, ut illis fere nihil addi posse videatur. Nobis vero qui nunc non

Theologum, sed Dialecticum agimus fat fuerit breuiter illam hoc pacto confirmasse. Primoque diuina scientia, & voluntas, nequaquam auferunt à rebus ipsis ortum, & interitum, nam has duas mutationes, in rebus dari, ipsis sensibus intuemur: sed quæ oriuntur, & intereunt, non eueniunt absoluta necessitate: ergo diuina scientia, voluntas, & prouidentia, non auferent à rebus contingentiam, & mutabilitatem. Addimus necessarium & contingens esse duas differentias ipsum ens distribuentes: sed differentie entis (ut & ipsum ens) à diuina voluntate promanant: ergo diuina voluntas, & alia quæ recensuimus, non auferent à rebus contingentiam. Sciendum tamen est duplicem esse necessitatem, vnam consequentis, & alteram consequentie, consequentis significat necessitatem absolutam, & simpliciter, à nulla hypothese dependentem ut est necessitas huius consequentis, homo est substantia: consequentia vero est illa quæ in se nullam habet intrinsecam necessitatem, nisi ea sola ratione, qua infertur ex antecedente, quemadmodum hæc consequentia est necessaria, si ego te video currentem, tu curris, in qua consequens, tu curris, necessario sequitur ex illo antecedente, non enim posito illo, potest consequens non sequi: ego tamen visione mea, nullam tibi infero currenti necessitatem. Itaque ea quæ scita sunt à Deo Opt. Max. necessario euenient, necessitate consequentie, quia recte sequitur, Deus sciuit hoc euenturum, ergo hoc eueniet, idque propter immobilitatem scientiæ diuinæ: non tamen euenient necessario necessitate consequentis, quia ex eo quod Deus vidit illud euenturum, nulla rei necessitas infertur, quemadmodum ut in eodem exemplo persistamus, ex eo quod

1. Argu

2. Argu

Obferuat,

ego

ego videam Socratem currentem, nullam necessitatem ipsi infero, vt currat, quāuis sit hæc cōseq. necessaria, si ego video Socrate currente, ergo ille necessario currit, quia tali antecedenteposito non pot non sequi tale consequens. Verū hæc non sunt subtilius à Dialecticis contemplanda, sed Theologis, quorum est officium de his disputare erunt prætermittenda.

3. Conc. Tertia conclu. Neque actiones, in fluxus, aut quæuis aliæ virtutes cælorum, auferunt contingentiam ab his rebus inferioribus. Legendus est D. Tho. 1. p. q. 115. art. 6. & 3. Cont. Gentes cap. 86. & in his locis Caienta. & Ferra.

4. argu. Primoque sic illam suademus, ex Arist. in lib. de diuinatione per somnium cap. 2. vbi inquit, quod neque eorum quæ in corporibus sunt signorum cælestiū, velut aquarum, & ventorum, multa eueniunt, sed possunt non euenire. Iā virtus cælorum est finita, requirit igitur materiam præparatam, & dispositam, vt suos effectus in eam inducere valeat, quia omnis virtus finita, requirit materiam præparatā, sed huiusmodi præparatio materiæ, potest impediri ab alijs causis inferioribus, ergo poterit quoque causalitas cælorū impediri ne suos effectus producat: at vbi causa potest impediri, effectus qui inde subsequuntur sunt contingentes, non igitur virtus cælorum à rebus auferet contingentiam. Rem hanc vt apertior fiat, exemplo quodam illustremus.

2. Argu. Sit aliqua cæli cōstitutio, vel aspectus aliquis planetarū, qui pluiam sit natus inducere, areseat etiā terra, sitq. ea nimia siccitate perfusa, profecto quamuis natus sit hic conspectus pluiam generare, non tamen illico eam generabit, quia materia non est præparata, vt ex ea hic effectus oriatur, pluuia n. ex hu-

more terræ fieri debet. Demus etiā materiam esse præparatam, terræq. copiam humoris ipsis orbibus offerre, vt ex illo nubes fiant, quæ à frigore condensatæ, in pluiam conuertantur, perlet tamen illico boreas, qui illas omnino dissipet, & in auram tenuissimam commutet, nū pluuia sequetur? minime gentium. Non igitur omnes effectus orbium cælestium sunt necessarii, sed erunt quamplurimi contingentes, cum possint ab his causis inferioribus impediri ne fiant. Hæc tamen pro instituto Dialecticorum sufficiant, nam plura in lib. de cælo à nobis (Deo dante) proponuntur.

Iam dissoluenda sunt arg. quæ proposuimus. Ad primum respon. ex 2. conclusio. infallibilitatem scientiæ diuinæ, non auferre à rebus contingentiam, sed illa posita adhuc remanere res ipsas absolute contingentes: quemadmodum in exemplo proposito, data hypothesi quæ ego videam Socratem currentem, visio mea est infallibilis, quia illa existente non potest non currere, quæ tamen nullā Socrati, vt currat, imponit necessitatem, quia absolute potest non currere cum ab incepto cursu sistere possit. Vel dicimus supposita scientia infallibili, necessario res euenturas, necessitate consequentiæ, non tamen consequentis, vt in eadem secunda conclusione late diximus.

Ad secundum respondemus cum D. Th. in locis superioribus & 6. metaph. lecti. 3. falsam esse minorem propositionem, nam effectus per accidens, nullam habent causam per se. Etenim quamuis album habet causam per se, & etiam musicum, at quod musicum album habeat aliquam causam per se, hoc certe fieri nulla ratione potest, quia non est ens, vel vnum per se. Eadem ratione respectu orbium cælestium, quamuis

Ttt vt por-

Ad 6.
argum.

2. Argu.

1. argu.

2. Argu.

Oblat.
uat.

vt portio aliqua ignis generetur in loco supero, eademque ad inferiorē descendat, habeat per se causam: at quod stupam aliquam descendens comburat, non datur aliqua causa per se, contingit enim vt descendente igne, in illo loco esset stupa. Præterea quod in hoc agro Pomum floreat, causam habet per se, & quod Pirus floreat, etiam causam habet per se, at quod florente Pomo, simul etiam in eodē agro Pirus floreat, nullam potest habere causam, sed accidit, vt vna ex his arboribus florente, altera floreat. Vt etiam quod seruus in forum progrediatur, aut in villam, vel agrum, certe causam habet per se, voluntatem nimirum Domini, & quod alius etiam progrediatur eandem habet causam voluntatem scilicet heri, verum occurfus illorum seruorum, quod vnus alteri in eodem foro occurrat, respectu seruorum, nullam habet causam, sed præter vtriusq. institutum fuit, vt sibi mutuo occurrerent in illo loco, non igitur omnes effectus habent aliquam causam per se, vt his exemplis dedimus apertissime, explicatū.

Ad 3. Ad tertium dicimus falsam esse maiorem propositionem: nam quamuis sit aliqua causa necessaria, debet nihilominus agere iuxta dispositionem materiæ, maxime si fuerit virtutis finitæ, vt sunt orbes cœlestes: ac proinde cum huiusmodi præparatio possit impediri ab aliis causis, vt exposuimus in 3. conclu. non producet illa effectus necessarios, sed contingentes plerumque. Vel causa necessaria quantum est ex se, nata est effectus necessarios producere, verū quia non agit immediate, sed modificata cum causis his inferioribus, (vt sol nō generat equum immediate, sed vt eius vis modificatur in eoque generante, cuius facultas non est necessaria, sed cōtingens) ob hanc

rationem, causa necessaria non producet semper effectus necessarios, sed interdum multos contingentes procreabit. Ad confirmationem dicimus virtutem orbium cœlestium vt in se est, non posse ab aliqua causa inferiori impediri propter rationem assignatam in argum. at eadem vt modificata in causis inferioribus optime poterit impediri, ita enim sumpta non superat vires illius causæ cum qua modificatur, ac proinde quemadmodum causa inferior, potest ab alia causa, vel æqualis, vel maioris potentiz impediri, ita & virtus cœlorum poterit ab eisdem causis impediri, vt virtus illorum in igne modificata ad calefaciendum, impediri poterit ab aqua, quæ si fuerit ligno comburendo perflusa, impedimentum præstabit ne ab igne, & hac virtute modificata calor generetur.

Ad quartum negandum est antecedens. Ad confirm. dicimus esse disparem rationem inter præteritum & futurum, quia præteritum iam semel fuit positum in actu, atque ita implicat contradictionem quod nō fuerit positum in actu: ceterum futurum nondum fuit positum in actu, proindeque poterit non poni, & ex consequenti poterit contingenter euenire. Ad quintum respon. ex illa cœli figura & constitutione, nullam inferri Socrati necessitatem ad furandum: sed libere ipse & sponte furabitur: neque tamen illa vis cœlestis dicetur frustra, quia illa tantū potest inclinare, non tamen cogere voluntatem, quæ superior est omni virtute & influxu cœlorum. Sapiens enim (is inquam, qui non more peccudum, sequitur propensiones corporeas) dominabitur

astris: verum de
hac realio
loco.

QV AESTIO II. QV AENAM sit radix contingentiae in rebus ipsis.

QUERIMUS de prima causa vel radice, à qua ortum habet contingentia in ipsis rebus, num scilicet sit libertas diuinæ voluntatis, vel illius efficacia, aut quidpiam aliud, nam sunt de hac re diuersæ Philosophorum sententiæ. Multi enim putant (vt testatur D. Tho. in commenta. huius loci) originem esse potentiam materiæ primæ, & contraria indifferentem, ita vt sublata etiam causa in determinata propter varios concursus causarum naturalium se impediunt, & propter indifferentiam materiæ multa cōtingente r possint euenire. Quam opinionem sequi videtur in hoc loco Suesanus. Verum hanc sententiam merito reicit D. Tho. quia cum effectus pendeat non à D. T. solū à materia, sed etiam à causa efficienti, ad contingentiam illius, & indeterminationem requiritur non solum indeterminationo materiæ, verum etiam & causæ efficientis, ac proinde si hæc auferretur, omnes effectus necessario producerentur. Iam quæcunque non eueniunt à causa indeterminata necessario eueniunt, neque enim habent vnde magis ad hunc, quam ad alium euentum determinentur: sed quæ necessario eueniunt, non contingenter, sicut ergo si non esset in rebus causa aliqua indeterminata nullus esse posset effectus, contingens. Secunda sententia est originem contingentiae esse diuinam voluntatem, vel illius libertatem, ita vt ex eo dentur effectus contingentes, quia Deus libere agit. Sequuntur hæc Scotus Leucherus in 1. dist. 2. q. 2. dist. 8. q. 2. dist. 39. q. 1. Gabriel in his locis, & Cordubalib. 1. q. theologi. q. 55. dubio 3. Cc

Ad 4.

Ad 5.

Reiicit. à D. T.

2. opin.

terum neque hæc sententia est ex omni parte vera. Quia quauis Deus non ageret libere, adhuc nihilominus possent esse effectus contingentes, ergo prima radix contingentiae non habet ortum à libertate diuinæ voluntatis. Verum quia antecedens diffitetur Scotus, confirmandum erit in hunc modum. Primo. Quia quamuis Deus necessario ageret (salua & integra suæ infinitæ potentiae efficacia) adhuc essent causæ quæ possent deficere, & quæ se mutuo possent impedire, quod certe sat est ad ortum effectuum contingentium. Secundo, quia quamuis Deus ageret necessario, adhuc essent agentia libera, homines nimirum: at vbi est libertas arbitrii, ibi etiam possunt effectus contingentes reperiri. Iam. Quamuis Deus ageret necessario, non immutaret rerum naturas, quemadmodum quauis nunc agat libere, non proinde easdem immutat, sed dantur multæ res ex sua natura contingentes, vt lectio, sessio, & cursus: ergo quamuis Deus necessario ageret, adhuc essent effectus contingentes.

Reiicit. Scot.

His igitur cōfutatis opinionibus sit prima conclusio. Prima radix contingentiae est efficacia diuinæ voluntatis, vel virtus Dei potentissima, quæ effectibus quos nouit futuros esse necessarios, causas præparauit necessarias: & quos nouit futuros contingentes, causas etiam contingentes destinauit. Hanc profitetur D. Th. 1. p. q. 19. ar. 8. Caie. ibidem, Ferrari 2. c. Gent. cap. 67. & 85. Soncinas 6. metaph. q. 15. et q. communis omnium tam Theolog. quam Philosoph. sentē præsertim illorum, qui grauius in hac re philosophati fuerūt, confirmarique potest. A diuinæ voluntate eiusque summa efficacia & prepotenti virtute, omnes causæ ad suos effectus producendos destinantur,

l. Conc.

nam & vis illarum, & actio, modusque agendi, ab hac diuina virtute dependent: sed ex causis contingentibus oriuntur effectus contingentes, & ex necessariis necessarij, ergo ab efficacia diuinæ voluntatis tanquam à prima radice effectus contingentes orientur.

2. Conc.

Secunda conclusio. Contingentia tanquam à proxima causa, & immediata, à virtute languente, vel (vt dicunt) defectibili, causarum inferiorum ortum habet. Vnde si qui effectus contingentes dantur in rerū natura, ex imbecillitate causarum naturalium, vel libero arbitrio ortū habent. Confirmatur. Quia contingens est quod potest non esse, vel quod potest non fieri: sed non esse, vel non fieri aliquem effectum, vel ex imbecillitate cause, quæ non potest illum producere vel ex libertate arbitrij qui potest ferri in vtrāque partem ortum habet, ergo contingentia effectuum tanquam à proxima causa, ab his inferioribus causis originem trahet. Rem hanc vno vel altero exemplo illustremus, imprimisque hominem claudicare, effectus est contingens, cuius causam proximam si inuestigemus, nullam aliam poterimus inuenire, quam imbecillitatem quæ in cruribus reperitur. Rursus Socratem legere, etiam est effectus contingens, cuius profecto causa nulla alia poterit, quam libertas arbitrij excogitari, quibus exemplis aperte satis constat, contingentiam effectuum, tanquam à proxima causa, vel ab imbecillitate causarum inferiorum vel à libertate arbitrij, provenire. Vnde colligimus quod quamuis Deus esset causa necessaria, nihilominus lectio (v. g.) aut claudicatio, simpliciter, & absolute essent vocandę effectus contingentes, quia res à sua proxima, & immediata causa dicuntur possibiles,

Explicat.
exemp.

vel impossibiles, necessariæ vel contingentes, & non à prima, & generali, vt D Tho. q. 25. 1. p. art. 3. ad vlti. profitetur.

Obicit tamen Scotus, & contendit probare, quod si Deus ageret necessario non essent effectus contingentes. Primo quia causæ secundæ tunc temporis necessario mouerentur à prima, ergo necessario quoque & non contingenter, suos effectus producerent. Antecedens est apertum, confirmatur consequentia. Causa quæ non mouet, nisi vt mouetur à superiori, si necessario mouetur, necessario mouet: sed causæ secundæ non mouent nisi in quantum mouentur à prima, ergo si necessario mouerentur, necessario quoque producerent suos effectus. Secundo. Causa prima prius natura intuetur effectum, quam quæcunque alia secunda, ergo si necessario causat, omnis effectus in illo priori habebit ad illam necessariam habitudinem, ac proinde nullus effectus erit contingens. Ad primam tamen negamus consequentiam. Ad confirmationem respon. falsam esse maiorem propositionem, etenim quamuis causa prima necessaria, necessario quoque moueret causam secundam, quia tamen modificaretur ad modum illius, non necessario, sed contingenter effectum produceret. Vt nunc sol causa est necessaria respectu fructuum, mouetque necessario arbores ad illos emittendos: verum quia modificatur ad modum arborum, vel quia recipit modum causandi earum, non necessario, sed contingenter producit fructus. Ad secundam respond. causam primam non prius intueri effectum, quam modificetur in causa secunda, vt in eodē exemplo, non prius sol intuetur fructus, quā modificetur in arboribus, ac proinde quamuis necessario age

Obicit
prima.

Secunda,

1. Solutio

2. Solutio

ref.

ret, non essent omnes effectus neces-
sarij, cum agat vt modificata in cau-
tis contingentibus.

Q V A E S T I O . III. N V M
contingens quando est sint neces-
sarium uel contin-
gens.

1. Arg.

Propofuerat Aristoteles hoc theo-
remma. *Omne quod est, quamdiu*
est, necesse est esse. Quod quidem ve-
rum non esse, hæc argumenta vi-
dentur suadere. Primum. Con-
tingens dicitur illud quod esse, &
non esse potest: sed contingens,
quod actu est, nequit esse, aut non
esse: ergo contingens quod actu
est, non erit contingens. Confir-
in hunc modum assumptio. Possit esse,
& non esse, ad inuicem contradicunt:
at duæ contradicentes non possunt vere affirmari de vna,
& eadem re, ergo contingens
quod actu est, non poterit esse, &
non esse.

2. Arg.

Secundum. Duæ differentiaæ ne-
queunt eidem rei conuenire, quia
sunt inter se contraria: sed con-
tingens & necessarium, sunt diffe-
rentiaæ diuidentes ens, ergo cum
contingens, quod actu est iudicio
Aristotelis sit necessarium, non po-
terit vllò modo esse simpliciter &
absolute contingens.

2. obser-
uatio.

Vt questionem istam explicemus
animaduertimus, necessarium esse
duplex, vnum simpliciter, & absolu-
te, & alterum ex hypothesi. Necessa-
rium simpliciter est quod suapte na-
tura non potest non esse, vt hominẽ
esse animal. Ex hypothesi autem di-
citur aliquid necessarium, quod sua-
pte natura potest non esse, constitu-
ta tamen hypothesi, non potest nõ
esse, vt currentem moueri neces-

sarium est ex hypothesi, quia ab-
solute homo potest non moueri: at
constituito quod currat necesse est il-
lum moueri.

Hoc autem necessarium optime
conuenit rei quæ ex sua natura est
contingens, at vero primum il-
lud nulla ratione ei adaptari potest,
quia contingens, & necessarium ex
sua natura, sunt differentiaæ contra-
ria diuidentes omne ens. Animad-
uertimus deinde necessarium sim-
pliciter diffiniri illud quod nullo
modo potest non esse: contingens
vero quod potest esse, & potest non
esse, per primam partem separatur
contingens ab impossibili, per secun-
dam vero à necessario.

2. Ob-
seruat.

His constitutis sit prima conclu-
sio. Contingens quædo actu est semper
est contingens, ex sua natura, nullo
que pacto necessarium simpliciter
dici potest. Confirmatur duobus ar-
gum. Primum. Attributa essentia-
lia conueniunt rei in qualibet tem-
poris differentia: sed contingens
quod actu est, ex sua natura est con-
tingens, ergo etiam vt actu erit in
differentia temporis præsentis, erit
contingens. Secun. Contingens quo
actu est, potest absolute esse & non
esse, ergo contingens quod actu est,
ea etiam rone qua est actu erit sim-
pliciter contingens. Consequetia est
aperta, confirmatur antecedens. Im-
primis certum est illud posse esse,
deinde posse non esse inde fieri po-
test manifestum, quia si non posset
non esse, impossibile esset quod il-
lud non esset, quod tamen est om-
nino falsum, cum videamus contin-
gens quod actu est, posse non esse,
vt pote quod statim euanescat, ac re-
rum natura elabatur.

1. Concl.

1. Argu.

2. Arg.

Secunda conclusio. Contingens
quod est actu est necessarium ex hy-
pothesi. Confirmatur hæc testimo-
nio Arist. in hoc cap. qui constituit

2. Concl.

Ob iec,
prima.

Secunda,

1. Solutio

2. Solutio

omne quod est, quamdiu est necessesse est, habere esse, estque assertio factis aperta, quia lectio (v. g.) quando fit à præceptore, necesse est quod fiat, & quando Petrus currit necessarium est illum moueri, quia non potest currere quin moueatur.

1. Arg. Ad argu. autem sigillatim resp. Ad primum aimus enuntiationes illas non esse contradicentes, quia nō referuntur ad idem tempus. nā posse esse, refertur ad tempus præsens, & posse non esse, ad tempus futurū: ut lectio quæ actu est, potest esse in tempore præsentis, & potest non esse in tempore futuro. Ad secundum dicimus contingens, & necessarium ex sua natura, esse differentias diuidentes omne ens, quæ eidem enti nullo modo quæant simul contineri, nulum enim ens ex sua natura potest esse necessarium, & contingens: nihilominus necessarium ex hypothesi, & contingens suapte natura, non sunt differentia contraria, neque diuidunt omne ens, quare poterunt eidem rei contingenter euenienti, & actu existenti, simul conuenire, quæ quidē ex sua natura erit cōtingens, ex hypothesi autem necessaria dicetur.

QVAESTIO III. AN PROPOSITIONES FUTURI CONTINGENTIS SINT DETERMINATAE UERE NEC NE?

Accedamus iam ad institutum Arist. explicandum, num scilicet propositiones futuri contingentis sint determinate veræ nec ne: Et enim esse determinate veritatis vel falsitatis, his argu. ostendimus. Primum. Non est maior ratio enuntiationum præteriti, quam futuri temporis, in materia cōtingenti: sed quæ sunt temporis præteriti sunt deter-

minatae veræ, vel falsæ, ut docuit Arist. in textu: ergo & quæ erunt futuri contingentis, erunt etiam determinate veræ, vel falsæ. Secundo Enuntiatio diffinitur oratio verum vel falsum significans: ergo si enuntiationes futuri contingentis non significant determinate veritatem aliquam, vel falsitatem, non erunt enuntiationes. Iam Hæc enuntiatio, Antichristus peccabit, est futuri contingentis, quæ tamen est determinate vera, nam est de fide, cui non potest sub esse falsum: ergo enuntiationes futuri contingentis erunt determinate veræ. Rursus. Dicat aliquis, Thomas legeret cras, quando legit est illa determinate veritatis: ergo quando illam profulit ante quam legeret, erat quoque determinate veritatis, neque enim mutauit significationem: sed quando illa fuit prolata, ante quam legeret, erat futuri contingentis: ergo huiusmodi propositiones erunt determinate veræ. Ad extremum. Eo modo se habet futurum contingens ad fore, sicuti præteritum ad fuisse: sed præteritum fuisse est determinate verum, & implicat contradictionem non fuisse: ergo & futurum contingens fore, erit determinate verum, implicabitque contradictionem non esse futurum.

Non est eadem in hac quaestione explicanda Philosophorum sententia, nam prima est Antonij Cordubensis 1. lib. q. Theologicarum q. 55. dubitatione 2. qui putat omnes propositiones in se, vel respectu essentia diuinæ, esse determinate veras, vel falsas, vel quod idem est ex parte obiecti, at ex parte subiecti, vel quo ad nos, qui nō intelligimus determinationem rei ad essendum, vel ad aliquam vnā partem, non esse has propositiones determinate veras, ut hæc propositio bellum nauale

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

5. Arg.

6. Opin.

vale erit futurum, respectu Dei est determinate vera, & respectu rei significata quia a parte necessario debet determinari bellum ad esse, vel ad non esse, quamvis non sit respectu nostri. Adducit in patrocinium huius sententiae Ioannem Medina Complu. virum sane suo saeculo clarissimum, & eruditum in 1. dis. 38.

2. opinio

Secunda opinio est Gregorij in 1. dis. 38. Villalpandi in his commentariis, aliorumq. nonnullorum, qui dicunt omnes propositiones futuri contingentis actu veras esse, vel falsas. Dicit tamen indeterminatae veritatis, vel falsitatis, quia earum veritas, vel falsitas potest mutari. Tertia est, quam aperte in hoc cap. professus est Arist. omnesq. fere interpretes cum eo D. Tho. B. Albert. Mag. Ammoni. Suesanus, Louanienses, & quam sequuti fuerunt Gabriel. Ocam, & Aureolus in 1. dis. 8. q. 1. Catheri, in lib. de predestinatione, & complures alij, nimirum propositiones futuri contingentis neque esse certe, & diffinitive veras, neque certe, & diffinitive falsas, sed posse esse veras, vel falsas.

3. opinio

Obser.

Hanc igitur ut explicemus animaduertimus propositiones futuri contingentis quasdam esse absolute futuri contingentis, & alias quae dependunt, vel inferuntur ab aliqua propositione temporis praeteriti. Prioris generis sunt Petrus leger, vel Iacobus orabit; alterius sunt Ioannes dixit se cras disputaturum, vel Antonius dixit se a praedio in Lycaeam progressurum, in quibus haec Ioannes disputabit, vel Antonius progredietur in Lycaeam, dependent ab illa praeteriti temporis, Ioannes dixit, vel Antonius dixit. Praeterea. Quae significant futurum contingens dependent ab aliqua de praeterito quaedam sunt, quae inferuntur a causa variabili, & mutabili, & aliae

a causa variabili, & immutabili. Priori generis sunt quas proxime recensuimus, alterius autem generis sunt, Deus dixit me cras disputaturum, vel Antechristum futurum.

1. Conc.

Sic iam prima conclu. Propositiones futuri contingentis, quae non dependent ab aliqua de praeterito, vel ab ea non inferuntur, neque sunt determinatae verae, neque false secundum se. Hanc aduersus primam opinionem profitemur, quae certe est apertissima sententia Arist. in hoc cap. confirmaturque argumento efficacissimo. Si haec propositio (v.g. Petrus disputabit) est determinate veritatis: ergo non poterit ille non disputare, nam illa propositio dicitur determinate veritatis, quae ita est vera, ut nullo modo possit esse falsa: ergo non contingenter sed necessario disputabit, quod sane cum sit absurdum, haec propositio non erit determinate veritatis. Addimus contra Gregorium non exodici has indeterminatae veritatis, quia illarum veritas potest mutari: etenim eadem ratione qua sunt de presenti (vt Iacobus disputat) esset indeterminatae veritatis, quia earum veritas potest mutari.

2. Conc.

1. Conc.

Secunda conclu. Propositiones futuri contingentis quae dependunt ex aliqua de praeterito, quarum causa est mutabilis, vel variabilis neque sunt determinate verae, neque false, vt est haec Ioannes dixit, se cras disputaturum. Confirmatur primo quia quamuis dixerit tamen disputatio futura ab eius libero arbitrio dependet, ac proinde potest non evenire, nam a causa variabili, vt est illius voluntas, certum est posse effectum non provenire. Iam. Haec propositio futuri contingentis aequiualeat huius hypotheticae, Ioannes dixit, & Ioannes disputabit, cuius secunda pars est absolute contingens, nam

potest ille disputare, & non disputa-
re; sed illa hypothetica coniuncta cu-
ius vna pars est contingens, est tota
contingens vt omnes Dialectici pro-
fitentur; ergo & hæc Ioannes dixit
se cras disputaturum erit absolute
contingens, & ex consequenti non
erit determinate vera vel falsa.

5. Conc. Tertia conclu. Propositiones eius-
dem generis quæ dependent ex ali-
qua de præterito, immutabili, & in-
uariabili, sunt determinate veræ,
vel falsæ, vt est hæc, Deus dixit An-
techristum futurum, est determina-
te veritatis. Confirmatur. Scientia
diuina tum & eiusdem voluntas,
sunt causæ immutabiles, & inuaria-
biles; ergo si semel Deus dixit, Ante-
christum futurum, non poterit ille
non esse, futurus, nam *ipse dixit & fa-
cta sunt*. Deinde quod dixit Deus fu-
turum innititur primæ veritati re-
uelanti, vel proponenti; at qui pri-
mæ veritati non potest sub esse ali-
quod falsum; ergo si Deus dixit An-
techristum futurum non poterit il-
læ non esse, ac proinde certæ, & de-
terminatæ veritatis.

1. Arg. Iam ad argumenta. Ad primum
negamus propositionem, ratioque
discriminis est, quia antequam res
fiat, semper remanet indifferens, vt
possit fieri, vel non fieri, ac proinde
propositio quæ indicat rem illam fu-
turam, vel non futuram, non erit de-
terminata veritatis: at postquam res
semel fuit, vel semel est posita in
actu, non est indifferens vt possit
esse, vel non esse, sed iam fuit ad ef-
fendum determinata atq. ita propo-
sitiones præteriti temporis, quæ re-
illam indicant fuisse, erunt diffi-
nitiæ, & determinatæ veritatis de fu-
turo nequaquam.

2. Arg. Ad secundum respon. aliud esse sig-
nificare veritatem & aliud determi-
nate veritatem exprimere, nam sig-
nificare veritatem, est significare re-

esse sicuti est: significare vero deter-
minate, est ita vnâ partem signi-
ficare, vt nulla ratione aliam expri-
mere valeat. Itaque hæc enuntiatio,
Socrates leget, significat veritatem
contingentem, vel possibilem, quia
significat rem esse sicuti est, nimirum
rem contingentem, & quæ potest esse,
& non esse; non tamen significat il-
lam determinate, quia potest ipse
non legere. Ad tertium respon. illâ
propositionem Antechristus pecca-
bit, etiam esse contingentem: nam
absolute, & simpliciter potest non
peccare: & quamuis sit de fide illud
peccaturum, non proinde necessario
peccabit absolute, nam hoc tantum
est necessarium ex hypothesi, quia
scilicet data hypothesi quod fides
docet, vel Deus reuelauerit, non po-
test ille non peccare in sensu compo-
sito, propter infallibilitatem fidei,
& immutabilitatem scientiæ, & re-
uelationis diuinæ: iam tamen dixi-
mus q. 3. necessitatem ex hypothesi
non auferre absolutam contingentiam,
vel libertatem. Ad quartum
respon. negando consequentiam,
quia quando Thomas legit, non est
indifferens ad legendum, vel non le-
gendum, sed iam est illius indiffe-
rentia determinata per lectionem secun-
dum actum: ac proinde hæc propo-
sitiō quæ est de præsentī contingen-
ti, Thomas legit, erit determina-
tæ veritatis: caeterum ante quâ
legat adhuc, est indifferens ad legen-
dum, vel non legendum, & ex con-
sequenti propositio huius futuri
contingentis Thomas leget, non
erit diffinitæ, & determinatæ ve-
ritatis, Ad vlti. iam respon. in 1. q.
cui nunc respon. esse disparem, lon-
geq. diuersam rationem, inter præ-
teritum, & futurum, quia præteri-
tum iam actu fuit in rerum natura,
& ita non potest non esse præteri-
tum: at uero futurum non dum est

Ad 3.

Ad 4.

Ad vlti.

in rerum natura, & ita poterit fieri à Deo ne illud sit futurum, cum il-
1 ud nullam implicet contradic-
tionem: manifestam tamen implicat (è
conuerso) contradiccionem præteri-
tum non fuisse. Aut Respon. possu-
mus præteritum, & futurum sumi
posse, formaliter, vel materialiter,
sumuntur formaliter pro ratione fu-
turi, aut præteriti, at materialiter
vsurpantur pro rebus ipsis quæ præ-
terita, aut futura nuncupantur, vt
pro Adamo præterito, aut Antichri-
sto futuro Itaq. quamuis si hæc su-
mantur formaliter, sit eadem habi-
tudo esse futuri ad futurum, quæ
est esse præteriti ad rem præteritam
at si materialiter vsurpentur, non
est eadem habitudo, quia res quæ
præterit iam semel fuit in rerum
natura, habuitq. potentiam ad ef-
sendum determinatam per actum,
res vero quæ est futura non dum

posita fuit in actu, neque illius
potentia ad essendum fuit ab actu
limitata, ac proinde poterit illa non
esse. Quidam nonnullas alias qua-
stiones hoc loco miscent, vt num
detur potentia ad præteritum, & ad
præsens, vel an præteritum potue-
rit non esse præteritum: & qua-
ratione futura contingentia cognita
sint à Deo, quæ disputant Theo-
logi in 1. senten. & 1. p. q. 14. & 25. Et
quamuis in illis explicandis non pa-
rum delecter, dum Theologi refero
personam: at nunc Dialecticum
agens, vitio mihi vertendum pu-
tassent, si eas Dialecticis explicatas
tradidissent, cū reliqua quæ de con-
tingentibus diximus, nisi nos ad
illa proponenda Arist. inuitasset li-
benter (quia nonnulla superiorum
scientiarum postulant fundamen-
ta) silentio inuoluissent. Hactenus
igitur de 1. lib. de interpretatione.



Tee s COM-

COMMENTARIA

in secundum librum

de Interpretatione.

*Eodem Fr. Didaco Masio Valentino Vிலာrealensi Or-
dinis Prædicatorum auctore.*

Caput I. De enuntiationibus infinitis.

ARGUMENTVM. CAP.



Explicatio primis ex quibus partibus constare debeat enuntiatione, secundo nonnulla theoremata proponit ad oppositionem inter enuntiationes finitas, vel infinitas intelligenda necessaria: & tandem in vltima parte nonnulla annotat ad hæc intelligenda apprimè necessaria.

COMMENTARIA

Quamuis apud Græcos hoc opus de interpretatione, non sit in duos libros distributum, quia tamē Latini omnes illud in duos libros sunt partiti, illorum nos sectionem approbantes, reliquam partem huius operis, hoc alio secundo libro complestemur, in quo disputat Aristot. de propositionibus infinitis, & modificatis. Imprimis vero agit de enuntiationibus infinitis in hoc 1. cap. vt autem id quod de ipsis in eo tradit intelligere valeamus in me-

moriā erunt nonnulla exiis quæ supra diximus reuocanda. Imprimis enuntiationem quandam esse secundi adiacētis, vt illa in qua præter subiectum, & verbum, nullum collocatur attributū, qualis est hæc homo est: alteram autem esse tertij adiacētis, in qua præter subiectum & verbum, etiam continetur attributum, qualis est hæc, homo est animal. Deinde propositionem quandam esse finitam, & aliam infinitam quæ diuisio ortum habet ex eo quia omnis propositio consistere debet vel ex nomine finito & verbo, vel ex nomine infinito & verbo, quod in hūc modum confirmat in prima parte capituli Arist.

A Quoniam autem affirmatio omnis, &c. Omnis enuntiatione aut est affirmans, aut negans: sed tam affirmans quam negans constant nomine, & verbo, vel nomine infinito & verbo, vt est apertum: ergo omnis enuntiatione consistere debet, vel nomine, & verbo, vel nomine infinito, & verbo.

1. pars
capit.

1.
2.

bo. Erit ita quae enuntiationis in finitam, & in infinitam merito diuidenda, illa enim quae nomine tantum ac verbo constat dicitur finita, altera vero quae ex nomine infinito, & verbo constituitur, infinita dicitur. Tertio annota. enuntia. vtramq; tam finitam, quam infinitam, tam secūdi, quam tertij adiacētis, sumi posse aut vt subiectum absq; vlla nota accipitur, aut vt idem aliqua nota affectum vsurpatur. Itā oppositionem quae inter enuntiationes reperitur tam finitas, quam infinitas dignoscimus.

B. *Prima igitur erit; &c.* His igitur constitutis in hac secunda cap. parte nonnulla tradit Arist. theorem, ad oppositionem quae inter enuntiationes, tam finitas, quam infinitas intercedit intelligendam apprimē necessaria, primum est, In enuntiationibus secundi adiacētis, quatuor inueniūtur oppositiones, duae subiecti finiti, & alię duae subiecti infiniti. Subiecti finiti sunt hę, homo est, homo non est, subiecti vero infiniti, hę duae aliae, non homo est, nō homo non est, quę quidem propositiones constant subiecto vniuerso nulla nota affecto. Eademq; oppositio in enuntiationibus infinitis reperitur, quarum subiectum est aliqua nota affectum, nam si propositionibus adductis preponatur aliqua nota, eodem modo opponentur quo & illę, vt cuilibet esse potest notissimum.

C. *Cum vero verbum; &c.* Secūdo theorem. In enuntiationibus tertij adiacētis dantur itidem quatuor oppositionum genera, duę enim ex illis sunt finitae & duae infinitae, seu attributi infiniti; finitę sunt hae duae homo est iustus, homo non est iustus; infinitae hę duę alię; homo est non iustus, homo non est nō iustus. Addit tamen Arist. hanc particulā.

quod

In huiusmodi enuntiationibus tertij adiacētis, esse obseruandam legem, quę obseruatur in attributis experimentibus aliquam priuationē ratione affirmationis, vel negationis.

D. *Atque in his etiam; &c.* Proponit Arist. tertium theorem, quod prius quā proponamus, animaduertendū erit propositionē quę reperitur in enuntiationibus tertij adiacētis attributi infiniti, reperiri etiam in eisdem licet sint subiecti infiniti. Vnde hę duę erunt oppositę non homo est iustus, & non homo est non iustus, sit igitur tertium theorem. In enuntiationibus tertij adiacētis quarum verbum est adiectiuum, dantur etiam eadem genera oppositionum, quia affirmatio finitae, opponitur negationi infinitę, quemadmodum hęc affirmatio, non homo valet, opponitur huic negationi, homo non valet; & affirmatio infinitae opponitur negationi infinitę, quemadmodum hęc affirmatio, non homo valet, opponitur huic negationi, non homo non valet. Et quod de enuntiationibus infiniti aut finiti subiecti, nulla nota affecti dictum est, idem etiam constituendum erit de eisdem enuntiationibus, si ipsarum subiectum aliqua nota afficiatur.

E. *Non enim non omni homo; &c.* Ad notat tamen Arist. in enuntiationibus infinitis minime debere negationem preponi notę vniuersę, sed subiecto, vel attributo, eo quod nota ex se quidem nihil significat, bene tamen addita attributo, vel subiecto, vt illud hoc, vel altero modo accipiatur præstat, quemadmodum in superioribus docuimus: negatio autem constituens nomen aliquod infinitum præponenda est rei quę ex se aliquid significet, quod Arist. explicat exemplis satis apertis in textu.

¶ Illud

110.2
obser

3. Theo

30
obser

3. pars.
capitis.
1. obser.

1. pars
capit.

1. pars.
capitis.
1. theo.
2. theo.

2. Obser-
uatio.

F. Illud etiam perspicuum est, &c. An in aduertit præterea idem Aristot. in enuntiationibus subiecti singularis, parum referre num negatio præponatur, vel postponatur subiecto, quemadmodum in hac enuntiatione, Socrates est candidus parum refert, an ita dicamus, non est Socrates candidus, vel Socrates non est candidus: nihilominus in vniuersis multum refert præponere, vel postponere negationem, vt si nos ita dicamus, omnis homo est iustus, multum refert ita dicere, omnis non homo est iustus, vel omnis homo non est iustus, quia prima illa reddit sensum affirmantem, hæc autem altera negantem. Dixi priorem illam reddere sensum affirmantem si sumatur non homo infinites: si vero præposita negatione toti præpositioni ita dicamus, non omnis homo est iustus, est negans particularis & vera, altera vero est vniuersa negans, & falsa.

3. Obser-
uatio.

G. Que vero nominibus, &c. Annotat etiam nomina, vel verba infinita, ne que significare veritatem, neque falsitatem, eo quod veritas, & falsitas, tantum est in propositione, at huiusmodi nomina infinita non sunt propositiones, quare neque veritatem, neque falsitatem indicabunt.

4. Assertu-
uicium.

H. At vera nomina, & verba, &c. Tãdem constituit Arist. verba transposita in aliqua oratione, non mutare sensum, quod in hunc modum ipse confirmat. Si verba transposita mutarent sensum, sequeretur, eidem enuntiationi aienti, esse oppositas duas negationes: at qui hoc repugnat omnibus, quæ sunt à nobis constituta in superioribus, ergo verba transposita in enuntiatione non mutabunt sensum. Confirmatur propositio sumamus hanc enuntiationem, est homo candidus, & rursus hanc alterã, est candidus homo, si secunda enun-

tiatio differret sensu à prima, vel haberet eandem negationem oppositam, vel diuersam, non eandem, neque diuersam, igitur nullo modo duæ illæ enuntiationes sensu differrent. Confirmatur assumptio. Imprimis non obtinent diuersam negationem, nam illi affirmationi, est candidus homo repugnat hæc negans, non est candidus homo: alteri vero affirmanti, vel repugnat hæc, non est non homo candidus vel illa, non est homo candidus. Primo nõ potest repugnare, eo quod repugnat huic affirmanti infinitæ non homo est candidus, neque secundæ, quia illa repugnat alteri aienti, est homo candidus. Præterea neque eadem negatio esse potest, ita enim fieret vt eadem negationi opponerentur duæ affirmationes: sequitur igitur verba transposita nullo modo mutare sensum.

Scholia in cap. primũ de enuntiatione infini.

A. Hæc verba multis aliis pretermis interpretationibus, ita cum D. Tho. Alexandro, & Porphy. possunt explicari. In enuntiationibus attributi priuati, hæc debet obseruari lex iuxta Arist. 1. prio. cap. vlti. vt ex affirmatione, colligamus negationem, nequaquam vero e contra ex negatione, affirmationem inferamus. Sit exemplum. Ex hac affirmatione attributi priuati, homo est non iustus, recte inferimus illam negationem, ergo homo non est iustus & contra tamen ex hac nimirum negatione attributi priuati, homo nõ est iustus, vitiose progredieremur ad illam affirmationem inferentes ergo homo

homo est non iustus, nam Socrates mortuus non est iustus, qui tamen, non est, non iustus. Neque diuersa præterea rōne in huius generis enuntiationibus ex attributo infinito constitutis res sese habet, nam in his ex aientibus accurate etiam colligimus negantes propositiones, non possumus nihilominus in eisdem negantibus, ab ipsis ad aientes accomodate procedere. Quemadmodum sumpto (verbi gratia) non iusto (vt in eodem exemplo persistamus) infinite, bene ex hac aiente homo est non iustus, hanc negantem inferre possumus ergo homo non est non iustus; cæterum ex hac negante, non recte aientem è cōuerso colligeremus. Adhæc sicut in enuntiationibus tertij adiacentis, quarum attributum nulla nota est affectum, duas, constitutum est, dari oppositiones vnam enuntiationis finitæ, & alteram infinitæ, ita quoque in enuntiationibus tertij adiacentis quarum subiectum aliqua nota afficitur, eadem etiam constituenda sunt oppositionum genera. Exemplis hoc vtrumque declaremus. In enuntiationibus finitis, hæc duæ sunt ad inuicem oppositæ, v. g. omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus: in infinitis vero hæc duæ aliæ, omnis homo est non iustus, non omnis homo est non iustus. Quamuis hæc maxime differant ab aliis, qua-

rum subiectum nulla nota est affectum, quia in illis duæ eiusdem lineæ sunt veræ, vt apertum est in his, homo est iustus, homo non est iustus, quæ quia æquivalent particularibus quum fiant in materia contingenti ambæ veræ existunt, nequeunt tamen in eis enuntiationibus in quibus subiectum aliqua nota afficitur duæ eiusdem lineæ veræ esse simul, quemadmodum in his est manifestum, omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus, quæ quidem quia sunt contradicentes, ambæ simul veræ esse minime possunt.

Hanc legem nimirum verba trāsposita non mutare sensum, Ammonius, & acutissimus Caietanus in Commenta, huius loci (nam Caiet. commentaria D. Tho. quæ in hunc li. ob mortem celerem absoluere nequaquam potuit, ab hoc cap. vsque ad finem libri fuit prosequutus, & adeo feliciter, vt eruditionem, & dexteritatem D. Thom. in Arist. interpretando hauisse visus fuerit) ita interpretantur, vt dicant intelligendam illam esse, de mutatione secundum firum, non autem secundum formam subiecti, vel attributi, nam hæc mutatio inuertit haud dubie sensum propositionum vt si in hac propositione, homo est animal, verba trāspanantur, ita vt dicamus animal est homo, manet sensus eius inuersus, aliusque quam qui antea erat.

CAP.



C A P. SEC V N D V M

de propositio. vna & multi plici, & qua ratione liceat argu. à diuis sis ad coniuncta, & è con uerso.

ARGVMENTVM. C A P.

Imprimis docet quanam sit vna, & quæ multiplex enuntiatio. Secundo proponit quæstionem, qua ratione liceat argumentari à diuisis ad coniuncta, vel è conuerso, & tertio explicat ipsam quæstionem.

COMMENTARIA

Quid sit
proposi.
vna &
quid
multipl.

obseru.

Constituit primum Aristot. in hac c. quæ sit vna, & quæ multiplex propositio. Affirmando, aut negando. Propositio (inquit) vna illa est, quæ vnus est subiecti, & vnus attributi, quemadmodum hæc propositio est vna, homo est animal, vnicum namque in ea est subiectum, & vni etiam attributum. Multiplex vero propositio est illa, in qua vel multa attributa predicantur de eodem subiecto, vt quando ita dicimus, Socrates est candidus, & musicus, vel vnū prædicatum pluribus subiectis attribuitur, sicut hæc, Socrates & Plato sunt candidi. Animad. ram è Arist. vnitatem subiecti, vel attributi, nõ esse colligendam ex vnitrate vocis, sed ex vnitare rei ipsius significatæ, etenim aliquando euenit, vt subiectum sit vna vox, & tamen propositio ex ipsa constituta existat multiplex, quemadmodum in hac propositioe, canis mouetur, subiectum

est vna tantum vox, cum tamen illa multiplex existat, potest enim illa vel de si dere cælesti, vel de cane marino, vel de domestico intelligi. Potest præterea euenire vt in attributis continentur plæque voces quæ tamen quia significant vnã, & eandem rem constituunt illę vnã propositioem, quemadmodum animal particeps rationis, bipes, & mansuetum, sunt multæ voces: ceterum quia omnes illæ significant vnã, & eandem naturam hominis, ob hæc causam constituunt hanc vnicã propositioem, scilicet homo est animal particeps rationis, bipes, mansuetum.

B Quocirca si dialectica interrogatio, &c. Ex his colligit Arist. interrogationem dialecticam qualis est hæc, sitne cælum sphericæ figuræ, necne? non esse vnã propositioem, eoquod in illa contineantur varia subiecta, & attributa, quare neque satisfaciendum illi erit vna tantum, sed multis potius responsionibus, nam cum in ea proponamus exagitãdam vtramque partem contradictionis, obtio datur respondententi, vt eligat quã maluerit ex illis. Quare diffinitio non poterit esse interrogatio dialectica, eoquod illa determinate significat rem diffinitam, neque de illa dubitari potest in vtramque partem

Consec.

3. p.
cap.

eam conueniatne, vel non cōueniat, rei diffinita.

2. Pars
capitis.

C. Sed quoniam alia coniuncta &c. In hac secunda parte tradit Arist. quæ rōne possimus à diuisis, ad coniuncta, & è contra, à coniunctis ad diuisa argumentari, idque præstat ad ductis in medium quibusdam theorematibus. Prius tamen, licitum esse hoc modo argumentari, sic confirmat. Consequentia hæc, fortes est animal, & bipes, ergo fortes est animal bipes. optima est, sicut & hæc alia, fortes est homo, & albus, igitur fortes est homo albus. E contra etiã hoc argumentandi genus accommo datum non esse hoc alio pacto demonstrat, propositis nimirum pluribus argumentationibus, in quibus processus à diuisis ad coniuncta, vitiosus est, minus enim recte inferitur, primum, Petrus est futor, & est bonus, ergo Petrus est futor, bonus: deinde fortes, est homo albus & albus, igitur fortes est homo albus, albus: adhæc, fortes est fortes, & homo ergo Sortes, est fortes homo, ac tandem fortes est homo, & bipes, igitur fortes est homo bipes. Vnde cum in his argumentationibus, à diuisis ad coniuncta progredi vitiosum esse, cuiuslibet sit apertum, satis, ac manifestum consequens fieri videtur, non licere semper argumenti à diuisis ad coniuncta. Iam vero his argumentis pro vtraque parte huius questionis effectis tradit in eius explicatio. nem hæc theoremata.

3. pars
capitis.

D. Eorum igitur que dicuntur &c. Primum. Quando attributa enuntiationum, accidentario prædicantur de subiecto, nequam licet à diuisis ad coniuncta progredi, quemadmodum non recte inferimus, Petrus est albus & musicus, ergo Petrus est albus musicus, quia esse album, & musicum, accidentario & prædicantur de Petro, & inter se inuicem yniun-

tur. Nec recte iterum argumentamur, Petrus est futor, & est bonus, igitur Petrus est futor bonus, accidunt namque Petro hæc duo, esse nempe bonum, & futorem & coniu guntur præterea hæc inter se accidētaria ratione, minime enim necesse est, vt qui est futor sit etiam bonus vel è contra, qui est bonus, futor existat. Diximus autem quando attributa accidentario prædicantur, alioquin enim si vnum solum prædicetur secundum accidens & alterum secundum essentiam, recte inferre poterimus, à diuisis ad cōiuncta, sicut recte colimus, Petrus est homo, & albus, ergo Petrus est homo albus, eoque attributum illud dumtaxat, nimirum esse album, accidētario de Petro prædicatur.

r. Theo.

Secun.
theo. cir
ca idem.

E. Arque etiam vnum quiddam &c. Secundum theorema. Quando attributa sunt inter se affecta, vt vnum illorum sit inclusum in ratione alterius, non bene argumentari possumus à diuisis ad coniuncta, quemadmodum quia animal est inclusum in ratione hominis, non recte argumentaremur, Petrus est homo, & est animal: ergo Petrus est homo animal: & præterea quia bipes est inclusum in ratione hominis, vitiose colligeremus, Socrates est homo, & bipes, ergo Socrates, est homo bipes.

F. Vere autem de eo &c. Quæ tradita sunt theoremata qua ratione à diuisis ad coniuncta progredi possimus ostendunt quomodo vero à conuerso à coniunctis ad diuisa procedendum sit, hoc iam explicat Arist. videtur enim id fieri posse, nam recte colligitur Socrates est homo albus, igitur Socrates est homo, & Socrates est albus. Cæterum quia quæuis in huiusmodi argumentatione ita liceat colligere, non tamen id ipsum in omnibus alijs licitum est, ideo ad di



ad discernendum in quibus id possit, & in quibus non possit fieri, hæc alia theorematum proponit. Primum in his verbis.

Pri. theo. rem. circa secū. *G. Tumque id falsum est, &c.* Quando attributa quæ prædicantur de aliquo subiecto repugnant inter se, nõ licet argumentari à coniunctis ad diuisa, vt quia hæc duo attributa, esse hominem, & esse mortuum, inter se repugnant, non recte colligere mus, Socrates est homo, mortuus: ergo Socrates est homo, & est mortuus.

Secun. theo. circa idem. *H. Si similitale, &c.* Secūdu theorema. Quando attributa ita ad inuicem afficiuntur, vt vnum efferatur de subiecto ratione alterius, non recte argumentabimur à coniunctis ad diuisa. Quemadmodum quia esse magnum conuenit Aristot. ratione Philosophiæ, & non ratione corporis non recte colligimus Aristot. fuit magnus & Philosophus, ergo Aristot.

fuit magnus: & quia Homero conuenit esse ratione poetis non recte inferre possumus Homerus est Poeta, ergo Homerus est. Vnde concludendum erit (inquit Arist.) tunc temporis effelicium argumentari à diuisis ad coniuncta, vel è conuerso, quando attributa primo & per se conueniunt, ac ratione sui subiecto, minus ratio colligendi nulla omnino erit.

I. Namque nulla sunt, &c. Ex his inquit Arist. colligenda erit solutio cuiusdam argumēti à veteribus propositi, quo nitebam ostendere ipsū non ens esse. Non ens est opinabile, vel intelligibile, ergo nõ ens est. Argumentatio enim hæc nihil penitus colligit, nam non enti non competit esse ratione sui, sed tantum ratione opinabilis, & ita non recte colligimus non ens est opinabile, ergo nõ ens est, quia argumentamur à coniunctis ad diuisa.

Soluit quoddam argum.

DE ENUNTIATIONIBUS MODIFICATIS. Cap. 3.

ARGUMENTVM CAP.

Agit de enuntiationibus modificatis, in quarum tractatione duo explicat, & oppositionem, & mutuam consequentiam, primoque de oppositione, & deinde de consecutione, multa de his aduersus veteres proponens.

COMMENTARIA.

A His autem expositis, &c. Agitur iam Arist. de modificatis enuntiationibus.

quarum tractationem merito tractationi enuntiationum simplicium, & absolutarum postposuit vt pote quæ compositiores sint illis, & posteriores, cum illarum expositione cognitionem, vt exacte cognoscantur, nam modificatæ enuntiationes ex simplicibus, & modo constituantur, sicut hæc, necesse est hominem esse animal. Modus diffinitur vox indicans quo pacto attributū subie

Quid sit
modus.

subiecto conueniat, sicut, bene, v. g. accurate, & alij fere inueneri, vt omnia aduerbia qualitatis: quamuis hæc tantum quatuor in hoc loco proponat Arist. scilicet possibile, contingens, impossibile, necesse, qui quidem deseruiunt syllogismis, cuiuslibetque enuntiationis, veritatē vel falsitatem metiuntur. Suscipit vero in hoc cap. harum modificatarum enuntiationum, tum oppositionem, tum etiam & mutuam earūdem ad inuicem consequentiam, explicandam, ipsarum reciprocatōē ad lib. priorum tractandam reiciēs.

I. parsca
pitis.

B. *Quam enim vim habeant, &c.* Dubium (inquit Arist.) est qua ratione affectæ sint enuntiationes modificatæ inter sese, quo ad oppositionem, & consequentiam, quæ inter eas versantur, rogatque imprimis à quo desumatur in ipsis affirmatio, & negatio, num à verbo, vel à modo potius: Pro vtraque autem quæstionis huius parte argū. connectēs, primū argumento à simili petito confirmat ex verbo petendam esse. Eadē est ratio propositionum modificatarum, quæ ceterarum aliarum modo nullo constantium: at quælibet alię enuntiationes sunt aientes, vel negantes, ratione verbi: ergo & propositiones modificatæ etiam erunt aientes, & negantes à verbo & non à modo. Confirmatur assumptio adductis exemplis de omni genere enuntiationum simplicium, huius enim in primis, est homo, negatio est, non est homo, non vero illa, est nō homo: huius deinde affirmationis tertii adiacētis, est homo albus, hæc censetur negatio, non est homo albus, non autem hæc alia, est homo non albus.

C. *Nam si de omni re, &c.* Illius affirmationis, est homo albus, nullo modo censeri negationem hanc, est homo non albus, sed illam, nō est ho-

mo albus, hoc pacto (parenthesim interponens) demonstrat. Enuntiationes contradicentes hoc modo inter se afficiuntur, vt si vna vere dicatur de aliqua re, alia falso de eadem efferatur: at hæc, est albus homo, falso dicitur de ligno albo: ergo hæc, est homo non albus, vere dicitur de ligno albo, quod falsum esse cuiuslibet apertum est. Consequentia patet, quia si de quouis affirmatio, aut negatio vere dici debet, de ligno vere affirmabitur esse ipsum hominem nō album, quod per absurdum est. Nec in his tantum propositionibus in quibus verbum, est, continetur extat hoc verum, sed & in iis etiam quæ ex verbo adiectiuo cōstant idē verum inuenitur, velut in his contingit, homo ambulat, homo nō ambulat, in quibus negatio à verbo postulatur, & nō à subiecto: nam si ita dicamus, non homo ambulat, nequaquam propositio ista negans erit, sed aiēs potius subiecti infiniti.

D. *Si inquam ita res se habet, &c.* Cōcludit Arist. quod si affirmatio, & negatio in simplicibus enuntiationibus non ex subiecto, & attributo, sed ex verbo affirmato aut negato sumuntur, etiam & in modificatis, erunt eadem non ex modo, sed ex verbo desumendæ.

E. *Atqui res & fieri & non fieri, &c.* Pro alia parte quæst. propositæ hoc alio vtitur argumento ducente ad incommodum, confirmās in his modificatis enuntiationibus, peti debere affirmationem, & negationem à modo ipso. Si in his propositionibus attendantur affirmatio, & negatio, penes verbum, fiet dari duas cōtradicentes simul veras: hoc inuoluit repugnantiam: igitur in huiusmodi enuntiationibus affirmatio, & negatio ex modo potius petētur quam ex verbo, esto quod in aliis simplicibus multo aliter contingat.

Vyy Pro-

Propositionem ita probat, Hæ duæ enuntiationes, possibile est Petrum ire, possibile est Petrum non ire, sūt modificatæ, & contradicentes; at vtræque illæ extstunt veræ, petitis à verbo affirmatione, & negatione, Petrus enim ea pollet vi, & facultate, vt & ire, & non ire possit, possibile autem indifferens est ad esse, & non esse: iã ergo si in his enuntiationibus negatio, & affirmatio petantur à verbo, potius quam à modo, sequetur esse duas cõtradicentes simul veras.

F Nam ex his quæ dicta sunt, &c. Infert iam Arist. ex dictis, enuntiationes modificatas contradicentes existere de eodem simul veras, quod in conueniens est, vel (vt hoc absurdū vitetur) hauriendam esse in ipsis affirmationem & negationem ex modo, ita vt negatio cõiungatur in eis semper cum modo, sit exemplum huius affirmationis, possibile est Petrum ire, hæc iudicatur negatio nõ possibile est Petrum ire.

G Eadem ratio eius quod &c. Id ipsum prorsus de reliquis modis sentiendum esse docet, quod de modo exposito, possibile, explicatum superest, scilicet in enuntiationibus quæ ex ipsis constituuntur, vt sint negantes adhiberi semper debere negationem ipsi modo.

H Vt in illis est, & non est, &c. **2. Arg.** Confirmat iterum Arist. id quod de modificatis propositionibus tradidit, vt in enuntiationibus simplicibus quæcunque illæ sint, verbum est, & non est, est attributum, nomina autem, vt homo, & albus obtinent locum subiecti: ita in enuntiationibus modificatis verba esse, vel non esse, sunt subiectum: at modus scilicet possibile, contingens, impossibile, & necesse, sunt attributa: sed in simplicibus enuntiationibus, quia verbum est, vel non est, definiiebãt & explicabant quid verum, & quid

falsum esset, ab illis sumebantur affirmatio, & negatio & ex consequenti (quæ ex his oritur) oppositio, ergo etiam cū in modificatis, modi sint qui definiūt verum, vel falsum (modi enim respectu verbi esse, vel non esse, habent se vt forma respectu materiæ) ab illis sumenda erunt affirmatio, & negatio, sicque propter modos fiet oppositio. Vnde illæ modificatæ erunt oppositæ, quarum modi erunt oppositi, eaque ratione opponentur enuntiationes inter se, quæ & modi adinuicem opponuntur.

I Huius autem potest non fieri, &c. Illustrat Arist. nonnullis exemplis quod de enuntiationibus modi possibile, & impossibile, & necesse, proposuit, quod de enuntiationibus modi contingens minime præstitit, idque ex eo quia modus cõtin. modo possibile æqui valet. Assignat autẽ exẽpla in quibus esse siue dictū negatur, primūque de modo possibile, huius affirmatio nis (v. g.) possibile non esse, nequaquam censetur negatio hæc non possibile esse, sed ista alia non possibile non esse: rursumque huius alterius affirmationis possibile est esse, hæc exilit negatio non possibile est esse, & non hæc alia possibile est nõ esse.

K Quo circa quod fieri potest, &c. Colligit ex his duas itas modificatas, possibile est esse, & possibile est non esse, nequaquam opponi ad modū affirmationis, & negationis, nec enim inter se pugnant ac proinde nullum est in conueniens si veræ sint simul. quemadmodum supra ostendimus, hæc namque veræ sunt, possibile est Petrum ire, possibile est Petrum non ire: potius ergo has contrarias esse constituit possibile est esse, & non possibile est esse, in prima namque affirmatur modus, in secunda autem negatur, ob idque nequæunt esse simul veræ.

L Eodem modo de his, &c. Idem probat

Consec.

Ob

Op
mo
ter
pr
eis

bat Arist. propositis in exemplum a-
liorum modorum enuntiationibus,
impossibile nempe, & necesse quas
demonstrat ita se affectas esse de-
bere, vt inter se contrariae sint quod
in altera illarum modus negari de-
beat, in altera autem affirmari. Iux-
ta quod hæc inter se opponuntur, im-
possibile est esse, nõ impossibile est
esse, rursusq. necesse est esse, & nõ ne-
cesse est esse. Consulat qui voluerit
de aliis exemplis Arist. textum, in
quo aperte satis illa ab ipso propo-
nuntur.

Obfer. M. *In summa est & non est poni, &c.*
Concludit Arist. in enuntiationibus
modificatis negantibus, vel affirmã-
tibus, verbum est, vel non est, poni
loco subiecti, modos autem qui effi-
ciunt affirmationem & negationem
loco attributi collocari. Vnde fit et-
iam consequens (vt ipsemet ait) ex
modificatis enuntiationibus, illas
fore oppositas quarum modi erant
oppositi, & repugnantes cum affir-
matio & negatio, quæ reperiri debent
in oppositione, petantur in eiusmo-
di enuntiationibus ex ipsis modis.

N. *In quibus potest & non potest, &c.*
Hic notè interpres modos enun-
tiationum explicat verba ista contin-
git, & alia, sed nos facilius per nomi-
na explicabimus. Docet igitur Arist.
hos modos opponi inter se si illis
preponatur negatio, vt possibile,
non possibile: contingens, non con-
tingens, impossibile, non impossi-
bile, necesse, non necesse. Vbi obseruã-
dam est hos quatuor modos oppo-
ni inter se omnibus generibus oppo-
sitionis, nam modus necesse, & im-
possibile, sunt contrarij, habent e-
nim se, vt notè, omnis, & null: dein
de modus possibile, & possibile nõ,
existunt modi subcontrarij, nam ha-
bent se vt notè istæ quidam, & qui-
dam nõ, mox modus necesse, & pos-
sibile, sunt contradiçentes, afficiun-

tur enim inter se eo modo quo om-
nis, & quidam non: rum modus pos-
sibile & impossibile, etiam censetur
contradiçentes, eadem namque
intercedit inter huncvtrumque mo-
dum habitudo, quæ inter has notas,
quidam, & nullus. Denique modus
necesse, & possibile, tum etiam im-
possibile, & possibile non, sunt
subalterni.

O. *Verum & non verum, &c.* Hoc lo-
co aperte docet Arist. præter quatuor
modos propositos determinãtes cõ-
positionem attributi cum subiecto,
esse alios plures, vt per se, per acci-
dens, verum, & falsum, sed quatuor
illorum meminit Arist. ob causas iã
superius explicatas, ex aliis vero
quatuor modis, per se, reuocat ad ne-
cesse, & modum per accidens, ad cõ-
tingens.

P. *Atque consequentia quæ hinc, &c.* 3. pars.
Cum oppositionem modificatarũ
enuntiationum accurate satis expli-
carit, iam ad consequentiam siue æ-
qui pollentiam earundem explican-
dam accedit, in qua tradenda cõsul-
to nullum perscripsit certum rerum
terminum, vt liceat vnicuique in
quavis materia has enuntiationes
cõficere. Tradit vero primo loco ea-
rum æquipollentiam iuxta veterũ
opinionem, quam quidẽ penes par-
tem reprehendit, sicque suam de æ-
qui pollentia sententiam colligit.

Q. *Ei enim quod fieri potest, &c.* Doce-
bant primum veteres Philosophi, e-
nuntiationes eiusdem ordinis, ex
quatuor illis iam superius pro-
positis, æquipollere sibi inui-
cem, vnamque ex alia sequi, vt e-
nuntiationem modi possibilis, affir-
mati modi, & verbi, cuiusmodi est
hæc, possibile est Petrum ire, æqui-
pollere enuntiationi modi contin-
gentis, modi etiam, & verbi affirma-
ti, vt contingens est Petrum ire: cũ
etiã enuntiationẽ modi impossi-
-

Consec.
Oppo.
mo. in-
ter se
pæpo.
eis neg.

le modi negati, & verbi affirmati, vt non impossibile est Petrum ire, tum enuntiationem modi necesse, modi negati, & verbi affirmati, vt non necesse est Petrum ire, hęc enim tres æquipollent illi priori, possibile est Petrum ire.

2. Dict.

R. *Ex eo vero quod potest non fieri, &c.* Docebant etiam in secundo ordine enuntiationi modi possibili modi affirmati, & verbi negati, vt, possibile est Petrum non ire, æquiuale e enuntiationem modi contingens, verbi negati, & modi affirmati, vt contingens est Petrum non ire, tum etiam & enuntiationem modi impossibile, modi, & verbi negati, vt non impossibile est Petrum non ire, tū etiam enuntiationem modi necesse, modi, & verbi negati, vt non necesse est Petrum non ire, hęc enim tres æquipollent illi priori, possibile est Petrum non ire.

3. Dict.

S. *Ex eo etiam quod fieri non potest, &c.* Docebant rursus enuntiationi modi possibile, modi negati, & verbi affirmati, in tertio ordine, vt non possibile est Petrum ire, æquiuale tum enuntiationem modi contingens, modi negati, & verbi affirmati, vt non contingens est Petrum ire, tum enuntiationem modi impossibile modi pariter, ac verbi affirmati, vt impossibile est Petrum ire, tum enuntiationem modi necesse, modi affirmati, & verbi negati, vt necesse est Petrum non ire, hęc enim tres æquipollent illi priori non possibile est Petrum ire.

4. Dict.

T. *Consequentia etiam sunt, &c.* Alse- rebant demum, enuntiationi modi- ficatæ modi possibile in quarto ordine, quæ est modi, & verbi negati, vt non possibile est Petrum non ire, tum enuntiationem modi cōtin- gens, modi etiam & verbi negati, vt non contingens, modi etiam & ver- bi negati, vt non contingens est Pe-

trum non ire, tum enuntiationem modi impossibiles, modi affirmati & verbi negati vt impossibile est Pe- trum non ire.

V. *Quod igitur impossibile est, &c.* Do- cet Arist. ex ordinibus a veteribus positus, quod attinet ad modos possi- bile, contingens, & impossibile, recte se habere, quia in his modis ex affirmatione vnus recte sequitur ne- gatio alterius, nam ex hac affirma- tione modi impossibile, scilicet in- possibile est Petrum ire, recte sequi- tur negatio modi impossibile & con- tingens: nimirum non possibile est Petrum ire, & non contingens est Pe- trum ire, tum ex hac negatione mo- di impossibile, scilicet non impossi- bile est Petrum ire, recte sequitur af- firmatio modi, possibile, & contin- gens, scilicet possibile, & contingens est Petrum ire. Idem etiam verum est de modis possibile, & contingens, comparatis cum hoc alio modo, nō impossibile, nam si illi affirmantur hic negatur, & si illi negantur, hic affirmatur.

X. *Se d quam affectionem habet, &c.* Do- cet Arist. veteres errasse in enuntia- tionibus modi necesse, ordinis ama- bitis & edentuli, quia hæ non æqui- pollent cum aliis, licet enim in his reperiantur veræ contrariæ enun- tiationes, non tamen cōtradictentes, nam hæc modi necesse, scilicet neces- se est Petrum non ire, quæ est in Il- iace, æquipollent huic modi possibi- le negati, scilicet non possibile est Pe- trum ire, sed huius affirmationis ne- cesse est Petrum non ire, non illa ne- gatio neque ei contradicit hæc, non necesse est Petrum non ire, quia hæc duæ possunt esse (vt Arist. ait) si- mul veræ, nam de hyrcocero verū est dicere simul, necesse est hircocer- uum non esse, & nō necesse est hir- coceruum esse, non igitur erunt con- tradictentes, cū sint simul veræ, sed illæ

Quo ad
quid re-
cte Vet.
sensit.

Quo ad
quid er-
rarint.

Re-
cau-
err-

A
co
ve
P

illę erunt contradicentes, necesse est Petrum non ire, & non necesse est Petrum non ire.

Reddit. *Y Cum autem enuntiationes, &c.* Reddit causam Aristi cur enuntiationes modi necesse, non sequantur ex modo impossibile: quemadmodum enuntiationes modi impossibile, inferebantur ex modis possibile, & contingens. Et est hæc, scilicet quia modus possibile, & contingens, cum modo impossibile, ita se habent, vt contrarie opponantur, scilicet præposita negatione, vt supra diximus, sique ex affirmatione modi possibile, & contingens, sequitur negatio modi impossibile, & proinde æquipollent: at vero modus impossibile, & necesse, in primo, & secundo ordine Veterum, non æquipollent quia idem valent, sed opposito modo respectu verbi, scilicet, postposita negatione, hoc modo, impossibile est esse, ergo necesse est non esse, tum contra necesse est esse, ergo impossibile est non esse. Adde etiam has, impossibile est non esse, ergo necesse est esse, tum contra necesse est esse, ergo impossibile est non esse. Vnde non æquivalent enuntiationes modi necesse, & impossibile in ordinibus veterum, qui ita sunt disponendi, in primo enuntiatione modi necesse, sit modi, & verbi negati, vt non necesse est Petrum non ire, in enuntiatione vero modi necesse, secundi ordinis, tantum modus negetur, vt non necesse est Petrum ire.

Arguit contra veteres Primo. *Z An autem fieri non possit, &c.* Iā Aristi argu. vrgente ad incommodū probat contra veteres, ad modum possibile in primo ordine, non sequi non necesse esse hoc modo. Si non necesse esse, sequitur ex possibili, ergo, sequitur vt necesse esse, sit idem quod non necesse esse: sed hoc est absurdum: igitur non necesse esse, non colligetur ex possibili. Con-

sequentiam propositionis argu. Sōrite probat Aristi. hoc pacto. Quod necesse est, possibile est, alioquin enim fieret illud esse impossibile, iuxta illud axioma (vt Aristi. ait) de omni re vera est affirmatio, vel negatio. Nūc ita colligit. Si non sequitur possibile, ergo sequetur impossibile, fiet igitur ab vltimo ad primū, vt quod impossibile est, necesse sit esse, quo nihil est absurdius.

Aa *Atqui ex eo quod potest esse, &c.* Iam. Si ex necesse sequatur possibile, aliud absurdum colligit Aristi. in hūc modum. Si ex necesse sequitur possibile, vt constat ex superiori argum. quia quod necesse est esse impossibile est vt sit, & ex possibili sequitur non esse impossibile, ex non impossibili sequetur id quod necesse est esse, ergo ab vltimo ad primū ex eo quod necesse est esse, sequitur non necesse esse, quod est per absurdum. Fit igitur exploratum. ex modo possibili in primo ordine, non sequi modum negatum non necesse esse.

Bb *Nec ex eo quidem quod potest esse, &c.* Post explosum veterum ordinē quærit iam, si non necesse non sequitur ex possibili, cum modus necesse, quadrifariā (vt alij modi) cum verbo cōiūgatur, qui modus ex aliis tribus scilicet, necesse esse, necesse non esse, non necesse nō esse, sequatur modum possibile: Probat que non sequi modos necesse esse, nec necesse non esse, nam possibile, ex eo quod possibile est, in vtramque partem cadere potest, quia & esse, & non esse potest, at modus necesse esse, solū est verus, in his quæ nequeunt aliter se habere, cum necessario sint, tum modus, necesse non est esse, solum est verus in iis quæ nullo modo esse possunt, cum necessario non sint in rerum natura, ergo à sufficienti diuisione, modum

dum possibile, in primo ordine, sequetur tantum modus (non necesse non) vt huic possibile est Petrum non ire.

Cc. Nam de eo etiam quod necessarium, &c. Quod probatur à sufficienti diuisione, scilicet non necesse non equi pollere modo possibile, confirmat duobus argum. Primum est. Quia hoc modo vitamus absurdum in quod iacurrerunt veteres, nam, nō necesse non sequitur ad omne possibile, siue possibile dictum sit de necessario, scilicet si hoc necesse est esse, ergo possibile est esse, siue possibile dictum sit de contingenti ad vtrumque, vt hoc possibile est esse, ergo non necesse est non esse.

Dd. Atque etiam hec ipsa, repugnat, &c. Secundum. Ex negatione modi possibile, vt nō possibile est esse, sequitur, necesse non, vt necesse est non esse, huic autem cōtradicit, hec alia, non necesse est non esse, ergo ex affirmatione modi possibile, scilicet possibile est esse, sequitur non necesse non, vt non necesse est non esse, quæ est contradicens illius necesse est non esse. Concluditque Arist. his ita constitutis, nihil repugnans contineri in ordinibus veterum. Sed rogabis cur cum veteres etiam in secundo ordine errarent, Arist. non correxit illum, docens qualis ille esse debeat enuntiationū necesse in secundo ordine. Respon. id prætermisisse quia cum tertius, & quartus ordo recte dispositi sint, & primus iuxta ea quæ docuit Arist. affirmet enuntiationem modi necesse secundi ordinis, in qua modus & verbum negabatur, necesse sit enuntiationem modi necesse primi ordinis, in qua modus tantum negatur, & verbum affirmatur, ponendam esse in secundo ordine, loco illius quam sustulimus.

Dubita. Ee. Num autem ex eo quod necesse est,

&c. Dubitat Arist. an verū sit quod supra, vt certum & exploratū sumperat, scilicet ad modum necesse se qui modum possibile, & vtramque partem probat, ac primum partem negantem fere eodem argumēto sit praeposito, quod sic se habet. Si ad necesse esse, non est consequens possibile esse, erit consequens eius contradicens, scilicet non possibile esse, vel si quis asserat hanc non esse contradicentem erit illa alia, possibile non esse: sed tam non possibile esse, quam possibile non esse, falsa sunt de eo quod necesse est esse, nā quod necessarium est, certo est, at quod vel non possibile est, vel possibile non est, nunquam certo erit, ergo hæc duo non possibile esse, & possibile non esse, non sequuntur ex necesse esse, cū eius naturam destruar, & nihil inferatur ex eo cuius naturā destruit.

Ff. At contra idem videtur, &c. Alteram questionis partem, scilicet ad necesse esse, non sequi possibile esse, ita probat, quod possibile est hanc habere naturam vt possit esse & non esse: sed quod est necessarium, non est indifferens ad vtrumque cum solum possit esse, non vero non esse, ergo ad necesse non sequitur possibile.

Gg. Illud igitur perspicuum est, &c. Ad profligandam hanc questionem diuidit Arist. potentiam, vbi obseruandum est primum ex 5. Metaphy. cap. 12. potentiam nihil aliud esse quam principium operationis, vel esse, vt potentia ad ambulandum, est solū potentia ad operationē ambulandi, potentia vero vt sit homo, vel lapis, est potētia ad esse. Potentia igitur à qua deducitur possibile, alia est rationis particeps (& vt hic recte obseruat Alexander agit de potentia hominum) quæ agit cum consilio & electione, & potest ad opposita tam

2. Pars
quæst.

2. Pars
quæst.

Diuisio
potent.

contra-

contrarie, quam contradictorie, vt Medicus libere agit, sicque & potest curare, & non curare, tum etiam potest agere contrarie, id est, vel salutaria, vel mortifera adhibere remedia. Alia est expertis rationis, quæ sine consilio agit, & est duplex alia agens, vt calor ignis, vel frigus aque; alia vero patiens ad recipiendum, vt potentia lapidis, vel ligni ad recipiendum calorem, vel frigus. Ex potentis rationis expertibus agentes, si sint rerum inanimatarum, sunt difinitæ ad vnum, neque possunt agere contraria, vt ignis, & aqua, nequeunt non calefacere, aut refrigerare, si vero sint rerum animatarum, (vt acute hic obseruat Ammonius, & Magentinus) non semper sunt difinitæ ad vnum cum canis possit latrare, & non latrare, quia visiones siue phantasmata sibi obiecta sequitur. patientes vero sunt indefinitæ, cum contraria possint recipere, & si nõ simul, nam lignum vel lapis potentiam habent ad recipiendum calorem, & frigus.

Hh *Quod dixi propterea quod, &c.* Docet Aristot. non omnem potentiam aptam esse ad recipienda contraria, neque eas omnes quæ sunt eiusdem generis, scilicet omnes potentias rationis expertes, quia ex his tantum patientes id habent.

Ii *Sunt vero ipse facultates, &c.* Potentiæ inquit Aristot. siue facultates homonymæ sunt, quia nõ vno modo, sed multipliciter dicuntur: possibile enim quod à potentia deriuatur, aliud est quod dicitur de eo quod iam actu est, vt de eo qui ambulat, vel actu est, dicimus eum possibile esse ambulare, vel esse. Quod primum possibile deducitur ab ea potentia quæ dicitur à Dialecticis potentia quæ est simul cum actu, vel potentia Logica, vt continuum posse diuidi in infinitum, vel poten-

tia mathematica, vt lineam posse efficere quadratum, quarum quælibet appellat potentiam per non repugnantiæ, quia dicere eum qui actu ambulat, vel est, possibile esse ambulare, vel esse, nihil aliud est, quam affirmare non repugnare illi ambulare, vel esse, nam si repugnaret illud non actu haberet: aliud est possibile quod futurum est, & adhuc non est in rerum natura, sed esse potest, vt possibile est eum qui sedet, vel cubat, ambulare, & hoc secundum possibile deriuatur à potentia, quæ vocant Dialectici potentiam includentem secum priuationem actus, & licet non habeant actum, habent tamen principium actus, vt possibile est Petrum sedentem ambulare, quia habet principium ambulationis. Quidam has potentias vocant homonymas illas vero scilicet participes, vel expertes rationis, agentes, vel patientes vocant synonymas.

Kk *Atque hæc quidem vis, &c.* Ponit discrimen inter has potentias, ex eo quod hæc secunda, siue possibile secundum, solum in corporeis, ac mutabilibus rebus reperitur: vero illa prima, & possibile primum, non in mutabilibus solum, sed & in necessariis etiam rebus locum habeat, nam dicimus possibile est omnem hominem esse animal, vere enim id quod iam actu est, possibile esse animus primo modo possibilis.

Ergo quo hoc modo potest, &c. iam ex distinctione proposita satis facit Aristot. quæstioni docens primum possibile, vere sequi ex necessario, nam si hominem necesse est esse animal, ergo possibile est esse animal, id est, nõ repugnat illi esse animal. Id confirmat hoc argu. Ex parte, scilicet specie, licet genus colligere, vt si homo est, ergo animal est: igitur etiam ex necessario, accurate colligi poterit possi-

Dissoluit Dubitatio.

possibile, licet non omne sed solum secundum.

Ll *Ita quemadmodum & parte, &c.* Est caute animaduertamus hinc minime sequi possibile esse genus ad primum illud, & secundum possibile, quod proposuimus: quod haud dubie ipsi Arist. repugnat, docenti supra potentias, siue facultates esse homonymas, sicq. nullo modo possibile erit genus. Docet vero esse genus improprie, quia quemadmodum genus sequitur speciem, ita possibile sua homonymia, quodammodo, & improprie, sequitur ad sua significata.

Mm. *Ac fortasse quod necessarium est &c.* Non dubitans, sed cum modestia, & candore veterum ordines reiiciens ad uerbo isto fortasse usus est Arist. quos quidem corrigit, quo ad rationem originis, & naturam, docens in illis primo loco esse connumerandum modum necesse, cum hic sit quasi fons, & causa, ob quam cetera sint vel non sint, ex quo spectari debet quae ratione alij modi & qui polleant. Deinde secundo loco modus possibile, tertio contingens, ac demum quarto modus impossibile erit recensendus.

1. Arg. *Nn* *Sigitur priora sunt, &c.* Idem probat duabus rationibus. Prima, Aeterna priora sunt caducis: at necessaria sunt eterna, & possibile sunt caduca, ergo modus necesse prior est modo possibile.

2. Arg. *Oo* *Eriam actus vi & facultate, &c.* Secundum. Omnis actus, est prior natura ipsa potentia: sed necessarium est ueluti actus, & possibile ueluti potentia, ab ea enim deriuatur, ergo modus necesse priorem sibi vendicat locum quam modus possibile.

3. Arg. Addimus & nos tertiam. Quia necessarium se habet ut pars quare cum pars sit prior suo toto, modus necesse prior erit modo possibile.

Pp *Atque alia, &c.* Tandem triplex ait esse genus rerum, nam alia sunt tantum actus simplices, ita ut nihil habeant potentiam, cum nihil habeant materiae, quae potentiae responderet, ut substantiae primae: alia sunt res quae ex actu, & potentia simul coalescunt, quae nec fuerunt, nec erunt seper, sed esse, & non esse possunt, in quibus quidem actus prior natura est ipsa potentia, quia ex actu, id est ex forma, habet res perfectius esse, imo est esse absolute, est quae actus in quae omnes suas actiones natura dirigit: at potentia est prior tempore res poterunt esse quam actu sint huiusmodi sunt omnes res corruptibiles. Alia tandem sunt quae solam habent potentiam nunquam tamen actu erunt, qualia sunt impossibilia, ut continuum, vel numerum diuidi, aut multiplicari in infinitum. Ex qua rerum diuisione, sic uolebat concludere Arist. Enuntiationes modificatae horum ordinum sic sunt naturaliter disponenda, sicut res ex quibus constant: sed ex hoc triplici rerum genere necessariae quae explicentur modo necesse, sunt priores quia semper sunt, mox sequuntur possibile, quae & esse, & non esse possunt (sub quibus contingentes complectitur Arist.) denique sequuntur impossibiles, ergo modi in his ordinibus ita erunt disponendi ut prior sit necesse, secundum possibile, tertius contingens: quartus impossibile. Deinde uero ordines etiam sunt transmutandi ita ut inter illos primus sit purpurea, secundus Iliace, tertius edentuli, quartus & ultimus Amabimus. Haec omnia schematibus quibusdam propositis facilius multo, & apertius intelliguntur, quae ne orationis seriem inter turbaremus omissimus in commentarijs illa in scholijs tradituri.

Diuisio rerum.

Digressio de propositionibus modificatis.

Quamuis multa de modificatis enuntiationibus tradiderit Aristoteles, nonnulla tamen alia erunt addenda quibus apertius multo, naturam harum propositionum perspectam habere possimus, maxime vero ea quæ spectant ad æquivalentiam, & contrarietatem ipsarum, nam de reciprocatone 1. lib. prio. cum Aristotele, luculenter satis disputabimus. Agut de hac re M. Sotus & Mercado 3. li. Summularum cap. 6. Titelmanus 3. lib. Dialectic. à cap. 21. vsque ad finem illius lib. M. Iustinianus lib. 4. institutu. à cap. 9. vsque ad 14. Modificata igitur propositio illa est, quæ aliquo modo constat, vel in qua non tantum attributum subiecto inesse exprimitur, verum etiam modus quo illi conveniat declaratur, ut hæc propositio, homo necessario est animal, est modificata, nam non tantum in ipsa animal homini convenire ostendimus, verum etiam modum quo illi conveniat indicamus, nimirum necessario. Modi autem constituentes enuntiationes modificatas apud Dialecticos sunt hi quatuor. Necessesse, Impossibile, Possibile, vel contingens, & possibile non, ex quibus duo priores necessesse, & impossibile constituunt propositiones uniuersas, illud aientem, hoc autem (impossibile nempe) negantem: duo vero alij posteriores, possibile scilicet, seu contingens, & possibile non, componunt enuntiationes particulares, possibile seu contingens, particularem aientem, at vero possibile non, particularem negantem.

Tradendæ iam sunt quædam regulæ circa modos istos, quibus ipsorum oppositio luce clarius explica-

tur. Prima. Necessesse, & impossibile opponuntur contrarie, vel aduersæ. Ita que duæ istæ enuntiationes, vna modi necessesse (v. g.) necessesse est hominem esse animal, altera modi impossibile, nempe, impossibile est hominem esse animal, opponuntur aduersæ. Confirmatur, Docuimus supra enuntiationes uniuersas, vnam aientem, & alteram negantem, opponi sibi inuicem contrarie: atqui duo hi modi necessesse, & impossibile, componunt enuntiationes uniuersas, impossibile negantem, necessesse vero affirmantem: opponuntur igitur hi modi inter se contrarie.

Secunda. Possibile seu contingens (quæ pro eodem sumuntur) & possibile non, sub aduersæ, vel sub contrarie sibi aduersantur. Vnde hæ duæ, possibile est hominem esse candidum, non possibile est hominem esse candidum, erunt sub aduersæ. Ratio est quia enuntiationes sub aduersæ sunt duæ oppositæ enuntiationes, ambæ notis particularibus affectæ: atqui superest demonstratum possibile, & possibile non, constituere particulares enuntiationes, possibile aientem, possibile non, negantem: hi igitur duo modi opponuntur sub aduersæ.

Tertia. Necessesse, & possibile non, tum etiam impossibile, & possibile, opponuntur contradictonie. Confirmatur. Vniuersa affirmans, & particularis negans, ut explicatum dedimus, sunt enuntiationes contradictonie: atqui modus necessesse constituit uniuersam aientem, & possibile non, particularem negantem, & possibile non, particularem negantem, & possibile vero particularem aientem, ut admonuimus: ita ergo inter hosce modos erit oppositio con-

1. Rego

1. Rego

3. Rego


rio contradictoria; atque ita hæ erunt enuntiatiões contradicentes necesse est hominem esse animal, non possibile est hominem esse animal: sicuti & hæ aliæ, impossibile est hominem esse candidum, possibile est hominem esse candidum.

1. Reg.

Quarta regula. Necesse, & possibile, impossibileque ac possibile non, sunt subalternæ velut hæ, necesse est hominem esse animal, possibile est hominem esse animal, sicut & hæ aliæ, impossibile est hominem esse lapidem, non possibile est hominẽ

esse lapidem. Confirma. Vniuersa affirmans, & particularis affirmans, & vniuersa negans, ac particularis etiã negans, sunt subalterne: diximus autem necesse conlittere vniuersam aientem, possibile vero particularẽ etiam aientem: & e contra modum impossibile, componere enuntiationem vniuersam negantem, ac possibile non, particularẽ negantem: erunt igitur huiusmodi enuntiationes subalternæ. Verum hanc oppositionem in Schemate sequenti possumus intueri.

Schema.

Quid
æquiva.

Æquivalentia (quam alij Ysodina
amiam, concordia, vel equipollẽ
tiam dicunt) nihil est aliud, quam
tanta similitudo inter propolitiõ
nes, penes earum notas, affirmatio
nem, & negationem, veritatem, & fal
sitate, vt quamuis verbis discre
pent, sensu tamen eadem esse videã
tur. De hac igitur modificatarum
concordia mutuoque consensu, age
re in hoc loco institimus, quod vt
facilius præstemus erunt nonnulla
animaduertenda. Primum in enun
tiationibus modificatis tria reperi

r. obser

ri, dictum, verbum, & modũ. Distũ
in enuntiatione censetur pars illa,
quæ constat verbo infinito, vna cũ
nominibus, modus vero quilibet ex
nuper à nobis assignatis: verbũ au
tem, copula illa, qua media dictum
cum modo connectitur expressa per
verbum substantiuum indicantis
modi, ac temporis præsentis. Sit exẽ
plum. In hac enuntiatione, leonem
esse fortem est possibile, prima illa
particula, leonem esse fortem, appellatur
dictum, tertia vero possibile, est mo
dus, secunda autem, inter ytrasque
inter

2. Ob-
seruat.

interiecta, scilicet est verbum nuncu-
patur. Obseruat. est iterum, quatuor
esse à dialecticis adiuuentas voces
explicandæ modificatarum enuntia-
tionum æquipollentiæ, deseruien-
tes. Hæ sunt *Amabimus, Edentuli, Lilia-
ce, & Purpurea*, quarum singule ex 4.
syllab. colli. singulis correspondēt
modis, prima modo possibile, secū-
da modo contingēs, tertia modo im-
possibile, & quarta modo necesse. Iā
ex quatuor vocalibus, quæ in singu-
les hæc vocibus reperiuntur, A sci-
licet, E, I, & V, prima A, denotat enū-
tiationem sibi correspondentem esse
se modi, & dicti aientis, v, esse econ-
tra vtriusque modi, & dicti, negati,
E, esse dicti negati, & modi affirma-
ti, I, denique, esse è conuerso, modi
negati, & dicti affirmati. Erunt ita-
que A, & V, contrariæ, E, autem & I,
erunt etiam inter se pugnantēs eo
modo quo supra dedimus declaratum
quarum vim his, carminibus
veteres dialectici optime expressere.
*Destruit, V, totum, sed A, confirmat
utrumque.*

*Destruit, E dictum, destruit, I, quoque
modum.*

4. Reg.

Tradamus iam regulam huic in-
stituto necessariam. Omnes enuntia-
tiones contentæ sub eadem voce vt
ambimus v. g. aut *edentuli*, sunt æ-
quivalentes. Confirmatur. Aequiva-
lentiæ enuntiationum modificatarū
desumi debet à modis, ita plane, vt
illæ censentur æquivalentes, qua-
rum modi sunt æquivalentes, ac è
contra: at omnes modi eiūdem vo-
cis æquivalent sibi mutuo, vt in *a-
mabimus* possibile, contingens, nō
impossibile, non necesse non: igitur
omnes enuntiationes quæ sub eadē
voce continebuntur erunt æquiva-
lentes. Quare hæc omnes enuntiatio-
nes sibi inuicem æquivalent.

Possible est quendam hominem esse
animal.

Contingens est quendam hominem
esse animal.

Quendam hominem esse animal nō
est impossibile.

Quendam hominem non esse ani-
mal non est necesse.

Ceterum animaduertendum est
quando tres priores enuntiationes
in aliqua ex his vocibus, nota parti-
culari affectu sunt, vltimam debere
affici nota vniuersa, eā scilicet quæ
est modi necesse. vt in proposito e-
xemplo, vltima sic proferenda est,
quendam hominem non esse omne
animal non est necesse, alioquin e-
nim darentur in eadem voce tres
priores enuntiationes veræ, & vlti-
ma falsa quod minime fieri debet.

Ad extremum ex enuntiationibus
modificatis, quædam sunt diuisæ,
aliæ autem compositæ. Diuisæ sūt
illæ, in quibus modus comprehendi-
tur intra partes dicti, cuiusmodi est
hæc, hominem possibile est esse ani-
mal: compositæ autem dicuntur eæ,
in quibus modus extra partes dicti
post verbum collocatur, id genus est
hæc, hominem esse animal est possi-
bile. Quæ penes hoc distinguuntur,
quod enuntiatio modificata consti-
tuta ex terminis contrariis, si fuerit
diuisa, est vera, sin autem composita,
est falsa, quemadmodum hæc en-
untiatio, quæ est diuisa, albū pos-
sibile est esse nigrum, est vera, indi-
cat namque rem affectam albedine,
illa euanescente posse affici nigredi-
ne quod quidem omnino verū est:
hæc vero altera composita, album
esse nigrum est possibile, iudicatur
falsa, indicat enim, album etiam dū
album est, posse affici nigredine,
quod falsissimum est. Huius rei
hæc assignatur ratio, nimirum quod
enun-

1. obser.

2. Obser-
uatio.

Ultima
Obser-
uat.

ad id.

enuntiatio diuisa separat vnum cō-
trarium ab alio in eodem subiecto,
cōposita vero, contraria ipsa in vno
eodemque subiecto coniungit, con-
traria autem bene quidem diuidi,
nequaquam tamen in eodem subie-
cto simul coniungi possunt. Illud tā-
dem animaduertendum erit, possi-
bile, duobus modis sumi posse pri-
mo, pro eo quod potest esse, & non
esse, fieri, & non fieri, qua ratione di-
cimus Iacobū deambulare, esse pos-
sibile, quia potest de ambulare, & nō
deambulare: Secundo pro eo quod
potest esse, quamuis non possit non
esse, qua ratione a sermo solē sin-
gulis diebus, oriri, & interire, esse
possibile, qui tamen non potest nō
ita oriri, aut interire: itaque in his
propositionibus modi ficatis, nō su-

mitur possibile primo modo, vt po-
test esse, & non esse, sed secundo, vt
denotat tantum id quod potesse, iā
contingens, non sumitur, vt deno-
tat naturam ad vtrumlibet indeter-
minatam, & indifferentem, qua rati-
one à philosophis vsurpatur, sed
vt denotat idem quod possibile, vel
quod potest esse, in hac siquidem si-
gnificatione à dialecticis in hac dis-
putatione accipitur, quod poterat
facile à nobis hoc loco confirmari,
nisi Arist. absque ambagibus hæc ea-
dem in cap. nos docuisset. De modi-
ficatis igitur hæc dicta sint satis, nā
reliqua quæ hic proponi poterant,
cum in primis dialecticæ rudimen-
tis tyronibus tradi soleant, non est
cur anobis hoc loco iterum repetan-
tur.

CAP. Q V A R T V M.

In quo quædam quæstio declarantur.

ARGVMENTVM CAP.

Quæstionem illam, num affirma-
tioni opponatur affirmatio con-
trarij attributi, vel negatio eiusdem
luculenter disputat in hoc ca. Arist.
in quo ex propria sententia docet op-
poni negationem eiusdem, non au-
tem affirmatio, contrarij attributi.

COMMENTARIA.

A *Verum autem affirmationi negatio-
ni, &c.* Disputaturus Arist. in hoc vl-
timo cap. aduersus Antistenicos,
qui nullum terminum contrarietatis
affirmationi adhibentes, tam ne-
gationem quam affirmationem ad-
uersari credebant, statim in eius ini-

tio quærit an affirmatio. *veræ*, hui
(v. g.) omnis homo est iustus, vel
Callias est doctus, opponatur nega-
tio eiusdem attributi, vt omnis ho-
mo non est iustus, vel Callias est in-
doctus.

B *Si enim sensa animi imitatur ora-
tio, &c.* Priusquam propositam q. ex-
plicet, obseruat, eam esse pertractan-
dam in notionibus animi, quia vo-
ces, vt initio lib. 1. dicebamus, sūt
signa, & notæ, notionum animi: vn-
de si in notionibus, affirmationi ve-
ræ, contraria est affirmatio attributi
contrarij, & non negatio eiusdem
attributi, etiam experimento com-
perietur, in enuntiationibus quæ
ex vo-

Nunciat
fir. veræ
opponat.
naga. e.
ius attr.

Quæ
in ser-

quæ ex vocibus constituuntur, affirmationi verè affirmationem eius demmet attribu. contrariam esse, & non negationem.

Quæst. inserta.

C *Quæ igitur opinio & sententia &c.* Inferit rursus aliam quæstionem, antequam præcipuæ, ac prius propositæ satis faciat, num scilicet opinioni veræ semel imbibitæ, vt huic exempli causa, bonum est bonum, magis contraria sit, quæ attributū istud negat, nimirum, bonum non esse bonum, quam hæc alia quæ illius attributi contrarium affirmat, bonum, nempe esse malum. Cuius quidem explicationi hæc præmittit doctrinam, rationi scilicet consonū non esse, eas enuntiationes contrarias indicare, quæ ex contrariis componuntur terminis, quod idem de sententiis illis profitetur, quæ de extremis contrariis interdum haberi consueverunt, hæc namque duæ sententiæ, bonum, scilicet, est bonum, & malum est malum, nequaquam existunt inter sese contrariæ, quantum uis illarum extrema bonum videlicet, & malum, cōtraria inter se sint, hoc ipsum etiam est de enuntiationibus dicendum. Et quod nec sententiæ, nec enuntiationes huiusmodi, sibi inuicem contrariæ sint, in hunc modum demonstrat. Contraria nequæunt esse simul vera: atqui tam duæ sententiæ, quam duæ enuntiationes eius generis, cuius docuimus existunt simul veræ, simul enim verum est, virtutem esse bonum, & vitium esse malum, ergo non erunt duæ huiusmodi opiniones vel enuntiationes inter se oppositæ.

Quæst. inserta.

D *Eadem fortassis atque adeo vera est, &c.* Huic insertæ quæstioni satis faciens, hæc inquit opiniones, bonum est bonum, & malum est malum, vna sunt, & eadem opinio, non plures: nam si ego existimo, bonum esse bonum, necessario etiam fateri de

bebo, malum esse malum, & è contra, vnde cum duæ illæ sint vniuersæ rationis, & iudicii, vna & simplex opinio, & non plures censentur. Quia vero dictum istud, nouū crediturq. difficile nonnullis videri poterat, proinde non absolute illud protulit, sed hisce verbis vsus est *eadem fortassis atque vera est sine multa sint sine vna* Subiungit autem Arist. non eo modo contrariari sibi inuicem enuntiationes, quo notiones, seu opiniones inter se opponuntur, nam hæc quia alio, & alio modo capiuntur inter se oppositæ sunt: illæ vero quia contrario nomine opponuntur, id est quia mutuo se destruant quales sunt, affirmatio, & negatio, eiusdem attributi de eodē subiecto, inter se contrariantur.

D *Quod si vna sententia de bono.* Confirmat iam Arist. (ad priorem quæstionem regrediens) non vna, aut altera sed pluribus coaceruatis rationibus, affirmationi veræ, multo magis repugnate negationem eiusdem attributi, quæ enuntiationē attributi contrarij. Prima est, Si huic affirmationi veræ, bonum est bonum, non magis repugnat hæc negatio, bonū nō est bonū, quā quæuis alia falsa contraria illi, & repugnans, sequetur aperte vni enuntiationi, cōplures alias esse cōtrarias: atqui vni vnum tantum contrarium esse potest: ergo affirmationi veræ, magis repugnabit negatio eiusdem attributi, quam quæuis alia repugnare possit. Cōfirmatur propositio quia huic propositæ veræ affirmationi, bonum est bonum, repugnant ex parte attributi, quam plures falsæ infinitæ, ac incertæ, vt Arist. ait, tam scilicet illæ quæ affirmant conuenire bono quæ minime competunt, vt esse malum, turpe, nefarium, & cætera huiusmodi, quæ illæ etiā quæ a bono denegantur, & quæ illi propria

Affir. magis contra esse attri eius nega. quæ contra. affir. cōm fir. Primo.

Nunciat fir. veræ opponat. naga. e. ius attr.

pria sunt sicut bonum non esse utile, decorum, honestum, & reliqua id genus: quare vni enuntiationi plures haud dubie opponerentur quod absurdissimum est.

Secun.

E *Sed ea demum statuenda sunt contraria, &c.* Secunda, illae enuntiationes debent contrariæ contrariæ, maxime que inter se disidentes, in quibus animo concipiendis prima & maxima inest erroris, ac deceptionis causa: at affirmatio & negatio eiusdem attributi sunt huiusmodi: hæc igitur primo & maxime, a se inuicem distabunt. Confirmat Aristot. assumptionem in hunc modum. Ex eisdem extremis generantur in nostris mentibus errores, & deceptiones, ex quibus nonnulla monstra in rerum natura oriuntur: sed omnium rerum ortus sit inter extrema disparata, scilicet inter esse, & non esse: ergo etiam generatio opinionum, & fallaciarum, fiet inter hæc eadem extrema scilicet esse, & non esse: at affirmatio & negatio in generatione opinionum respondent esse, & non esse, in ortu rerum: quemadmodum ergo esse, & non esse, primo, & maxime inter se repugnant, ita affirmatio & negatio quæ illis respondent, primo & maxime a se inuicem distabunt.

Tertio.

F *Si igitur bonum bonum est, &c.* Tertia. Hæc duæ enuntiationes sunt veræ, bonum scilicet est bonum, & bonum non est malum: & prior est vera per se, secunda per accidens, ob idque prior illa verior existit quam hæc posterior, quia quod per se est tale, magis est tale: iterumque duæ istæ sunt falsæ, bonum non est bonum, & bonum est malum, & prior est magis falsa, quia per se est falsa, posterior vero minus falsa, quia per accidens dumtaxat falsa est: at vero per se magis opponitur falsum per se, quam falsum per accidens: nam igitur

huic affirmationi, bonum est bonum, cum sit vera per se, multo magis contraria erit hæc negatio eiusdem attributi, bonum non est bonum, quæ est falsa per se, quam hæc affirmatio attributi contrarij, bonum est malum, quæ per accidens dumtaxat falsa existit.

G *At is demum errat simul, &c.* Eos qui aliter sentiunt decipi ostendit, & nunc propositæ rationis assumptionem hac vnica ratione confirmat. Contraria sunt quæ sub eodem genere posita, plurimum differunt: sed plus differunt affirmatio, & negatio, eiusdem attributi, quam duæ affirmationes contrariorum attributorum: ergo magis proprie opponi dicemus affirmationem & negationem eiusdem attributi, quam opponantur quæuis aliæ enuntiationes.

H *illa autem altera qua bonum, &c.* Quarta ratio. Opinioni veræ simplicis, magis repugnat opinio falsa pariter, & simplex, quam repugnet falsa, & composita opinio: ergo huic simplicis veræ, bonum est bonum, magis repugnabit hæc negatio simplex falsa, bonum non est bonum, quam affirmatio attributi contrarij, bonum est malum, quam ostendit Aristot. esse compositam, quia qui dicit, bonum est malum, necessario fateatur oportet, bonum non esse bonum: illa enim prior hanc secundam sub se complectitur.

I *Tam vero si in ceteris omnibus, &c.* Quinta. Vera repugnantia debet in omnibus reperiri, & non in aliquibus tantum: sed negatio eiusdem attributi, est repugnantia in omnibus loca habens, nequaquam autem attributi contrarij affirmatio: magis igitur repugnabit affirmationi eiusdem attributi negatio, quam repugnet eidem contrarij attributi affirmatio. Confirmatur assumptione, quia

Confirmat.

Supra-
ti. rati.

Quarto

Quinto

Id
in
exp

quia de quavis re affirmatio, & negatio sibi inuicem opponuntur, cū tamen contrarij attributi affirmatio in aliquibus rebus locum nullo modo obtineat, vt in substantia v. g. & in quantitate, quæ carent contrariis in quibus eisdem cum aliqua repugnantia quælibet illa sit, denegari nõ debeat, nam si quis diceret substantia est, substantia nõ est, nemini dubium est, quin pugnantia loqueretur, sequitur aperte, magis inter se pugnare affirmationem, & negationem eiusdem attributi, quam affirmationem vnus attributi, & illius contrarij attributi affirmationem.

Ultimo. *Præterea eadem est ratio, &c.* Ultima ratio est. Hæ duæ enūtiationes sibi inuicem similes sunt, bonum est bonum, & nõ bonum, bonum non est nõ ambæ quippe veritatem continent: sed huic negationi non bonum non est bonum, minime videtur repugnare hæc affirmatio, non bonum, est malum, quia ambæ sunt veræ de vitio, de quo vere enuntiamus & esse non bonum, ac simul, esse malum: neque hæc alia, non bonum, non est malum, quia ambæ sunt veræ, in in fante recens nato, de quo simul verum est dicere, illum neque esse bonum, neque esse malum: quare illi enūtiationi, non bonum non est bonum, aduersabitur hæc, non bonum est bonum, cum hæc sit falsa, & illa vera: ad eandem igitur etiam modum huic affirmationi, bonum est bonum solum aduersabitur hæc negatio eiusdem attributi, bonum non est bonum.

Id ipsū in aliis explicat. *L. Perspicuum est nihil interesse, &c.* Ne quis crederet id quod hæctenus confirmauit in solis enūtiationibus verum esse, hinc ad id cōmorus, quia illarum tantum exempla adduxit: proinde nunc ostendit verum etiā id ipsum esse quod explicuit, in enūtiationibus quarum subiectum affi-

citur nota vniuersa, non quod equi ualeant indefinitis, sed quod argumenta adducta tam de indefinitis, quam de vniuersis enūtiationibus concludant. Sit exemplum. Huic veræ affirmationi vniuersæ, omne bonum est bonum, repugnat hæc negatio vniuersa eiusdem attributi, nullum bonum est bonum, non vero affirmatio attributi, cōtrarij, omne bonum est malum.

M. Et certe sententia &c. Ait Arif. sententiam illam iuxta quam asserimus, ipsum bonum esse bonum, si bonum vniuersè accipitur, eundem sensum fore habituram, quem hæc, quidquid est bonum, seu omne bonum, est bonum: hæc vero, bonum est bonum, & omne bonum, est bonum, nequaquam differunt quia vtraque vera est, & vtrique proprie repugnat eiusdem attributi negatio. Nec diuersa ratio est de his, alius, non bonum est non bonum, & omne non bonum est non bonum, quibus quidem sola negatio eiusdem attributi, aduersatur.

N. Quæ propter sita in his, &c. Concludit Arif. quod si vera sunt quæ de contrarietate dicta supersunt, in conceptionibus animi, ac opinionibus, & vera etiam ipsamet censenda erunt, in enūtiationibus, & orationibus, quæ vocibus exprimuntur, cum ab initio docuerimus orationem quæ ex vocibus constituitur, notionum animi interpretem esse. Itaque enūtiationibus his affirmatibus omne bonum est bonum, & omnis homo est bonus, contrarie opponentur hæc negationes vniuersæ, nullum bonum est bonum, & nullus homo est bonus: & contra dictorie hæc alia, quæ particularibus æquivalent, non omne bonum est bonum, non omnis homo est bonus.

O. Illud etiam perspicuum est, &c. Quia in sexta ratione hoc dictum sum pferat,

Conclu.

rat, veram scilicet enuntiationem, alia veræ contrariam non esse, id nunc explicat, tam in conceptionibus, & enuntiationibus, quam etiã in vocibus, in his namque omnibus veram nunquam inuenietur vero repugnare. Id quod hoc pacto demonstrat. Enuntiationes contrariæ, ex contrariis componuntur: at opposita vel si maius contraria, nequeunt simul vera esse: ergo vnum verum alij vero contrarium non erit, sed soli dumtaxat falso.

Scholia in cap. vlti.

Quamuis Ammoni⁹ & multi alij putent hoc cap. non esse Arist. sed ab aliquo posteriori Philosopho adiectum fuisse, communem tamen aliorum opinionem amplectentes, qui ipsum tamquam legitimum Arist. sectum agnoscunt, illud commentariis libuit illustrare. In quo nihil nobis animaduersione dignum visum fuit, præter illud vnũ, quod inquit, opiniones contrarias opponi secundum affirmationem, & negationem: etenim si hoc ita esset, fieret illas, opponi contradictorie, quia oppositio secundum affirmationem, & negationem, est contradictoria, quod sane admitti nulla ratione debet, cum opponantur secundum veritatem, & falsitatem, quæ non contradictorie, sed contrarie opponuntur. Huic tamen dubitationi Cardinalis Caic. accutissimus satisfacit, animaduertens, opiniones posse sumi tribus modis, primo vt sunt actiones quædam secundæ operationis intellectus, secundo ratione rei significatæ, & tertio vt res significatæ, in opinionibus splendent, aut representantur per eas. Reiecto primo modo quia nihil ad institutum spectat, cū

actiones intellectus inter se minime contrarientur. Si sumantur secundo modo, pro rebus ipsis representatis, opinio vera, & contrarie, & contradictorie, & priuatiue, opponitur falsæ: nam huic veræ opinioni. Socrates est videns, opponitur, contrariæ hæc, Socrates est luscus, cōtradictorie hæc altera, Socrates non est videns, & priuatiue hæc alia. Socrates est cæcus: nam visui contrarie opponitur, obscuritas quædam ipsis oculis affixa, contradictorie, non visus, & priuatiue, cæcitas. At si tertio, modo de opinionibus disputemus, sola oppositio cōtraria inter se pugnant, nam pugnant ea oppositio, quæ inter duo entia positiua reperitur (sunt enim duæ opiniones contrarie, entia positiua) certum autem est inter duo entia positiua, solã oppositioem contrariam reperiri (omnino relativam, quæ nihil ad præsens attinet institutum) nam contradictoria, & priuatiua inter entia, & nõ entia intercedunt, vt in post categoriis de hac re agentes docebamus. Igitur si ratione rei significatæ opiniones contemplantur, opponuntur secundum affirmationem, & negationem, & hac ratione intelligi debet Arist. Si vero vt representant res ipsas sumantur, sola oppositio contraria inter se, pugnant, vt hæc duæ opinionis, prima qua quis opinatur materiam primam esse puram potentiam, & altera qua alius sentit, habere aliquem actum, & ex consequenti non esse puram potentiam, contrarie tantum opponuntur, & non contradictorie, eomodo quo actus, & potentia (de quibus est opinio, quodnam ex illis conueniat materiæ primæ) contrarie opponuntur. De secundo igitur lib. de interpretatione hæc dicta fuerint satis.

C O M.

Dubitatio.

Solutio.
ex Caic.

COMMENTARIA

ria in duos libros de Priori analyfi.

EODEM R. P. F. DIDACO MASIO
Valent. Vilarealen. ordi. Prædicatorum autore.

Prolægomena operis.

PRIVS quam cõtexitum Arist. interpretandũ aggrediamur præfanda ducimus (vt de more habemus) aliquot prolægomena, de instituto, de materia subiecta, de diuisione, de genere scribendi, ac de titulo denique operis, quod auspiciandum instituimus.

Primum

Institutum quidem in hoc opere est agere de ratiocinatione, siue de syllogismo, eius partes proponere, & inuestigare quæ sint eius proprietates. Ex hoc absq. difficultate vlla quænam sit materia subiecta (in qua præsens opus versatur) indagare possumus, nam cum materia alicuius libri, ex eius instituto (vt sæpe admonuimus) peti debeat, institutumq. in hoc opere (vt diximus) sit de syllogismo disputare, manifestũ super est, materiam huiusce operis, esse syllogismum. In duos præterea libros opus hoc distribuitur, in quorum primo de ratione in primis conficiendi syllogismos, deinde de inuentione mediij verbi, tandemq. de analyfi, & resolutione syllogismorum,

Secun,

Terti.

ad modos perfectos disputat Arist. In secundo vero lib. de illorum proprietatibus, ac vitiis, quæ in cõstruendis ratiocinationibus sese possũt offerre differit luculẽter. Vtitur rursus Arist. subtili, & acroamatico dicendi genere in his libris explicandis, qui aliquando inscribuntur ab Arist. de syllogismo, seu ratiocinatione, vt i. lib. de demonf. cap. 3: interdum analytici, seu resolutorii, sumpta denominatione à postrema parte primi libri, in qua Arist. de resolutione syllogismorum accurate differit. Animaduertit tamen Alexãder quod si hanc posteriorem inscriptionem retineamus, addere debemus particulam *priori* ita vt sensus sit *lib de priori analyfi*, eo quod in illis agimus de syllogismo in communi, in reliquis vero differimus de demonstratione topicoq. & sophystico syllogismo quæ sunt species eiusdem, cumq. genus prius sit specie proinde hi libri de priori analyfi inscribentur aliis sequentibus præcipue qui de demonstratione differunt de posteriori resolutione inscriptis. tam hoc ordine libri hi inter reliquos

Quartũ
& quintũ
tom.

Sextum

lib. Dialecticos disponi debent, vt post ponantur lib. de interpretatione, libris vero de demonstratione præponantur. Huius ratio est, quia ordine naturæ partes priores sunt toto, genus autem suis speciebus, atq. ita cum syllogismus (cuius natura in hoc opere explicatur) &

totum quoddam sit, quod ex enuntiationibus (velut ex partibus) con-
Sextum,
furgit, & genus præterea, ad demonstrationem exultat, præcedere opus hoc debuerunt libri de enuntiatione, anteponi autem idipsum libris de demonstratione merito debuit.

DE QVIBVSDAM diffinitionibus & diui- sionibus. Cap. primum.

ARGVMENTVM CAP.

Explicat in primis suum præcipuum in toto hoc opere institutum: deinde principia & elementa futurae disputationis quid nempe & quotuplex sit propositio, & quomodo Dialectica à demonstratiua distinguatur: rursus aperit quid sit terminus, quid & quotuplex sit ratiocinatio: ac denique duo generalia principia dici de omni & dici de nullo in fine proponit.

COMMENTARIA.

Quæ ad nostrum institutum spectare videbantur breuiter explicatis, iam contextum Arist. aggrediamur. Statim in principio huius cap. proponit nobis institutum suum, aiens illud nullum aliud esse, quam de scientia demonstrandi disputare, quod præstat in libris sequentibus, ad quos hi libri velut in finē, & scopum sunt reuocandi. Ait præterea explicandum in primis esse, quid sit propositio, quid extremum, quid syllogismus, quænam sit ratiocinatio perfecta, & quænam imperfecta,

ac demum quid sit dici de omni, & quid dici de nullo, quæ omnia erūt succinte in hoc cap. proponenda. Quod ad primum ergo attinet propositionem Arist. sic definit.

A Est igitur propositio, &c. Propositio est oratio in qua aliquid de aliquo affirmatur, vel è cõtra, aliquid ab aliquo negatur, propositionis primi generis exemplum sit hæc, leo est fortis, secundi autē, hæc alia, homo non est leo. Sub qua diffinitione implicite proponitur prima diuisio enuntiationis, in aientem & negantē, è quibus aiens est ea in qua præcipuum verbum affirmatur, negans autem ea in qua præcipuū verbum negatur.

B Idque aut in toto, &c. Secunda diuisio. Enuntiatio quædam est vniuersa seu in toto, alia est particularis siue in parte, & alia indefinita. Prima illa nimirum vniuersa est cuius subiectum est vniuersum nota vniuersa affectū, vt hæc, omnis homo est animal: particularis vero cuius subiectum est vniuersum, affectum.

Qui sit oratio.

Etum tamen nota particulari, velut ita, quidam homo currit, indefinita denique ea est, cuius subiectum est etiam vniuersum, nulla tamen nota affectum, sicut hæc, homo est albus. Prætermittit autem Arist. enunciationem subiecti singularis, qualis est hæc, Socrates est homo, eo quod sit illa inepta ad conficiendos syllogismos, de quibus instituit in hoc lib. disputare,

3. Diui.

C *Eo autem differt, &c.* Tertia diui. Propositio quædam est Dialectica, vel topica, alia vero analytica, siue demonstratoria. Quæ duæ in primis distinguuntur, quia analytica, vnam solam quæstionis partem explicandam proponit, eam nimirum quæ necessaria est: topica autem tã partem aientem, quam negantẽ quæstionis exagitantam tradit. Differunt secundo, quia propositio analytica, semper, ac necessario est vera topica nihilominus, interdum falsa esse potest. Conueniunt tamen inter se, quia veræque conficiendis syllogismis deseruire aptæ sunt, parum enim refert, ex quibus propositionibus sint illi constituti, num ex necessariis, vel ex probabilibus, dum tamen sint in modo, & in figura illi ordinati.

D *Terminus vero id appello, &c.* Tradit iam Arist. definitionem termini, quæ huiusmodi est. Terminus est in quem propositio resoluitur, vt subiectum, vel attributum propositionis in quæ duo resoluenda est tandem qualibet propositio, termini merito dicuntur: velut hæc, homo est animal resoluenda est, in hominem velut subiectum, & in animal tanquam attributum, atq. ita, homo, & animal, illius termini dici poterunt.

E *Ratiocinatio vero est oratio, &c.* Propositis rationationis partibus tam maioribus quam minoribus, diffi-

nitiam Arist. ipsam rationationem in hæc verba. *Ratiocinatio est oratio in qua quibusdam positis aliud ab his quæ posita sunt necessario sequitur, etiam si nihil extrinsecus adhibeatur.* Quæ quidem definitio tres continet particulas, prima est oratio quæ professo particula locum obtinet generis, est enim oratio verum genus syllogismi, vt postmodum ostendemus. Secunda particula est aliud ab his quæ posita sunt necessario sequitur, id est in syllogismo præter præmissas quæ in eo collocantur, propositionem nimirum, & assumptionem, necessario inferitur conclusio: Ultima particula est etiam si nihil extrinsecus adhibeatur, quæ ita intelligi debet. In syllogismo ex vi, & natura propositionum, sequi debet conclusio, sine adminiculo, aut ope alterius propositionis extrinsecæ.

F *Perfectam vero, &c.* Constituta definitione rationationis, diuidit eam Arist. in perfectam, & in imperfectam. Perfecta dicitur ea, quæ colligit suam conclusionem, ex vi præmissarum, qualis est hæc rationationis, omnis arbor est substantia, omnis pirus est arbor, ergo omnis pirus est substantia. Imperfecta vero vocatur, quæ suam conclusionem infert in vi alterius extrinsecæ propositionis, non autem ex propria natura præmissarum, vt hæc Platonis, quæ demonstrabat omnem animam humanam esse immortalem. Quid quid sponte mouetur semper mouetur; atqui anima rationis particeps sponte mouetur: ergo anima rationis particeps immortalis est. Huius enim argumentationis conclusio non inferitur ex præmissis, nisi in vi huius alterius propositionis, omne quod per se, a sponte mouetur, est immortale.

G *Est autem res eadem, &c.* In vltima deniq. huius cap. parte tradit Arist. Duo ge-

Sextum.

Qui sit oratio.

quit sit termi.

quit sit ratioci.

Ratiocina. perfecta vna alia imperfecta.

sunt omnes syllogismi regulandi, Primum est dici de omni, quod deseruit propositionibus aientibus, alterum vero est dici de nullo quod vsui est propositionibus negantibus. Dicitur de omni tunc contingit quando nihil continetur sub aliquo subiecto, de quo non prædicatur attributum, vt euenit in hac propositione, omnis homo est animal, sub cuius subiecto nimirum, homine, ni-

hil prorsus continetur, de quo attributum scilicet animal non affirmatur. At dici de nullo est quando nihil sub subiecto continetur, a quo non remoueatur etiam attributum: est hoc apertum in hac propositione, nullus homo est arbor, in ea enim nihil sub homine, qui est subiectum contentum est, a quo arbor, quæ est attributum, non separetur.

DE RECIPROCA tione propositionum. Cap. secundum.

ARGUMENTVM CAP.

TRadit alia principia quibus medijs ratiocinationes imperfectæ ad perfectas quæ ant reuocari. Distribuit autem primum propositiones in eas quæ modo afficiuntur, & quæ eodẽ destitutæ sunt: rursus quo modo destitutæ recipiuntur ostendit, vniuersa negans cū negante tã vniuersa quam particularis affirmans cum particulari: particularis autem negans cum nulla alia: singulaq. suis rationibus confirmat.

COMMENTARIA.

Reciprocatio vel conuersio nihil est aliud, quam mutatio partiũ ipsius propositionis, ita vt ex subiecto fiat attributum, & e contra, ex attributo efficiatur subiectum, eadem semper qualitate propositionũ seruata, ita vt si vna fuerit aiens, etiam & altera aiens sit, & si vna ne-

gans extiterit etiam & altera negans existat. Diuiditur autem conuersio in eam quæ est ex toto, & eam quæ est ex parte. Prima illa est conuersio vnius propositionis vniuersæ, in aliam vniuersam: hæc vero secunda, est conuersio aut vnius particularis propositionis in aliam vniuersam, aut e contra vnius vniuersæ in aliam particularem enũtiationem. Animaduertit præterea Arist. variis modis posse propositionem diuidi.

A *At vero cum effatorum, &c.* Diuidit igitur propositionem primo, in simplicem, & modificatam, deinde in aientem, & negantem: ac tertio, in vniuersam, & particularem, quibus iam explicatis ad quædam theoremata tradenda progreditur ad reciprocationem intelligendam apprimè accommodata. Primum in his verbis,

1. theo. B *In effato, &c.* Propoſitio ait vniuerſa negans, in aliam vniuerſam negantem debet conuerti, velut hæc nulla voluptas eſt bona, conuertenda eſt in hanc, nullum bonum eſt voluptas.

Secun. C *In eoauteſt pronuntiatio, &c.* Secundum theoremata. Propoſitio vniuerſa aientem, conuertitur ex parte, in particularem aientem, quemadmodum hæc vniuerſa, omnis voluptas eſt bona, in hanc aliam particularem, aliquid bonum eſt voluptas.

Tertiū. D *Ex particularibus vero, &c.* Tertiū. Propoſitio particularis aientem reciprocare debet cum altera particulari etiam aiente, veluti hæc, quædam voluptas eſt bonum, reciprocatur cum hac alia, quoddam bonum eſt voluptas.

Quartū. E *In negantibus, &c.* Quartum. Propoſitio particularis negans minime reciprocatur cum particulari negante, ſicut hæc, quoddam animal non eſt homo, nequaquam reciprocatur cum hac alia, quidam homo non eſt animal, ſi enim vna ex his duabus cum altera reciprocaretur, fieret conſequeus, vt in legitima argumentatione, daretur antecedens verum, & conſequeus falſum, verum enim eſt quoddam animal non eſſe hominem, ex quo tamen antecedente falſo colligeretur ergo quidam homo non eſt animal.

Confir. 2. Theo. F *Principio igitur conſtituamus, &c.* In reliqua parte cap. quæ iam propoſuit theoremata ſigillatim confirmat, imprimisque primum hoc pacto. Si vniuerſa negans non eſſet conuertenda in vniuerſam negantem, darentur duæ contradicentes ſimul veræ: hoc autem fieri nullo modo poteſt: iam igitur propoſitio vniuerſa negans debet in aliam vniuerſam negantem conuerti. Propoſitio ſic oſtenditur. Sit hæc vniuerſa negans conuertenda, nullus lapis eſt animal, niſi illa conuertatur in hanc,

nullum animal eſt lapis, dabitur perfectio in optima argumentatione, antecedens verum, & conſequeus falſum, ex illa enim propoſitione tanquam ex antecedente, hoc ſolum recte inferri poteſt conſequeus, ergo nullum animal eſt lapis. Eſto igitur quod hoc ſit falſum contradicentis illius debet eſſe vera, aliquid animal eſt lapis, hæc rurfus cum hac alia particulari aiente reciprocetur, aliquis lapis eſt animal, quam veram etiam eſſe conſtituamus: at qui hæc eſt contradicentis illius vniuerſæ, nullus lapis eſt animal, quam veram eſſe, aſſerebamus: à primo igitur ad vltimum ſi vniuerſa negans in vniuerſam negantem non conuertatur, ſequetur dari duas contradicentes ambas ſimul veras.

G. At ſi dicas, &c. Utens eodem genere arg. hoc modo ſecundum theoremata oſtendit. Si vniuerſa aientem hæc (v. g.) omnis homo eſt animal, non conuerteretur in particularem aientem, vt in hanc aliquid animal eſt homo, duæ aduerſæ eſſent ſimul veræ, quod haud dubie eſt inconueniens: igitur aientem in particularem aientem debet conuerti. Antecedens hac ratione conprobatur. Si hæc non fuerit acōmo. conuerſio, ex illa propoſitione vniuerſa aiente, velut ex antecedente vero, hoc colligetur conſequeus falſum, ergo aliquid animal non eſt homo, cuius contradicentis hæc nimirum nullum animal eſt homo erit iudicanda vera: nunc iſtam in hanc aliam vniuerſam negantem iuxta primum theoremata conuertamus, nullus ſcilicet homo eſt animal: at hæc eſt aduerſa illius primæ propoſitionis vniuerſæ aientis veræ omnis homo eſt animal, ergo iā duæ enuntiationes aduerſæ erunt ſimul veræ.

I. Eſt autem eadem ratio, &c. Iam tertium theoremata hoc alio argu. demōſtrat.

strat. Si particularis aiens non bene reciprocaretur cum particulari aiente, sicut hæc, aliquis homo est animal, cum hæc alia, aliquod animal est homo, darentur itidem duæ contradicentes veræ, nam si hoc consequens ex prima illa propositione illatum, aliquod scilicet animal est homo, est falsum, eius igitur contradicens, nullum nimirum animal est homo vera propositio existimabitur; hæc rursus cõuertamus, primo theoremati insistentes, in istam vniuersam negantem nullus homo est animal: certe hæc contradicens illius primæ extat, quidam videlicet homo est animal, quæ etiam constituebatur vera: essent igitur duæ enun-

tiationes contradicentes ambæ simul veræ.

k *Ac fidias, &c.* Confirmat deniq. Arist. vltimum theorema eiusdem generis argumento, quo & alia confirmauit. Sequeretur enim ex antecedente vero, inferri consequens falsum, in accurata argumentatione. Sit exemplum. Quoddam animal non est homo, ergo quidam homo non est animal, in qua antecedens est verum, consequens vero falsum: iam ergo si particularis negans deberet conuerti, in particularem negantem, ex antecedente vero, colligeretur in legitima argumentatione consequens falsum: Confr. Vltim.

DE CONVER- sione modificatarum pro- positionum. Cap. tertium.

ARGVMENTVM CAP.

Ostendit propositiones modi necesse eodem modo cõuerti, atq. illas quæ modo desituuntur, sicut & propositiones etiam modi contingens si ille sumatur vt cõmunis modo necesse, & modo non necesse: quæ alioquin non eodem pacto quo illæ aliæ recipiuntur, redditq. rationem cur prius de ratiocinatione quam de demonstratione differuerit.

COMMENTARIA.

Modificatæ propositiones quædam sunt affectæ modo *necesse*,

aliæ modo *contingens*, de quibus omnibus qua ratione ad inuicem conuerti debeant quædam proponit Arist. theoremata, ex quibus quidè priora ad enuntiationes modo necesse constantes attinent, posteriora vero ad eas spectant quæ ex modo *contingens*, constituuntur. Est igitur primum.

A *Vniuersale enim negans, &c.* Propositio vniuersale negans, conuerti debet in aliam vniuersalem negantem, quemadmodum hæc propositio, necesse est nullum lapidè esse animal, in hanc aliam vniuersalem etiam negantem, 1. Theor. enunti. mo necesse,

gantem, neceſſe eſt, nullum animal eſſe lapidem. Hoc confir. eodem modo quo de ſimplicibus negantibus enuntiationibus in ſuperiori cap. confirmauerat. Si non eſſet huiusmodi conuerſio accurata, in eadem argumenta, eſſet antecedens verū neceſſe ſcilicet eſt nullum lapidem eſſe animal, & conſequens falſum, nimirum, ergo neceſſe eſt nullū animal eſſe lapidem. Vterius progredior. Conſequens hoc eſt falſum, iam igitur eius cōtradicens, contingens nempe eſt aliquod animal eſſe lapidem, vera erit, Nunc conuertatur hæc, in ſitam aliam particulare aientem, contingens eſt aliquem lapidē eſſe animal; atqui hæc eſt contradicens illius, primæ, neceſſe ſcilicet eſt nullum lapidē eſſe animal: iā itaq. duæ contradicentes ſimul de eodē veræ eſſent.

Secun.
theorē.

B *At ſe omne vel aliquod, &c.* Secun. theorema. Tam propoſitio vniuerſa aientis quam particularis etiā aientis, eſt in particularem aientem conuertenda velut hæc, neceſſe eſt omnē hominem eſſe animal, & hæc alia neceſſe eſt aliquem hominem eſſe animal, ambæ recipiuntur cū hac particulari aiente, neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem. Hanc eſſe exactam conuerſionem eodem genere argu. Ariſt. confirmat: quia ſi talis non eſſet, ad antecedens verum ſequeretur conſequens falſum earum ſcilicet conuertens iam propoſita, neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem. Hæc eſt falſa eius igitur cōtradicens, contingens eſt nullū animal eſſe hominem, cenſebitur vera: conuertamus ergo illam in hanc vniuerſam negantem, contingens eſt nullū hominē eſſe animal: conſtat autē aperte hanc aduerſari cuiilibet earum quas primo loco propoſuimus: iam igitur, cum & illæ ſint veræ & hæc etiam colligitur duas ad-

uerſas vel cōtrarias eſſe ſimul veras.

C *Negatio vero in parte, &c.* Tertium theorema. Particularis negans nulla ratione conuerti poteſt, velut hæc, neceſſe eſt aliquod animal non eſſe hominem, nequit conuerti in ſitam neceſſe eſt aliquem hominem non eſſe animal: ſi enim illa hoc modo conuertibilis eſſet, ad antecedens verum cuiusmodi eſt illa prima propoſitio, neceſſe eſt aliquod animal (vt leonem v. g.) non eſſe hominem inferretur illud conſequens, ergo neceſſe eſt, aliquem hominem non eſſe animal, quod haud dubie eſt falſum, quia omnis homo neceſſario eſt animal, hoc autem abſurdum eſt cuiilibet eſt compertum: iam itaque propoſitum theorema verum erit.

Tertiu
theorē.

D *At quod attinet ad cōtingentia, &c.* Explicuit hiſce theorematibus quo modo enuntiationes modificatæ modi neceſſe mutuo inter ſe reciproce hoc præſtito, iam ad id ipſum de aliis modificatis enuntiationibus modi cōtingens ostendendum hæc alia theoremata adducit. Prius tamen quam illa proponat, recenset varias nominis cōtingens ſignificationes, ne ipſius, homonymia & ambiguitate perturbari poſſimus. Prima (inquit) eſt qua id quod neceſſariū eſt explicat, ſecundum quam dicere conſueuimus hominem eſſe animal eſt contingens, id eſt neceſſarium: ſecunda autem eſt in qua id, quod actu eſt, quamuis minime neceſſariū ſit, declarat, iuxta quam aiunt, hominem eſſe album eſt contingens, quia quamuis actu ſit albus, non tamen neceſſario eſt albus. Tertia eſt in qua exprimit id quod eſſe, & non eſſe poteſt, & penes hanc hominem legere, contingens nuncupamus, etenim, & legere, & non legere, & currere, ac non currere aliquis pro ſua libera voluntate poteſt, eſtque hæc

Varie
nom. cō
tio. ſigni
fi.

propria, & germana vocis huius significatio. Quibus adductis significationibus, institutum suam profequitur, primumque ex huius secundi generis theorematibus, hisce verbis proponit.

1. Theo
rema,

E Sane in affirmantibus, &c. Propositiones vniuersę affirmantes, conuertendę sunt in particulares affirmantes, rursusque hęc si conuertendę sint, in alias particulares etiam affirmantes conuerti debent. Afferamus de singulis earum exempla. Hęc propositio vniuersa affirmans, contingit omnem hominem esse animal, reciprocę habet se ad hęc aliam particularem aientem, cōtingit aliquod animal esse hominem: ac præterea ista particularis affirmans, contingit aliquem hominem esse animal, mutuo affecta est (quo ad conuersionē) ad hanc aliam particularem aientē, contingit aliquod animal esse hominem. Ita pariter sicut & omnia superioris adducta theoremata, nunc propositum theoremata demonstrat. Quia alioquin ex antecedente vero, vt hac propositione exempli causa, contingit aliquem hominem esse animal, vel omnem hominem esse animal, colligeremus consequens falsum, sit illud contingit v. g. aliquod animal esse hominem. Si hoc consequens est falsum, debet illius contradicens nimirum, necesse est nullum animal esse hominem, esse verum, conuertitur nunc propositio ista simpliciter ad hunc modum, necesse est nullum hominem esse animal: certe hęc tam aduersa est illi vniuersę affirmanti contingit omnem hominem esse animal, quam alteri particulari affirmanti contradicat, contingit aliquē hominem esse animal: & tamen simul cum his vtrisque vera illa vi argumenti adducti conuincitur: iam itaque, duę aduersę, & duę cōtradictę res existent de eodem simul verę.

Secun.
E In negantibus vero, &c. Est iam secundum theoremata. Propositiones negantes, primi, & secundi modi cōtingentis, si fuerint vniuersę, conuertitur debent in propositiones negantes vt hęc duę cōtingens v. g. cōtingens est nullū lapidē esse hominē, ac rursus contingens est nullā vestē esse albam, cum his aliis hoc pacto reciprocantur, prima quidem cum hac, contingens est nullum hominē esse lapidem: secunda vero cū hac alia, contingens est nullum album esse vestem. Confirmatur theoremata quia si illud verum non esset, antecedenti vero quale est quælibet ex duabus illis prius adductis propositionibus, subsequeretur consequens falsum, vt vel hęc propositio, ex duabus illis posterius assignatis contingens (nimirum) est, nullum hominem esse lapidem, vel hęc altera, cōtingens scilicet est nullum album esse vestem. Cuius vtriusque propositionis contradicens est profecto vel ob eam solam causam vera existimanda, quia vtraque prædictarū constituitur esse falsa, primę quidē, necesse est aliquē hominē esse lapidē, alterius vero necesse est aliquod albū esse vestē: si hęc rursus conuertantur in has alias particulares aientes, scilicet necesse est aliquem lapidem esse hominem, necesse est aliquam vestem esse albam cum hęc & verę sint, vt argumentum effectum suadet, & illis duabus in principio propositis, scilicet contingens est nullum lapidem esse hominem, & cōtingens est nullam vestem esse albam, contradictorie opponantur, supererit certe confirmatum, duas propositiones contradicentes, esse de eodem simul veras. Subiungit autem Arist. propositionem particularem negantem in huiusmodi modis, nequaquam conuerti posse, sicuti de simplici enuntiatione demonstratum relinquitur

quitur in cap. superiori.

G At priuantes illa, &c. Tertium theoremata. Enuntiationes vniuersæ negantes modi cōtingens tertio modo accepti, nequæunt aliquo pacto cōverti, negātes vero particulares cōverti poterunt, quemadmodum infra cap. 12. & 16. ostendet vberius.

H In præsens id tantum, &c. Absluit Arist. præsens cap. satisfaciens tacite cuidam obiectioni. Poterat enim aliquis hoc pacto aduersus eum insurgere. Constitutum superest in superiori lib. enuntiationes modificatas appellari aientes, vel negantes, non à verbo, sed à modo negato, vel affirmato: non igitur recte hic constitutum est, hanc enuntiationem, cōtingens est nullum lapidem esse ho-

minem, esse enuntiationem negantem, cum in ea modus affirmetur. Huic dubitationi respon. huiusmodi enuntiationes modificatas, absolute sūptas, vocari affirmantes, vel negantes, à modo, quemadmodum simplices à verbo ipso denominantur negantes, vel affirmantes: attamen in reciprocaione earundem, affirmantes, aut negantes, ipsas constitui, non per modum, sed per verbū, conuersio namque efficitur penes verbum prout illud connectit subiectum cum attributo. His omnibus velut firmissimis fundamentis constitutis tractationem suam de rationatione à cap. sequenti vsque ad finem totius huius operis profequitur Arist.

CAP. Q V A R T V M.

De prima figura.

ARGUMENTVM CAP.

A Signat primum rationem, primæ figuræ, mediique ac extremorum diffinitiones adducit: proponit deinde, quatuor modos vtilis qui demonstrantur per duo illa principia dicende omni, & dicende nullo: tandemque recenset duo decim modos inutiles qui hoc ipso reiciuntur, quod iuxta illos nulla inferatur certa cōclusio.

COMMENTARIA.

R Atiocinationis tractationē aggre- diens Arist. eius diuersas figuris cæteris omnibus quæ circa illam

pertractaturus est præmittit, quas per singula cap. sequentia digestas tradit: primam vero earum in hoc cap. pertractat. Libuit autem nobis priusquam ad eius contextum explicandum accedamus, nonnulla breuiter ex iis quæ diffuse satis de huiusmodi figuris 6. li. nostrarum Dialecticarum institutionum docebamus, in memoriā reuocare, eo quod ea non parum, his quæ de ipsis hoc loco ab Arist. traduntur, exacte intelligendis, conducere posse arbitramur. Est primum argumentationem constare duplicis generis partibus, proximis scilicet, & remotis. Proxi-

ma sunt propositiones, ex quibus syllogismus coalescit, atque componit ut remota vero sunt termini in quos propositiones ipsæ, resoluuntur, qui quidem sunt tres, maius scilicet extremum, minus, ac medium verbum. Medium verbum est illud quod bis sumitur ante conclusionem maius extremum quod vna cum medio verbo in propositione vsurpatur, minus denique extremum, quod cum ipsomet medio verbo in assumptione collocatur. Secundum est inter has minores argumentationis partes, medium verbum, præcipuum, ac principem locum obtinere, quod in causa est, vt ex varia illius cum extremis maiori, & minori, conjunctione, ac dispositione, variæ etiam syllogismorum formæ, oriuntur. Nã si illud sumatur in propositione vt subiectum, è contra vero accipiatur, in assumptione iterum vt attributum, confurgit prima figura: quod si illud ipsum in vtraque præmissarum vsurpetur vt attributum secunda figura constituetur ac demum si illud idem collocetur in vtraque earundem sicuti subiectum, tertia figura remanebit composita. Ad exprimendas has figuras modosque qui in eis fiunt Petrus Hispanus ordi. Prædica. 1. vir de arte disserendi benemeritus quasdam voces excogitauit, quibus hæc omnia elegantissime explicantur: sunt autem Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipron, Celâtes, Dabitiss, Fapessmo, r, Fisesemorum. Hiq. attinent ad primam figuram, quatuor priores ad modo. perfectos, & alij ad imperfectos. Cæsare, Camestres, Festino, Baroco, qui secundæ figuræ vim, & naturam proponunt. Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison, qui tertiam figuram, illiusq. modos declinant. Posteriores Dialectici hos omnes modos rectissime his

carminibus expresserunt.

Tres variis reddit, variis medij ordo figuras.

Subiacet in prima medium, post dicitur apte.

Hoc in præmissa dicatur utraque secundæ.

Sed contra postremæ subiiciatur utraque.

Inde modos certos, cuiusuis] pone figura.

Præ Barbara, Celarēt, Darij, Ferio. Et baralep, celantes, dabitiss, fapessmo, frisesomo.

Cæsare, camestres, festino, baroco, secundæ.

Tertiæ erunt hi darapti, felapton, disamis.

Datisi, Bocardo, Ferison.

Sunt autem circa has voces nonnulla animaduertenda. In primis quatuor vocalium ex quibus singulæ illarum compositæ sunt hanc esse significationem, vt A significet propositionem vniuersam aientem, E, vniuersam negantem, I, particularem aientem, & O, particularem negantem. D. inde primam syllabam earundem denotare propositionem, secundam assumptionem, & tertiam conclusionem: quod si plures additæ inueniantur, ornatus gratia additæ illæ esse credendæ sunt. Ad hæc quilibet harum vocum sumit initium, ab vna ex his quatuor consonantibus, B. C. D. F. quæ indicant hunc ordinem esse obseruandum in reducendis tam modis aliarum figurarum, quam etiam modis imperfectis primæ figuræ, ad modos perfectos ipsius primæ figuræ, vt inspecta litera à qua incipit modus imperfectus, in quo aliquis syllogismus continetur, intelligatur statim, talem

4. obse.

i. mo
vtili
ius f

Sec
dus
den
ac.

V
mo,
tilis

talem syllogismum fore ad eum modum ex perfectis reuocandum, cuius eadem litera consonans est initialis. Denique hanc esse aliarum quatuor consonantium literarum, quæ medijs hisce dictionibus inseruntur vim, nimirum S. P. M. C. vt S. indicet propositionem significatam per vocalem sibi propinquirem fore conuertendam conuersione simplici, P. ex parte debere eandem conuerti: M. autem transmutandas esse propositiones, ita vt ex propositione fiat assumptio, & assumptio in locum propositionis subiiciatur; denique C. denotat syllogismum esse reuocandum medio argumento ad in commodum urgente.

Aequum est iam vt Arist. contextum explicandum aggrediamur. Illa igitur statuitur prima figura, iuxta quam medium verbum est in propositione subiectum, in assumptione autem attributum. Primus modus huius figuræ proponitur in his verbis.

Nam si. A. &c. Estque ille quando ex propositione vniuersa aiente, & assumptione vniuersa etiam aiente, infertur quoque conclusio vniuersa aiens sit exemplum *omne animal est substantia: omnis homo est animal: tam igitur omnis homo est substantia.* Explicatur autem modus iste hoc nomine *Barbara.*

Secundus eiusdem generis. *Eadem est ratio. &c.* Secundus modus est quando ex propositione vniuersa negante, assumptione autem vniuersa aiente, colligitur conclusio vniuersa negans, appellaturque modus hic *Celarens,* cuius hoc adduci potest exemplum. Nullum animal est arbor, omnis homo est animal, ergo nullus homo est arbor.

Vnus mo. inuulilis. *Quod si primum. &c.* Interponit nunc Arist. duos indirectos, siue imperfectos modos huius primæ figuræ. Primus est, quando assumptio est ne-

gans, ex qua in prima figura nihil concludi potest, alioquin darentur termini omni inesse, & nulli inesse. Explicemus vtrosque. Termini primi generis sunt, qui ita disponuntur, vt concludatur maius extremum de minori in argumentatione, cuius conclusio cum propositione est vniuersa affirmans, assumptio autem e contra est vniuersa negans. In hac argumentatione fiet hoc cuiuslibet perspicuum. *Omnis homo est animal: nullus equus est homo, ergo omnis equus est animal.* Termini secundi generis existimantur, quando alius collocatis terminis etiam infertur eodem modo conclusio negans. Constare id aperte poterit in hac argumentatione. *Omnis homo est animal: at qui nullus lapis est homo, ergo nullus lapis est animal.* Omnem vero argumentationem, in qua datur termini omni inesse, & nulli inesse esse vitiosam, hinc colligere licebit, quod in syllogismo conclusio debet esse certa, at quando dantur in ea huiusmodi termini nullam prorsus certitudinem continet, cum nunc aientem, interdum negantem propositionem concludamus.

Ne ratiocinatio quiddam. &c. Alter inuulilis modus est cum ambæ propositiones sunt negantes in prima figura, nequit enim aliquid ad eas sequi nisi minus admitteretur termini omni inesse, & nulli in esse: primi illi in hac argumentatione. Nulla linea est scientia: nulla medicina est linea, ergo omnis medicina est scientia: secundi vero in hac alia. Nulla linea est scientia: nulla vnitas est linea, ergo nulla vnitas est scientia.

Sit enim hoc. &c. Regreditur iam ad institutum, proponitur tertium modum, qui est quando ex propositione vniuersa aiente, & assumptione particulari etiam aiente, colligitur conclusio particularis aiens, vocatur

1079

1079

Alter mo inuulilis.

Tertio v ilismo dus.

4. obit.

turque. *Darij.* Eius hoc se offert exemplum. *Omne animal sentit: quidam leo est animal: quidam igitur leo sentit.*

Quar-
tus etiā
vti.

Et si nullum, B, &c. Quartus modus est cum ex propositione vniuersa negante, assumptione vero particulari aiente, infertur conclusio particularis negans, qui quidem *Ferio* nuncupatur, iuxta eum hoc connectere possumus argumentum. *Nullū animal est lapis: quidam homo est animal quidam igitur homo non est lapis.*

1. Nu-
ius figu.
inutiles.
modi,

Quod si minori extremo, &c. In ea tādē quæ superest ca. parte, duo decim recenset Arist. primæ huius figuræ inutiles modos. Primus est cū ambæ summptiones sunt vniuersæ negantes: secundus, cum propositio est vniuersa aiens, assumptio vero vniuersa negans: tertius, cum propositio est particularis, & assumptio vniuersa, ambæ tamen aientes: quartus quando propositio est particularis & assumptio vniuersa, vtraque tamen earum existit negans: quintus, cum propositio est particularis affirmans, ac assumptio vniuersa negans: sextus quando propositio est particula

ri negans, assumptio vniuersa affirmans: septimus, cum propositio est vniuersa affirmans, & assumptio particularis negans, octauus, cum propositio est vniuersa affirmans, & assumptio particularis negans: nonus cum ambæ summptiones sunt particulares aientes: decimus, cum ambæ sunt particulares negantes: vnde decimus, quando ambæ propositiones sunt particulares, prima aiens, secunda negans: duodecimus, ac postremus, quum propositio est negans, assumptio affirmans ambæ autem sunt particulares. Nulli quidem vsui sunt omnes hi enumerati modi, nihil enim colligunt in hac figura: qui tamen ad perfectos modos his duabus regulis accurate obseruatis reduci quæunt. Prima in hac figura ex duabus particularibus, vel prima saltim propositione speciali, nihil penitus sequitur: 2. in eadē figura ex duabus summptionibus negantibus, vel saltim secunda (assumptione nimirum) negante, nihil concludi posse.

DE SECUNDA FIGURA. Cap. quintum.

ARGVMENTVM CAP.

Aperit in primis huius figuræ rationem, mediæ etiā ac extremorum diffinitionem & collocationem: proponit iterū 4. modos vtilis quos eosdem per primam figuram confirmat, tres priores per reductionem & per incommodum: quartum autem solum per incommodum duodecim itidem inutiles modos penes quos

nulla certa conclusio inferri potest, vltimo loco refert.

COMMENTARIA.

Secunda syllogismorum figura cōstituitur illa in qua medium verbum est in vtraque propositione attributum, cuius, sicut & primæ quatuor

tuor existunt modi. Primus assignatur ab Arist. in hæc verba.

A Sane ubi extrema? &c. Primus inquit modus in hac figura est quando ad propositionem vniuersam negantem, & assumptionem vniuersam aientem, consequitur conclusio vniuersa negans, qui quidem, cesare, appellatur, vt in hoc syllogismo. *Nul-lū vitium est virtus, omnis sapientia est virtus, ergo nulla sapientia erit vitium.* Hoc ipsum præstat Arist. tribus vltis elementis M, nimirum, N, & X, per quorum primum, possumus, intelligere virtutem: per secundum vitium, ac denique per tertium, X, scilicet sapientiam.

B Rursus si M. in toto &c. Modus secundus qui *Camestre* dicitur est iuxta quem ex propositione vniuersa aiente, & assumptione vniuersa negante, inferimus conclusionem vniuersam negantem in hunc modum. *Omnis sapientia est virtus: at nullum vitium est virtus: iam ergo nullum vitium est sapientia.*

C Licet autem, &c. Confirmat Arist. argu. ducente ad in commodum, tã eam consequentiam quæ effecta est in *Cesare* quam eam quæ iuxta modum *Camestres* illata est, esse legitimã. Si quolibet istarum consequentiarum non esset legitima, in accurata argumenta, daretur antecedens verum, & consequens falsum. Sint tamen in *Cesare* propositio, & assumptio, & conclusio falsa, quæ huiusmodi erat, nulla sapientia est vitium. Tunc sic. Hæc propositio nunc assignata est falsa: igitur illius contradicens erit vera, aliqua sapientia est vitium: atqui hæc repugnat illi in qua diximus omnem sapientiam esse virtutem: iam itaque duæ enuntiationes repugnant, erunt ambæ simul veræ. Et apertius id ipsum præstare possumus in *Ferio*. si sumptahac propositione contradicente conclusio-

nis v. g. aliqua sapientia est vitium sumptaque iterum loco assumptionis propositione ita argumetemur. Nullum vitium est virtus, aliqua sapientia est vitium, ergo aliqua sapientia non est virtus. Hæc est legitima consequentia effecta in quarto modo primæ figuræ: igitur consequens est verum: atqui illud contradicit alteri propositioni quæ illata erat in argumento vt verã dabitur igitur duæ contradicentes ambæ simul veræ.

D Quod si omne, &c. Miscet Arist. duos modos inutilis prius quã perfectos modos prosequatur. Primus est, quando ambæ assumptiones sunt aientes, nam si ex duabus aientibus aliquid posset concludi daretur termini omni inesse, & nulli inesse, id est ex eadem mediocum extremis dispositione, concludendo vere maius de minori, in vna argumentatione colligeremus conclusionem aientem, & in alia negantem, quod maximum est vitium. Termini omni inesse sunt v. g. *substantia, animal, homo*, ex quibus connectamus in hunc modum argu. Omne animal est substantia, omnis homo est substantia: ergo omnis homo est animal. Terminos nulli inesse statuamus esse hos *substantia, animal, numerus* ex his hunc constituemus syllogismum. Omne animal est substantia: omnis numerus est substantia: ergo nullus numerus est animal.

E Neque item complexio, &c. Secundus modus inutilis est quando in secunda figura ambæ assumptiones sunt negantes, si enim in ea colligeretur aliquid ex duabus negantibus, darentur itidem termini omni inesse, & nulli inesse, primi vt *linea animal, homo* qui hunc componerent syllogismum. *Nullum animal est linea: nullus homo est linea: ergo omnis homo est animal.* Secundi autem statui possunt

sunt linea, animal, lapis, ex quibus hoc coalescit argu. *Nullum animal est linea: nullus lapis est linea; ergo nullus lapis est animal.*

Tertio.
perfect.
mo.

F. At vero ubi modum, &c. Tertius modus perfectus est *Festino* iuxta quem propositioni vniuersæ neganti, assumptioni particulari aienti: subsequitur conclusio particularis negans, vt in hoc argu. aperte constare poterit. Nullū vitium est virtus: aliqua sapientia est virtus: ergo aliqua sapientia non est vitium.

Quar-
tus mo-
du.

G. Rursus si M. Quartus modus est *Baroco* quando ex propositione vniuersa aiente, & assumptione particulari negante, inferitur conclusio particularis negans id apertum conspicitur in hoc argumento. *Omnis sapientia est virtus: aliquod vitium non est virtus: ergo aliquod vitium non est sapientia.*

Duode-
cim ali
inutiles
modi.

At ubi M &c. In reliqua parte cap. adducit Arist. alios duodecim ineptos modos huius secundæ figuræ iuxta quos nihil potest in ipsa cõcludi. Primus est, si ambæ summptiones extiterint vniuersæ aientes: 2. si ambæ è contra fuerint vniuersæ negantes: 3. si propositio fuerit particularis negans, & assumptio vniuersa aiens: 4. si propositio fuerit particularis affirmans, ac assumptio vniuersa negans: 5. si propositio & assumptio extiterint negantes illa quidem vniuersa, hæc vero particularis. 6. si eadem è conuerso fuerint aientes propositione itidem existente vniuersa, assumptione vero particulari: 7. si propositio & assumptio fuerint negantes, illa particularis, hæc vniuersa: 8. si tam propositio quam assumptio fuerint aientes particulari illa existente, hæc vero vniuersa: 9. si ambæ summptiones fuerint particulares aientes: 10. si vtræ quæ extiterint particulares negantes. 11. si existentibus vtriusq. parti-

cularibus propositio extiterit aiens & assumptio negans: 12. ac postremus si ambæ summptiones fuerint particulares hoc pacto quod propositio sit negans, & assumptio aiens. His omnibus inutilibus modis accommodantur duæ regulæ, vt vtiliter reddi queant. Prima ex duabus particularibus, vel propositione ad minus specialibus nihil in hac saltim figura sequi potest. Secunda vero ex duabus negantibus, nihil itidem in hac eadem figura colligi potest nisi existente dumtaxat altera ex præmissis aiente, & altera negante, vel è conuerso, altera negante, & prima aiente, conclusione autem semper, ac perpetuo negante. Sed vt hos modos velut inutiles missos facientes, ad quatuor perfectos huiusce figuræ modos, ad quos præcipue nostra tendit oratio, regrediamur, quo pacto illi ad quatuor primæ figuræ perfectos modos reuocandi fuerint ita sigillatim explicamus. Primus modus huius figuræ qui est *Cesare* ad secundum primæ qui est *Celarent* reuocatur propositione illius in totum conuersa, ad hunc modum, *Nulla virtus est vitium omnis sapientia est virtus: igitur nulla sapientia erit vitium.* Secundus eiusdem modus, qui est *camestres*, etiam est ad eundem secundum primæ figuræ modum hoc modo reducendus, vt & assumptio, & conclusio conuertantur in totum, & præmissæ etiam adinuicem transmutentur. Hoc pacto. *Nulla virtus est vitium: omnis sapientia est virtus: igitur nulla sapientia est vitium.* Tertius præterea scilicet *Festino* debet ad quartum primæ figuræ modum *Ferio* nimirum in hunc modum reduci, vt propositio ipsius & in totum & simpliciter conuertatur, quod in dicat litera illa consonans S, scilicet proxime subsequens literam vocalem E correspondentem in isto modo

2. regu.
læ circa
hos mo-
dos ob-
ser.

do

do propositioni. Sit exemplum. *Nulla virtus est vitium: aliqua sapientia est virtus igitur aliqua sapientia non erit vitium.* Ultimus denique modus qui est *Baroco* ad primū primæ figuræ *Barbara* non alia ratione quam argumento ducente ad incommodum est reuocandus. exēpli causa sit propositio in *Baroco* illata hæc, eadē aliquod vitium non est sapientia. Hoc statuto sic ago. Hæc conclusio in *Baroco* illata non est accommodata, igitur dari poterit antecedens verum, & consequens falsum. Supponamus igitur hanc propositionem esse consequens falsum nimirum, *aliquod vitium non est sapientia* Nunc ulterius, hæc propositio est falsa, contradicens igitur illius vera erit, scilicet omne vitium est sapientia. Connectamus modo

ex hac argumentum istud in *Barbara*. Omnis sapientia est virtus: omne vitium est sapientia: igitur omne vitium erit virtus. Consequentia hæc legitima equidem est: erit ergo & illius consequens verum: at illud contradicit propositioni illi prius propositæ, *aliquod scilicet vitium non est virtus*, quæ erat assumptio in *Baroco*: constat igitur à primo ad ultimum, consequentiam in *Baroco* esse falsam esse accuratam. Est tamen in calce capitis huius obseruandum, modos primæ figuræ debere probari per illa duo principia iam superius explicata *dici de omni* & *dici de nullo*, ita quidem quod ad conclusionem aientem sumatur *dici de omni*: ad conclusionem vero negantem suadendam *dici de nullo* vsurpetur.

DE TERTIA FIGURA. caput. 6.

ARGUMENTVM CAP.

Explicat primum rationem istius figuræ, & medii cum extremis variam dispositionem: adducit postmodum sex vitales modos quos omnes perfici per primam figuram ostendit, quantum quidem per solū incommodum, reliquos vero per incommodum simul & reciprocatorem: confirmat rursus omnes eos ratione expositoria: ac denique ostendit decem modos inutiles.

COMMENTARIA.

Tertia figura est in qua medium verbum tam in propositione quam

assumptione accipitur loco subiecti: cuius sex extant vitales modi.

A *Vbi igitur extrema*, &c. Primus est *Darapti* iuxta quæ ex propositione, & assumptione, vniuersa aientem, colligimus conclusionem particularem affirmantem, adhuc incommodum. Omnis albedo est color: sed omnis albedo est qualitas igitur aliqua qualitas erit color.

B *Licet autem*, &c. Esse autem consequentiam hanc accuratam licebit colligere (inquit Arist.) argum. ducente ad incommodum, eadem prorsus ratione qua in cap. superiori tam consequenti

sequentiam in *Cesare* quam etiam in *Camestre* effectam accommodatam esse ostendebamus, ac subinde non est, quod aliud illi simile hoc loco à nobis connectatur argu. Potest etiam & argumentum expositorio illa confirmari, sumpta exempli causa peculiari aliqua albedine, vt niuis, aut cigni, vel alterius cuiuspiã rei recte enim progredieremur. *Hic candor niuis est color, hic idem nitens in nive sandor est qualitas iam ergo aliqua qualitas est color.*

Secun.

C *Quod si R, in toto, &c.* Secundus modus est *Felapton* secundum quem ex propositione vniuersa negante, & assumptione vniuersa aiente, colligimus conclusionem particularem negantem. *Nulla v. g. albedo est linea: at omnis albedo est color: ergo aliquis color non est linea*

Confir.
id ip-
sã quod
pius.

D *Confirmabitur, &c.* Esse consequentiam hanc accuratam argum. ducen- te ad incommodum confirmandũ erit in quo efficiendo immorari superfluum fore & in hoc loco & in quolibet alio sequenti iudicamus quandoquidem iam in superiori ca, apertum eius conficiendi exemplar tradidimus.

Quidã
in Vti.
mo.

E *Vbi vero ipsũ, R &c.* In serit hic duos inutiles modos huius figuræ, sicut & in duobus superioribus cap. effecit eorum primus est quando propositio est vniuersa affirmans, & assumptio vniuersa negans, dantur enim termini omni inesse, & nulli inesse. *Omni inesse vt animal, equus, & homo, ex quibus talis efficitur syllogismus: Omnis homo est animal: nullus homo est equus, ergo omnis equus est animal. Termini nulli inesse vt animal in animatum, & homo ex quibus iste alius syllogismus componitur. Omnis homo est animal nullus homo est inanimatus: ergo nullum inanimatum est animal. Secun- dus modus inutelis est cum ambæ assumptiones sunt vniuersæ*

Alter id
genus,

negantes, nam si ex illis aliquid inferretur, darentur itidem iidem termini omni, & nulli inesse, primi sunt *anim al, equus, inanimatum*. qui ta- lem constituunt syllogismum. *Nullũ inanimatum est animal: atqui nullum in animatum est equus: igitur omnis equus est animal.* Rursus termini nulli in- esse essent in hoc modo, *homo, equus, inanimatum*, Ex quibus huiuscemo- di componeretur syllogismus. Nul- lum in animatum est homo: sed nul- lum inanimatũ est equus, ergo nul- lus equus est homo. Offert autem se obiter circa duos primos modos ob- seruandum, debere illos ad modos primæ figuræ reuocari: Darapti qui- dem ad tertium primæ figuræ nimi- ram Darij conuersa ex parte assump- tione: alterum vero *Felapton* scili- cet ad vltimum eiusdem primæ fi- guræ *Ferio* nempe, assumptione itidẽ ex parte dumtaxat conuersa: vt cui- libet attente inspicienti satis per se est manifestum.

F *Quod si extremum, &c.* Redit iterũ ad modos viles huiusmet figurę ex- plicandos. Eorũ tertius *Dysamis* appellatur secundum quem proposi- tio particularis aientis, & assumptio vniuersa etiã aientis, inferunt conclu- sionem particularem aientẽ adhunc modum. *Quaedam albedo est qualitas: at omnis albedo disgregat visum: igitur al- quod disgregans visum erit qualitas.* Re- uocatur hic modus ad tertium pri- mæ, Darij, vt pote, propositione cũ conclusionẽ simpliciter conuersis, præmissisque ipsis trãsmutatis, pro- positione videlicet in assumptione, rursusque assumptione in proposi- tionem, quæ omnia in hoc syllogis- mo poterunt cerni præstita. *Omnis al- bedo disgregat visum: at qualitas aliqua est albedo, ergo qualitas aliqua disgregat visum.*

Tertius
primi ge-
neris mo-
dus.

G *Rursum si ipsum, R, &c.* Quartus modus ornatur nomine, Darij, iux- ta quẽ

Quart.

Sext.

ta quæ ex propositione vniuersa a-
 iente, & assumptione particulari af-
 firmante, inferimus conclusionem
 particularem aientem. Subiciamus
 exemplum. *Omnis albedo est color: at ali-
 qua albedo est qualitas: ergo aliqua quali-
 tas erit color.* Conuertitur autem mo-
 dus hic ad tertiũ primæ figuræ qui
 est Darij conuersa simpliciter assu-
 mptione in hunc modum. *Omnis albe-
 do est color: aliqua qualitas est albe-
 do: ergo aliqua qualitas erit color.*

Quintus

H. Quod si ex remorum, &c. Quintus
 modus nũcupatur, Bocardo, in quo
 ex propositione particulari negante
 & assumptione vniuersa aiente, in-
 fertur cõclu. particularis negãs, vt
 fit in hoc syllogi. *Aliqua albedo nõ
 est corpus: omnis albedo est quali-
 tas: aliqua igitur qualitas nõ est cor-
 pus. Quæ consequentia est ad primũ
 primæ figuræ modum qui est Barba-
 ra argumentõ ducente ad incommo-
 dum reuocanda, sumpta contradicẽ-
 te consequentis præfati, loco assu-
 mptionis, & altera præmissarum loco
 propositionis vsurpata, prout cap.
 superiori effecimus dum reuocare-
 mus, Baroco ad Barbara.*

Obser-
 uat.

1. *Quod si maius, &c.* Admonet Arif.
 inutilem huius figuræ modum exi-
 stere, cum propositio est vniuersa a-
 iens, & assumptio particularis negãs
 ob sepe assignatam rationem, quia
 nimirum darentur termini omni in
 esse v. g. *Animatum, homo & animal,*
 ex quibus vitiosus ille coalesceret
 syllogismus. *Omne animal est animatũ:
 aliquid animal est homo: omni ergo
 homo est animatus.* Admitterenturque
 rursus termini nulli inesse, cuius-
 modi sunt *animatum, album, & ani-
 mal,* ex quibus tale conficeretur arg.
*Omne animal est animatum: aliquid ani-
 mal non est album: nullum ergo, album est
 animatum,* quod certe nõ est exactũ,
 & accuratum.

Sextus.

K. Quod si extremum, &c. Proponit iã

sextum & vltimum accuratum ter-
 tiæ huius figuræ modum, qui voca-
 tur, Ferison, qui quidem obserua-
 tur, quando ad vniuersam negantẽ,
 & assumptionem particularem aien-
 tem, consequitur particularis ne-
 gãs, vt videre est in hoc exẽplo. *Nul-
 la albedo est linea: aliqua albedo est quali-
 tas: ergo aliqua qualitas non est linea.* Re-
 ducitur modus hic postremus, ad
 postremum etiam primæ figuræ mo-
 dum, qui est Ferio, conuersa sola as-
 sumptione simpliciter, nõ alia quã
 hac ratione. *Nulla albedo est linea:
 aliqua qualitas est albedo: ergo ali-
 qua qualitas non est linea.*

L. Quando vero minus extremum, &c.
 Nequaquam prætermittendos, puta
 uit decem, qui extant, vltimẽ huius
 figuræ inutiles modos, quin potius
 omnes hoc loco proponit. Primus
 (inquit) est cum propositio est vni-
 uersa affirmans, & assumptio vniuer-
 sa negans 2. cum ambæ sumptiones
 sunt vniuersæ negantes 3. cum pro-
 positio est vniuersa affirmans, & as-
 sumptio particularis negans 4. cum
 propositio est particularis affirmãs,
 & assumptio vniuersa negans 5. quã-
 do propositio est particularis, asũ-
 tio vero vniuersa ambæ tamen ne-
 gantes 6. quando ambæ sumptiones
 sunt particulares affirmantes 7. quã-
 do ambæ sumptiones sunt particu-
 lares negantes 8. quando ambæ sũt
 particulares propositio affirmans,
 & assumptio negans 9. quando am-
 bæ sunt particulares, propositio ne-
 gans, & assumptio affirmãs. Qui qui-
 dem omnes modi possunt ad hunc
 vnum reuocari, quando scilicet, vel
 ambæ propositiones sunt negantes,
 vel ambæ sunt particulares, aut in-
 definitæ, qui est decimus & po-
 stremus huius figu. modus inutili.
 Est enim regula in hac tertia figura
 maxime obseruanda, vt assumptio
 semper sit aiens, & conclusio par-

Decem
 inutiles
 modi.

Yyy ricu-

ticularis.
Affert M *Quod si affirmatio, &c.* Proponit
 duos Arist. duos modos iuuitiles primæ fi-
 mo. iau- guræ, Fapesimo, scilicet, & Frifesomorum,
 gura. qui indirecte concludunt. Ad-
 dunt præterea Eudemus & Theophrastus tres alios modos indire-
 ctæ concludentes in eadem prima fi-
 gura. Hi sunt, Baralypton, Celâtes,
 Tres a- dabitur Fapesimo, Frifesomorum, Ba-
 lij modi ralypton, est quando ex propositione
 Primus. & assumptione vniuersa aiente,
 colligimus indirecte conclusionem
 particularem aientem, hoc pacto. *Omne animal sentit: omnis homo est animal: aliquod igitur sentiens est homo.* Qui syllogismus reuocandus est ad Bar-
 bara, conuersa conclusione in vniuersam aientem. Celantes, est cum ad
 propositionem vniuersam negantem assumptionem vniuersam negantem
 consequitur conclusio vniuersa negans, sicut in hoc syllogismo. Nullum animal est Cygnus, omnis homo est animal, ergo nullus Cygnus est homo. Modus hic conuertitur ad
 Secun. Celarent, conclusione simpliciter re-
 ciprocata. Dabitur, deniq. est cum ex
 Tertius. ite. vtraq. præmissa aiente, assump.
 particulari, propositione autem vniuersa, inferimus conclusionem
 particularem aientem, vt licet intue-
 ri in hoc syllogismo. *Omne animal sentit: aliquis homo est animal: ergo aliquod sentiens est homo.* Debet modus hic ad
 Prim. ex Darij reduci conclusione in particu-
 albat. larem aientem commutata. Fapesimo,
 ab Arist. est quando propositione existente
 vniuersa aiente, & assumptione vni-
 uersa negante, colligitur conclusio.

particularis negans. Omne animal est subtilitatis nullus lapis est animal, ergo aliqua substantia non est lapis. Quæ quidem ratiocinatio conuersa propositione ex parte, & assumptio-
 ne simpliciter, præmissisque transpositis ad Ferio, est reducenda. Vltim^{us} modus est Frifesomorum, iuxta quem propositioni particulari aienti, & assumptioni vniuersæ neganti, subiungimus conclusionem particularem negantem hac ratione. Aliquod animal est sentiens: nullus lapis est animal, ergo aliquod sentiens non est lapis. Reuocabitur modus iste ad Ferio conuersa simpliciter propositione & assumptione, transmutatisque propositionibus.

Licet etiam, &c. Deniq. concludit Genera-
distoma.
 Arist. omnes modos aliarum figurarum reuocandos esse ad quatuor modos primæ figuræ, vel per conuersionem propositionum, vel argu. ducēte ad incommodum eo prorsus modo, quo efficitur nos in cap. superioribus. Et non solum (inquit) modi aliarum figurarum, verum etiā duo posteriores modi primæ figuræ *Darij* & *Ferio* reuocari debent ad duos modos priores *Barbara* & *Celarent* eo quod singulare continetur sub vniuerso, & reuocatur ad illud, & ita cum *Darij* concludat particularem conclusionem aientem, *Ferio* autem particularem negantem, *Darij* reuocabitur ad *Barbara* qui concludit vniuersam aientem, & *Ferio* ad *Celarent* qui concludit vniuersam negantem.

Hactenus totam frusturam syllogismorum nobis ante oculos obicit Arist. in sequentibus de varia conuentionum tam de inesse, quam modicatarum mixtione in syllogismis, & de inuentione mediij, ad omnem quæstio. explicandam, & de nonnullis alijs differit luculenter verum quia plura ex illis potius tædio afficere possunt lectorem.
quam.

quam ei utilitatem aliquam sint nata conferre, ob hanc causam minus necessariis prætermisissis, quæcunq. necessaria iudicavimus sub breui paraphasi complexi fuimus, idemq; in secundo lib. eiusdem operis præstabimus.

DE VARIA PRO nunciatorum coniuga- tione Caput. septimum.

CVM syllogismi non solum con-
duntur ex propositionibus sim-
plicibus, verù etiã ex modificatis,
hætenusq. solum sit explicatũ qua
ratione consistuntur ex propositioni-
bus simplicibus, superest iam vt ex-
plicemus quomodo etiam ex modi-
ficatis enuntiationibus constitui
illi debeant, primũq. quomodo ex
enuntiationibus modo, necesse, affe-
ctis ipsi coalescant.

A. In necessariis igitur, &c. In syllo-
gismis constitutis ex enuntiationi-
bus modificatis eadem lex observa-
ri debet, quæ in syllogismis constan-
tibus enuntiationibus simplicibus,
& ita in qualibet figura si ambæ pro-
positiones fuerint modificatæ, con-
clusio etiam erit modificata. Sit ex-
emplum in prima figura. *Necesse est
omne animal sentire: necesse est om-
nem hominem esse animal: ergo necesse est om-
nem hominem sentire.* Aliud eiusdem
generis argumentum sic liber in, ce-
sare, connectere iuxta 2. figuram ad
hunc modum. *Necesse est nullum lapi-
dem esse animal: necesse est omnem homi-*

*nem esse animal: ergo necesse est nullum ho-
minem esse lapidem.* Idem hoc modo
prætare possumus in tertia figura
iuxta modum, Darapti. *Necesse est om-
nem hominem esse animal: necesse est om-
nem hominem esse rationale: ergo necesse
est aliquod animal esse rationale.* Unde
quemadmodum argumentationes
in prima figura, quæ constantur ex
propositionibus simplicibus, con-
firmari debent per duo illa princi-
pia dici de omni, & dici de nullo, ita
etiam & hæ, quæ constantur ex pro-
positionibus modificatis in prima
figura, confirmari debent per hæc
eadem principia: & quemadmodum
aliæ figuræ confirmatæ sunt ex eo-
quodirecte concludant, vel per reci-
procationem propositionum, vel
denique argu. duceant ad incommo-
dum: ita pariter syllogismi compo-
siti ex propositionibus modificatis
aliarum figurarũ, confirmandi quo-
que erunt aut reciprocatis eius pro-
positionibus, aut argu. ad incommo-
dum urgente.

Ratio
Confir.
huius syl-
logism.

yyy 2 QVA

QVA RATIONE

sequatur conclusio ex mix

tione propositionis de inesse,
cum necessaria. Ca

put 8.

COMMENTARIA.



Liquando fiunt syllogismi ex vna propositione simplici, seu de inesse, & alia modificata. Quare explicandum vide-

tur quænam conclusio sequatur ex hac permixtione propositionum modificatarum: vel simplex?

Varia
Regulæ.

Fit autem nonnunquam, &c. In prima figura si propositio (inquit) fuerit necessaria & assumptio simplex, sequitur conclusio necessaria in barbara hac ratione. Necessè est omne animal sentire: sed omnis homo est animal, ergo necessè est omnem hominem sentire. Quod si propositio fuerit de inesse, & assumptio modi-

ficata non colligetur conclusio modificata, sed de inesse, velut in secundo modo. Nullum animal currit: at qui necessè est omnem leonem esse animal: ergo nullus leo currit. Nam si rectè sequeretur modificata, semper ita sequeretur, quod tamen certum interdum esse falsum, cum aliquando non rectè sequatur, ut apertum id esse potest in hac argumentatione in barbara effecta. Omne animal est coloratum: at qui necessè est omnem hominem esse animal: ergo necessè est omnem hominem esse coloratum. Sùt enim præmissæ huius argumentationis veræ, exillente conclusione ipsa falsa. Constat maritidem hi syllogismi possant, per duo illa principia dici de omni, & dici de nullo.

DE SECUNDA FIGURA.

Caput nonum.

IN secunda figura, si propositio negans fuerit modificata, ex illa, & altera propositione aiente de inesse, sequitur conclusio necessaria,

vt in hac argumentatione. Necessè est nullum lapidem esse animal: sed omnis homo est animal, ergo necessè est nullum hominem esse lapidè.

Sin aff.

2. regu. Si affirmatiua non item, &c. At si propositio modificata fuerit affirmatiua, & propositio de inesse negatiua, nequit ex illis inferri conclusio necessaria, quemadmodum non recte colligitur. Necesse est omnem hominem esse animal: sed nihil quod mouetur est animal: ergo necesse est vt nihil quod mouetur sit homo. Nam si hæc argumentatio reuocetur ad primam figuram, ad secundum eius modum, nihil omnino conclu-

der, atque ita debet reuocari conuersa assumptione, & conclusione in totum, transmutatisque propositionibus ad hunc modum. Nullum animal mouetur: sed necesse est omnem hominem esse animal: ergo necesse est nullum hominem moueri. Quæ argumentatio nulla est, eo quod in prima figura ex propositione de inesse, & assumptione affecta modo necesse nihil potest concludi.

DE TERTIA FIGURA.

Caput decimum.

In tertia figura in darapti, si propositio fuerit necessaria, & assumptio simplex, siue e conuerso sequitur conclusio modificata. In Felapto, vero si propositio negans est necessaria, & affirmans fuerit de inesse infertur conclusio necessaria. In disamis, & datisi, existente propositione vniuersa necessaria, vel parti-

culari simplici sequitur conclusio necessaria. In ferison, vero si propositio negans fuerit necessaria, & affirmans simplex, sequitur conclusio necessaria. In bocardo, vero nunquam sequitur conclusio necessaria quæ omnia exemplis apertissimis explicari à quouis poterunt.

DE SYLLOGISMIS CON-

stantibus propositionibus modificatis, modo contingens affectis.

Caput II.

Hactenus exposuimus, quæ conclusio sequatur ex propositionibus affectis modo necesse: reliquum est iam, vt quenam conclusio ex propositionibus modo contingens, affectis inferri soleat, declaremus. Sed antequam in huius rei explanationem theoremata aliqua propo-

nat Arifr. quandam eius quod est contingens definitionem proponit. Contingens, inquit, est illud quod cum non sit necessarium, potest tamen esse. Solent autem tres contingentis species hoc loco assignari, nimirum contingens raro, velut fodientem terram thesaurum auri inuenire;

Defini. contin.

nire: contingens vt in plurimum, si cut hominem nasci cum quinque digitis in singulis manibus: ac contingens ad vtrumlibet, velut hominē ambulare, aut legere nam tam indifferens est homo ad ambulandum quam ad non ambulandum & ad legendum quam ad non legendum. Iam 1. theo. proponit hisce verbis.

1. theo. B *At vero cum hac discendi forma, &c.* In prima figura ex duabus contingentibus, sequitur conclusio contingens, vt in hac argumentatione constat, Contingit omnem vigilantem moueri: sed contingit omnem hominem esse vigilantem: ergo contingit omnem hominem moueri. Se-
2. theo. *condum.* In secunda figura ex duabus enuntiationibus modi contingens, nihil sequitur, idque ob duas rationes, prima quia nequit syllogismus exhiuismus modi enuntiationibus constitutus ad modum aliquem pri-

ma figura villo pacto reduci, vt cui libet attente rem perpendenti est perspicuum: secunda quia daretur antecedens verum & consequens falsum. Velut sit in hac argumentatione, Contingit nullum hominem ambulare at qui contingit etiam omnē equū ambulare, ergo continget quod nullum equum esse hominem, Cuius rariocinationis cōclusio nulla certe iudicatur, nec enim consequens in ipsa illatum est villo modo contingens, sed necessarium, nā necessarium est nullum equum esse hominem. Tertium theoremata. In tertia figura ex vtraque propositione contingenti sequitur conclusio contingens. Sit exemplum in Darapti. Contingit omnem hominem ambulare, sed contingit omnem hominem esse album, ergo contingit aliquod album ambulare.

DE CONIUNCTIONE CONTINGENTIS & ABSOLUTI IN PRIMA FIGURA.

Caput duodecimum.

NON tantum potest confici syllogismus ex vtraque propositione contingenti: verum etiam ex vna propositione contingenti & altera simplici interdum constitui consuevit. Restat igitur aperiendū, quo pacto possit ex his propositionibus sequi aliqua conclusio. In eius explanationem hęc subiicit Arist. theoremata. *Primum.* In prima figura ex propositione contingenti, & assumptione simplici, colligitur conclusio contingens omnem hominem, &c. Contingens est exempli causa, omnem hominem currere at qui omnis homo est animal, ergo

contingit omne animal hominem currere. Quod si ē conuerso propositio existat simplex, & assumptio contingens, etiam infertur conclusio contingens, non quidem sumpto contingenti in propria & germana sua significatione, sed in quadam late patente, iuxta quam sumitur pro necessario quidquid v. g. mouetur est substantia: cōtingit omnem hominem moueri: continget igitur omnem hominem esse substantiam. Nec est quod conclusio ista censeatur inepta, nam si illa non eset accurata, certe contradicens eius, quę est non cōtingit omnem hominem esse substantiam,

3. Theo.
 tiam, esset vera, quæ equivalet huic, necesse est aliquem hominem non esse substantiam, quæ quidem propositio falsissima est. Secundum. In secunda figura ex propositione negante uniuersa & modis scata, assumptio ne vero simplici quæ sit aiens, nequaquam colligi potest conclusio ac curata, non ob aliam rationem præter iam assignatâ. Quod si affirmas propositio extiterit contingens, negans autem simplex nihil prohibet inferri conclusionem contingentem, id patere potest intuente in hac argumentatione. Nullum sanum est ægrum: contingit omnem hominem esse ægrum: ergo contingit nullum hominem esse sanum. Verum hoc contingens est in illa late patente significatione, nam si illud ipsum vsurpe-

tur in sua propria significatione, nequaquam sequetur conclusio contingens, vt videre est in hoc alio syllogismo. Nullus homo ambulat: atqui cōtingit oēm equum ambulare, ergo continget nullum equum esse hominem. In quo quidem assumptioni veræ & contingenti in rigore, non subsequitur conclusio contingens, sed necessaria, necessarium quippe est nullum equum esse hominem. In tertia denique figura ex vna propositione simplici, alteraque contingenti sequitur conclusio contingens, quemadmodum fit in hac argumentatione. Omnis homo est animal: at qui contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit aliquod ambulans esse animal.

3. Theo

DE MIXTIONE NECESSARIJ & CONTINGENTIS Â DECIMO TERTIO CAP. vsque ad vigesimum.

1. Præceptum.
 2. Præceptum.
 Miscentur etiam contingens & necessarium in syllogismorum compositione: atque ita quomodo ex huiusmodi mixtione aliquid sequi vel non sequi possit, est a nobis in hoc cap. declarandum. Vt a prima figura exordiamur circa eam hæc erunt obseruanda præcepta. Primum. Si propositio fuerit cōtingens, & assumptio necessaria, inferri potest conclusio contingens. Cōtingit v. g. animal dormire: atqui necesse est omnem hominem esse animal: contingit igitur omnem hominem dormire. Secundum: Si propositio fuerit necessaria, & assumptio cōtingens, sequitur conclusio contingens. Velut necesse est omnem quod currit moueri:

sed contingit omnem hominem currere, ergo contingit omnem hominem moueri. Modis aientibus hæc quæ tradidimus præcepta deseruiunt, ne gantibus enim hæc alia sequentia ac commodantur. Primum. Si propositio quæ est negans extiterit contingens, & assumptio necessaria: quæ inferretur conclusio contingens erit. Exempli causa. Contingit nullum animal dormire: at necesse est omnem hominem esse animal: continget ergo nullum hominem dormire. Secundum. Existente propositione necessaria, & assumptione contingente, duplex sequitur conclusio simplex vna, altera contingens, sumpto quidem contingente in illa late patente

1. Præceptum.

2. Præceptum.

te significatione. Sit exemplum. Necesse est nullum lapidem esse hominem: sed contingens est omne quod est album esse lapidem, ergo vel contingens est nullum album esse hominem, vel aliter: nullum album esse

1. Præceptum.

Transamus iam ad secundam figuram, in cuius tribus prioribus modis, si propositio negans fuerit necessaria, & affirmans contingens, duplex conclusio inferitur simplex una & altera contingens. Patet in hac ratiocinatione. Necesse est nullum cignū esse nigrum: atqui cōtingit omnem equum esse nigrum: ad has premisas inferimus vel hanc conclusionē simplicem, ergo nullus equus est cignus vel illam contingentem (contingentem inquam lato modo dictā) ergo cōtingit nullum equum esse cignum. Quod si ē contra se res habeat, ita vt negans sit contingens, affirmans vero necessaria, nequit ratiocinatio vllacōllare in primis, quia vniuersa contingens nullo pacto cōueri potest, quare neque ratiocinatio ex illa constituta poterit ad primam figuram reduci, deinde quia alioquin daretur antecedens verū, & consequens falsum, quod ostendi potest in hac argumentatione. Cōtingit nullum equum esse album: at qui necesse est omnem cygnum esse album. Certe in hac ratiocinatione antecedens verum est, nihilominus consequens illatum falsum in se con-

tinet, quippe cum necesse sit, & non contingens, cygnum esse equum. In quarto autem modo huiusce figure nulla fieri potest collectio.

Agamus demum de tertia figura, in cuius modis affirmantibus altera ex præmissis existente contingenti, & altera necessaria accommodate inferitur conclusio contingens, vt in hac argum. est apertum. Cōtingit omnem hominem esse album: at necesse est omnem hominem esse animal: cōtingit ergo aliquod animal esse album. In modis autem eiusdē figure negantibus, si negans extiterit contingens, & affirmans necessaria: inferenda superest conclusio cōtingens. Cōtingit (v. g.) nullū hominem ambulare: atqui necesse est omnem hominem esse animal, ergo cōtingit aliquod animal nō ambulare. Si autem e contra negans extiterit necessaria, & aliens contingens inferri poterit duplex conclusio, cōtingens vna, altera simplex, vt cuiusque manifestum esse poterit. Atque hæc sint dicta de commixtione propositionum simplicium, & modificatarum, in cuius explicatione aliquantulum digressi sumus ab ordine Arist. vt facilius multo possint illa memoriæ commendari. Complexi enim sumus omnia capita tradentes breuiter ea quæ ab Arist. diffuse dicta sunt vsque ad cap. 19. neque enim his plura indigent auditores.

2. Præceptum.

OMNEM RATIO CINATIO cinationem debere ad tres illas figuras quas attulimus reuocari. Cap. 20.

VT confirmet Arist. omnem syllogismum contineri sub aliqua ex

his tribus figuris assignatis, minime que dari plures syllogismorum formas:

Diuisio
enuntia.

mas: repetit nonnullas diuisiones enuntiationis, quæ in syllogismo, non tanquam præmissa collocatur, sed velut conclusio inferitur.

Necesse est igitur, &c. Enuntiatio imprimis quædam inquit est, aiens, quæ indicat rem esse: alia vero negans, quæ scilicet rem non esse declarat. Iterum enuntiatio alia est vniuersa, alia vero particularis. Deniq. alia est enuntiatio directa existens syllogismi conclusio: alia vero indirecta tantum, & ex hypothesi illata propositio.

Si igitur colligendum sit, &c. His recensitis enuntiationis diuisionibus statuit rursus ad institutum suum confirmandum, hanc hypothesim, in omni videlicet syllogismo, debere inueniri aliquod medium, in conclusione, maius extremum, cum minori connectens, quod idem non se meli tantum, sed bis vsurpandum erit semel in propositione, iterumq. in assumptione. Potior itaq. ac præstantior syllogismi pars ex medio penari debet, adeo vt ad partem eius solius cum maiori, & minori extre-

mo dispositionem, & collocationem variæ ac diuersæ syllogismorum figuræ, ac formæ, conititui debeant & efformari.

Vbi igitur, &c. Ex his facillimum certe erit confirmare solas tres prædictas syllogismorum figuras dari, hoc vnico ad id suadendum effecto argumento. In omni argumentatione est sumendum aliquod medium, quod maius extremum, cum minori extremo copulet atque coniugat: sed tribus tantum modis medium cum extremis coniungi euenit: tantum ergo erunt conitituenda tres prædictæ syllogismorum formæ. Cōfirmatur assumptio. Medium verbū connectitur cum extremis, vel ita quod existat subiectum maioris propositionis, attributumque minoris, vnde confurgit prima figura: vel ita vt sit tam maioris quàm minoris propositionis attributum: sicque secunda figura conituitur: vel denique ita vt sit subiectū vtriusque et hinc tertia figura remanet conitituta: ita itaque solum dabuntur tres præfate syllogismorum formæ ac figura.

ARGUMENTATIONEM ex hypotesi & ex transsumptione sub his figuris comprehendit.

Cap. 21.

Per argumentationem ex hypothesi intelligimus in hoc cap. argumentationem ducentem ad in commodum, quæ tunc fit, quando sumpta contradicente eius conclusionis quam nitimur suadere, & aliqua propositione manifeste vera, colligimus aliquam manifeste falsam, ex cuius falsitate colligimus ite-

rum illam quam nitentur suadere esse manifeste veram. Vt si sit proposita quæstio, An omnis planta viuat: & neget aliquis omnem illam viuere, sumpta contradicente quæ est, Aliqua planta non viuit: & hac manifeste vera, Omne quod alitur, & augetur viuit, Colligimus in Baroco conclusionem manifeste falsam, ad

Yyy 5 hunc

hunc modum. Omne quod alitur, & augetur uiuit: sed aliqua planta non uiuit: ergo aliqua planta neq. alitur neque augetur. Tum postea sic argumentor. Hoc consequens est manifeste falsum (cernimus enim plantas ali & augeri) ergo aliqua ex præmissis illius argum. erit falsa: nõ prima, vt est notum; ergo secunda nimirum: assumptio: iam igitur illius contradicens quam nitebamur suadere, omnis scilicet planta uiuit, erit manifeste vera. Argumentum hoc est ducens ad incommodum, cõtineturq. in secunda figura sub Baroco. Fit igitur consequens, omne argumentum uirgens ad incommodũ (quodlibet illud sit) tandem reducendum esse ad aliquam ex suprapositis figuram.

Argu- *Nec eas modo, &c.* Constituit præ-
men. ex terea Aristo, argumentationes quæ
transũ. per transumptionem efficiuntur ad
ad eadẽ, has præfatas figuras debere reduci.
reducit. Est autem hoc genus argum. quan-
do sub subiecto conclusionis conti-
nentur multa, de quibus uelle con-
firmare attributũ sigillatim & seor-
sum, nimis difficile ac molestum e-

xisteret: atque ita transfertur dispu-
tatio ad vnum, de quo si semel con-
firmetur attributũ, relinquitur ita-
dem, & de alijs omnibus confirma-
tum. Sicut si afferatur in medium
exagitandum, sintne omnia astra ro-
tunda, & quia id de singulis astris in
speciali examinare valde molestum
foret, traducamus disputationem
ad Lunã, v. g. vel aliquid aliud pe-
culiare astrum, de quo si demonstre-
tur esse rotundã figurã, idem de re-
liquis astris demonstratum iudica-
tur, constare nimirum illa spherica
figurã. Ostendatur itaque Lunam
esse rotundã figurã hoc pacto. As-
trum illud cuius lumen augetur in
orbẽ, haud dubie est rotundum: at Lu-
na est astrum eiuscemodi, lumen e-
nim ipsius in orbem augeri aperte
in suo plenilunio intuemur: iam igi-
tur Luna erit spherica figurã. Argu-
mentum istud sicut & cætera huius-
cemodi est per transumptionem,
contineturque in prima figura sub
darii. Quapropter hoc sicut & quod
libet aliud argumentorum genus,
sub hisce figuris contentum erit.

DE QVIBVS DAM THEO- rematibus. Cap. 22.

1. Theo. **P**rimum theorema. In qualibet
argumentatione, vel vtraq. pro-
positio, vel vna saltem debet esse a-
iens, nequit enim aliquid ex dua-
bus negantibus inferri.

2. The. *Vnum item &c.* Secundum. In qua
libet argumentatione, vel vtraque
propositio, vel saltem altera debet
esse vniuersa, nam si particularis ex-
titerit, vel indefinita vel nihil, vel
vtrumque, vel aliqua ex propositio-
nibus tanquam conclusio inferitur.
Argumentemur hoc pacto in propo-

siti theorematis exemplum. Volu-
ptas est honesta: at voluptas ex mu-
sica proueniens est voluptas: volu-
ptas igitur ex musica proueniens ho-
nesta erit. In hac enim argumen-
tatione propositio æquiuale huic par-
ticulari, aliqua voluptas est honesta.
Nunc ulterius. Vel per aliquam
voluptatem intelligimus volupta-
tem proueniens, v. g. ex Geome-
tria, vel Astrologia, vel voluptatem
eam quæ ex musica percipitur: si pri-
mam intellexerimus nihil certe col-
ligi.

ligimus, nam ex eo quod voluptas Geometriæ est honesta, quis obse- ro inferre audebit, voluptatem Mu- sicæ esse honestam: quod si alteram intellexerimus, ecquid quæso discer- minis inter propositionem & con- clusionem intercedet, cum hunc sen- sum propositio ipsa reddat, volup- tas Musicæ est honesta, quod plane est vnum, & idem cum conclusione quæ in proposita ratiocinatione in- ferebatur. Verum igitur erit proposi- tum theorema.

3. The. *Vbi igitur conclusio, &c.* Tertium theorema. Si conclusio fuerit uni- uersa, ambæ summptiones debent esse vniuersæ: at si ambæ fuerint vni- uersæ, nequaquam necesse est con- clusionem esse vniuersam, existenti- bus enim vtrique vniuersis, sequi- tur interdum conclusio particula- ris, vt in duobus prioribus modis tertiæ figuræ, darapti, & selapton, efficitur.

4. The. *Planum est autem, &c.* Quartum. Cuiuslibet ratiocinationis præmis- sæ, debent esse affines quodam mo- do & similes conclusioni, & econ- traria vt si conclusio sit aiens, am-

bæ etiam præmissæ aientes existere debeant, & si negans saltem altera præmissarum, debeat etiam esse ne- gans: adhuc si necessaria extiterit cō- clusio, aut ambæ, aut altera earum ad minus debet esse necessaria; deni- que ipsa conclusione necessaria vel contingenti existente, non possunt non aut ambæ summptiones esse con- tingentes, vel de inesse, aut vna sal- tem earum.

Quod in aliis quoque, &c. Idem quæ obseruandum (inquit) est in alijs ap- pellationibus, quia si conclusio est probabilis, aliqua etiam ex proposi- tionibus erit probabilis: & si eadem falsa, vel impossibilis existat, aliqua etiam ex summptionibus falsa itidem vel impossibilis erit: non tamen ne- cessum est, quod si conclusio vera sit, aliqua etiam ex summptionibus vera etiam existere debeat: potest namque verum ex falso interdum colligi, vt ex hoc falso, omnis arbor est homo, colligimus hoc verum: om- nis arbor viuit, in hūc modum, om- nis homo viuit, omnis arbor est ho- mo, ergo omnis arbor viuit.

OMNEM RATIOCINATIO- nem constare tribus terminis.

Cap. 23.

Constituit Aristo. omnem ratio- cinationem ex solis tribus termi- nis cōstituen. esse, & connectendam, maiori nempe extremo, minori, ac medio verbo, vt iam saepe fuit repe- ritum: subiungit tamen hoc tantum esse in simplicibus syllogismis ob- seruandum, non vero in composi- tis, in quibus quidem plures quam tres termini collocari possunt. Con- tingit vero effici compositos syllo-

gismos tripliciter.

Vt si, e. complexio, &c. Nam dicitur primo aliquis syllogismus composi- tus, quando vnam eandemque con- clusionem, iuxta eundem modum, eandemque figuram per diuersa me- dia confirmamus, vt si hanc conclu- sionem: Omnis homo est substantia, nitamur per ista duo media suade- re, animal scilicet, & viuens, & hoc in primo modo eiusdē primæ figure.

Quor-
modis
dicatur
syllogis-
mus com-
positus.
Mod.

2. Mod.

Sus per, a, b, &c. Dicitur secundo aliqua composita quum vnam eandemque conclusionem inferimus per vnum quidem, ac idem mediū, iuxta diuersas nihilominus figuras, quemadmodum si hanc conclusionem, aliquis homo nō est albus, per medium istud quod scilicet, Aethyops sit, concludamus, non in prima solum, sed & in secunda & tertia figura, cum possit illa, sicuti & quælibet alia conclusio particularis negans, secundum omnes figuras demonstrari.

Vel etiam vbi &c. Dicitur tertio aliqua ratiocinatio multiplex, quando illa iam semel proposita, regredimur rursus ad singulas ipsius propositiones confirmandas. Velut si proposita hac argumentatione. Omne animal est substantia, omnis homo est

animal: igitur omnis homo est substantia, itudeamus iterum singulas propositiones præfata ratiocinationis sigillatim confirmare. Propositionem maiorem ad hunc modum omne viuens est substantia: omne animal est viuens: igitur omne animal est substantia, Minorē verohoc etiam alio pacto. Quicquid sentit est animal: atqui omnis homo sentit: omnis igitur homo est animal. Quod si quis (inquit Arist.) velit omnes huiusmodi argumentationes, vnius, & eiusdē ratiocinationis nomine donare, eo quod quidpiam vnum, & simplex confirmet, parum refert, id efficiat necne: dum tamen singulam quamque earum, vnam simplicem argumentationem appellet, non compositam.

OMNEM RATIOCINATIONEM constare duobus pronuntiationibus. Cap. 24.

PArtes minores syllogismi sunt termini, maiores vero propositiones ipsæ, vt cuiuslibet apertissimū est. Quare cum ostenderit capite superiori, partes minores ratiocinationis simplicis, non esse plures quam tres, optimo ordine sequitur in hoc cap. inuestigandum, quot extent maiores partes eiusdem. Eas igitur tantum esse duas, nimirum duas propositiones, ex quibus quilibet syllogismus constituitur, constabit aperte hoc vnico argumento. In qualibet ratiocinatione dantur tres termini, & nō plures, nec pauciores: atqui tres termini, duas tantum constituere possunt propositiones: igitur duæ solæ erunt partes syllogismi, duæ nimirum propositiones ex terminis minori-

bus ipsius syllogismi constatæ. Confirmatur assumptio. Medium verbum solum potest vniiri, vel cū maiori, vel cum minori extremo: si cū maiori vniatur, remanet constituta propositio, si cum minori assumptio superest composita: tãrum igitur erunt partes ratiocinationis duæ propositiones. Nec hoc in aliis præterquam in simplicibus syllogismis est intelligendum, in compositis namque vel continuis, vt pote quando multi concludunt eodem spiritu vnam conclusionem, vel disiunctis vt cum sunt plerique quorum quilibet colligit suam conclusionem, certum est quod pleræque propositiones concurrunt ad syllogismum aliquem constituendum, vt exemplis

Par. ma
io. pran
tioci, et
se solas
duas.

cap.

cap. superiori adductis potest euilibet esse manifestum.

Itaque si ratiocinationes, &c. Colligēdū hinc erit (ait Arist.) in ratiocinatione simplici, & potissima partes minores, esse impares, at vero partes maiores esse inter se pares, ac æquales, eo quod partes minores ipsius sunt ipsi termini, qui quidem sunt tres, atque hoc ipso impares: cum numerus ternarius sit numerus impar:

at partes maiores eiusdem sunt duæ propositiones, numerus autem binarius numerus est par, & æqualis. Et hoc ipsum tantum etiam intelligi debet de syllogismis simplicibus, ac minime de compositis in quibus non unquam termini ipsi pares existunt, & e contra propositiones ipsæ impares quamuis contrarium sapere etiam eueniat.

QV A E N A M QV A E S T I O -
nes facilius, & quæ difficilius confir-
firmentur. Cap. 25.

V T explicet Arist. quæ quæst. facilius, & quæ difficilius confirmantur, aut refellantur, prius ostendit quænam quæstiones concludantur in singulis figuris ex tribus superius constitutis.

Quænam
conclu.
in singu-
lis figu-
ris con-
cludant.

Sane affirmatio. &c. In primo inquit modo primæ figuræ tantum potest concludi vniuersa affirmans: vniuersa vero negans, & in prima, & in secunda figura inferri consuevit, in prima quidem iuxta modum secundum ipsius qui est. Celarent, in secunda vero iuxta duos Cæsare nēpe & Camestres. Rur, particula. aiēs in prima & in tertia figura infertur, in prima penes modū darij, in tertia vero iuxta Darapti, Disamis, & Datisi. Demū particularis negās in omnibus figuris illata reperitur, in prima iuxta vltimum modum qui est Ferio, in secunda iuxta Festino, & Baroco, in tertia deniq. iuxta Felapto, Bocardo & Ferison. His præmissis duas assignat Arist. regulas ad dignoscendum quænam quæstiones tā inter aientes & negantes quā inter vniuersas, & particulares facili' mul-

to quam aliæ confirmari possint, vel refutari.

Est autem omnino facilius, &c. Prima regula est, Quæstiones vniuersæ, siue aientes, siue negantes, facilius multo refutari possunt, quam particulares, velut hæc propositio vniuersa omnis voluptas est bonum minori cum difficultate refelleretur, quā refelli hæc particularis possit, scilicet aliqua voluptas est bonum. Huius hæc redditur ratio. Propositionibus vniuersis reiiciendis, duæ patēt viæ, vna per vniuersam et quæ reiicienda est oppositam, alia vero, per alteram particularem contradicentem. Quemadmodum nuper assignata propositio, confutari potest, & per hanc vniuersam contrariam, nulla voluptas est bonum, & per istam aliam particularem cōtradicentem, aliqua voluptas non est bonum. Contra vero particulares propositiones, per solas alias particulares subaduersas reiici quæunt, velut hæc, aliqua voluptas est bona, tantum refellitur per hanc aliam particularem subaduersam, aliqua voluptas non

non est bona.

2. 1. egu.

Ad confirmandum autem, &c. Secunda regula est. Quæstiones particulares maiori cum facilitate confirmari queunt, quam quæstiones vniuersales, idque ob duas itidem rationes. Prima quia particulares concluduntur in pluribus figuris, velut particularis aiens in prima, & in tertia figura, cum vniuersa affirmans, in sola prima figura cõcludatur: rursusque particularis negans, in omnibus figuris concluditur, vniuersa autem etiam negans in sola prima & secunda. Secunda ratio est quia particularis aiens, & per se ipsam, & per vni-

uersam etiam aientem suadetur quæ admodum hæc, aliqua voluptas est bona, & per se ipsam confirmatur, quia nimirum aliqua voluptas est delectabilis, & per vniuersam etiã, quia omnis voluptas est delectabilis, quia quemadmodum singulare continetur in vniuerso, ita etiam quod de vniuerso demonstratum est, de particulari confirmatum iudicatur. Vnde (inquit Arist.) concludendum est facilius esse aliquid refutare, quã cõfirmare, plura namque media ad illud præstandum se offerunt, & id haud dubie facilius est, ad quod efficiendũ plura media sese possunt offerre.

DE COPIA PRONVTIA torum paranda. Cap. 26.

IN secunda parte huius primi lib. instituit Arist. disputare de ratione in ueniendi medium ad omnem quæstionem propositam concludendam, quam disputationem exorditur a generali quadam diuisione. Eorum (inquit) quæ sunt, quædam nõ dicuntur de aliquo per se quamuis accidentario de eodem dici queant, cuiusmodi sunt singularia omnia, vt Socrates non dicitur de aliquo per se, & proprie, quamuis contingat accidentario, eundem de aliquo efferri, velut cum dicimus, veniens est Socrates. Alia vero sunt de quibus nihil synonyme dicitur, nisi forte iuxta aliquorum opinionem, & id genus existunt genera suprema, de quibus nihil prorsus synonyme prædicatur, nisi iuxta Platonicos duntaxat existimantes, ens, quemadmodum, & vnum, habere se velut genera quædam catego. ipsa vero de omnibus efferuntur. Tandem alia

sunt media inter ipsa genera suprema, & indiuidua, de quibus quæ superiora sunt enuntiantur, quæque rursus de sibi inferioribus dicuntur. Huiusmodi existunt animal, corpus animatum, & corpus, de corpore enim substantia dicitur, rursusque corpus ipsum de corpore animato sibi inferiori prædicatur, idemque est de aliis. Huiusmodi iacto fundamento illico, ac proponitur nobis aliqua quæstio exagitanda, attente sunt statim aspiciendæ ipsius partes, subiectum scilicet, & attributũ, his enim cognitis, maior se offeret propositionum copia, ad colligendam quamlibet conclusionem. Sũt igitur ad hoc præstandum quæ sequuntur theorematã diligenter accurateque obseruanda.

Principio proponendum est, &c. Primum theoremã est. Proponenda sunt tam subiecta, quam attributa, quæ etiam antecedentia, consequentia &

2. T

3. T

etia & repugnantia. Antecedentia dicuntur ex quibus aliqua consequuntur: consequentia e contra appellantur quæ ex aliis in recta argumentatione colliguntur, vt homo, v. g. est antecedens animalis, & animal est consequens eiusdem, apte enim procedimus ab homine ad animal, in hunc modum, homo est, ergo animal est. Et vt omnia vnico verbo complectamur, omne inferius, est antecedens respectu sui superioris, & e contra, omne superius, extat consequens respectu sui inferioris, licet enim in qualibet accurata argumentatione, ex inferiori colligere superius. Quæ nam rursus sint inter se repugnantia, fiet manifestum his diligenter inspectis, quæ rei consentanea sunt, & non hæc solum sufficit inuestigasse, tam quoad subiectum, quam etiam quoad attributum, nã præter hæc etiam vtriusq. proprietates, & diffinitiones inquirenda erunt.

2. The. *In consequentibus, &c.* Secundum theore. Distingui etiam debent ea quæ consequuntur subiectum, & attributum, quædam enim ex eis consequuntur subiectum vel attributũ secundum essentiam, hæc sunt, genus, differentia; ac tota simul diffinitio. Alia autem solum consequuntur hoc vtrumque secundum accidens, velut proprium, & commune accidens, nam risibilitas, v. g. accidẽtario consequitur hominem, sicuti, & calor, vel frigus, aliaque pene innumera accidentia, per accidens eũdem consequuntur. Ex his vero potestremis consequentibus, quædam consequuntur rem secundum opinionem, qualia sunt ea quæ probabiliter dumtaxat alicui rei attributur: alia vero secundum rem, cuiusmodi extant omnia necessaria.

3. The. *Sunt autem ea diligenda, &c.* Tertiũ. Ad concludendam aliquam quæstionem

ea deligi debent consequentia, quæ consequuntur totum antecedens, & non aliquã tantum eius partem. Quemadmodum si hoc nobis concludendum proponamus, nimirum, omnem hominem esse substantiam, nequaquam sũpturi sumus aliquid vel musicum, quæ vtraque aliquos dumtaxat, & non omnes homines consequuntur, quin potius accipere debebimus, animal, quod quẽlibet hominẽ cõsequitur. Ratio autẽ huius rei est quia consequens quod quoad solã partẽ sequitur constituit propositionem particularem: iã vero constitutũ reliquimus supra cap. 22. ex præmissis particularibus, nihil posse concludi. Et hoc ipsũ quod de consequenti docere desinimus, id ipsum penitus de antecedente etiam censendum esse iudicamus, de promi enim debent antecedentia quæstionis, quæ non partem tantũ, sed totum etiam consequens antecedant.

Nam vero sumendum, &c. Quartum theore. Nota vniuersa omnis nequaquã debet addi consequenti, sed potius antecedenti: nam id ipsum fieri debet, quod est effectum in simplicibus constituendis. Quemadmodum enim in illis, vt late docuimus 1. lib. de interpreta. cap. nota vniuersa nequit addi attributo, ita etiam minime eadem debent addi consequenti sed antecedenti dumtaxat. Imprimis quia si adderetur consequenti, nihil colligeremus: deinde quia fere semper illud existeret falsum, & impossibile, nam si ita dicamus homo est, ergo omne animal est haud dubie antecedens verum est, cum tamen consequens sit impossibile neque enim fieri potest omnem hominem esse omne animal.

Cum autem ab aliquo, &c. Quintum theore. Minime petenda sunt consequentia remota, sed potius proxima, co-

4. The.

5. The.

ma, co-

ma, eoque remota iam cerni possunt in proximis contenta. Sicut si concludere velimus huiusmodi propositionem, omnis homo est substantia, non est quod ad id accipiamus consequens aliquod remotum corpus v. g. animatum, sed ipsum potius animal quod extat consequens proximum, iam enim in animali cernitur ipsum corpus animatum inclusum, ac contentum. Id ipsumque in antecedentibus debet etiam observari, vt nimirum non usurpentur antecedentia remota, sed ea quae proxima sunt consequenti.

6. The.

Nam ad questionem scilicet. 6. Sextum. Ad concludendam questionem, ex iis rebus compositam, quae vt in plurimum eodem modo sese habent, existuntque verisimilia sicut etiam est inueniri media, quae verisimilia quoque censeantur, ac vt in plurimum ita sese habentia, debet enim intercedere quaedam affinitas inter praemissas, & conclusionem.

Nec vero ea, &c. Septimum. Volentibus concludere questionem aliquam, non est sumendum id quod consequitur tam subiectum, quam attributum. Ratio est, quia si medium consequeretur vtrumque & subiectum scilicet, & attributum, fieret vt in aliqua figura, (secunda v. g.) sequeretur conclusio, ex duabus aientibus, cuius contrarium docuimus nequaquam fieri posse. Nam si proponatur haec questio: num scilicet omnis homo sit particeps rationis, sumamusque vt medium, ipsum animal, quod consequitur vtrumque tam subiectum quam attributum, concludemus aliquid ex duabus aientibus, in secunda figura adhuc modum. Omne rationis particeps est animal: atqui omnis homo est animal ergo omnis homo est particeps rationis. Quod genus argumentandi non caret vitio, vt in superioribus ostendimus.

7. The.

DE INVENTIONE MEDIJ in ratiotinationibus.

Cap. 26.

Quae dicta sunt ab Arist. in cap. superiori exactius multo intelliguntur in hoc cap. quatuor propositis theorematibus, quibus edocemur, qua ratione inueniri possit medium ad quamlibet propositionem concludendam, tam aientem, quam negantem, tam vniuersam quam particularem.

Primum.

Eligitur, &c. Primum est. Ad concludendam propositionem vniuersam aientem, inueniri debet medium quod sequatur subiectum, & antecedit attributum,

velut si illaturi simus in recta consequentia propositionem hanc, omnis homo est substantia, deligendum est, animal, quod est consequens hominis qui est subiectum, & antecedens substantiae quae est attributum, ita vt hoc modo argumentemur. Omne animal est substantia omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

Secundum.

Si vero sit probandum, &c. Secundum. Ad inferendam propositionem particularem aientem, sumendum est medium

medium quod anteceditur utrumque tam subiectum, quam attributum: si cut si se offerat, concludenda huiusmodi propositio, aliquod animal est albu, sumi debet cygnus tanquam medium, cum & animal, & esse albu antecedit, & ita connectetur huiusmodi argum. in Darapti. Omnis cygnus est albus: omnis cygnus est animal: ergo aliquod animal est album.

Tertiū.

Quando vero, &c. Tertium theorema in duas secatur partes. Prima est si colligenda sit propositio vniuersa negans excogitandum erit mediū consequens subiectum, attributo autem repugnans. Ut si sit concludenda, exempli causa, hæc propositio, nullus homo est lapis, accipiendum erit ut medium, animal, hoc enim & consequitur hominem, & repugnat lapidi, quo accepto ita plane argumentabimur in celarent. Nullū animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Secūda pars. Ad eandē proposi. cōcludendam, etiam potest vsurpari medium, quod ē contra sit consequens attributi, & repugnet ipsi subiecto, velut si ad eam quam assignauimus propositionem concludendam, acciperemus animatum, quod consequitur lapidem, & repugnat homini, recte sane in hūc modum progredemur iuxta secundum modum secundæ figuræ Camestres. Omnis lapis est inanimatus, nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis.

Quart.

Quod si in aliquo, &c. Quartū theorema. Ad concludendam particularem negantem, debet vsurpari medium, quod & subiectum antecedit & attributo ipsi repugnet, sit v. g. cōcludenda huiusmodi propositio particularis negans, aliquod animal nō est album. Profesto ad hoc præstandum nihil aliud tanquam medium, aptius, & accuratius vsurpari poterit, quam coruus, hic enim, & ante-

cedit animal & albo repugnat quocerte assūpto velut medio, accurate procedem hoc pacto, iuxta secundū modum tertiæ figuræ. Nullus coruus est albus: omnis coruus est animal: ergo aliquod animal non est album.

Constituamus enim, &c. Hæc quatuor clarius multo conatur Arist. explicare adductis in medium his literis, ac elemētis. A, B, C, D, E, F, G, H, quorum singulæ suas obtinent significationes. A significat attributū quæstionis, E, subiectum eiusdem, B, indicat consequentia, C, antecedentia ipsummet attributum declarat, D, vero exprimit ipsi attributo repugnantia. Rursus, F, significat cōsequentia subiectum, G, id ipsum antecedentia denotat ac denique, H, eidem subiecto repugnantia declarat. Subiiciamus exempla horum omnium, singulis elementis propositis respondentia. Sit in primis attributum bonum, & voluptas subiectum ita ut dicamus omnis voluptas est bona: & assignati attributi consequentia statuatur, vt tile, optandum, prosequendum &c. antecedentia vero fœlicitas, valetudo secundum naturam, perfectum, & reliqua huiusmodi: ac denique eidem repugnantia imperfectum, fugiendum, noxium aliaque id genus. Rursus præfati subiecti (voluptatis scilicet) supponantur consequentia motus, actio, appetendum, & alia: antecedentia, sanitas, abundantia, gloria: ac demum repugnantia, morbus, labor, indigentia, timor, & si quæ sunt alia huiusmodi. Iuxta proposita elemēta confirmat Arist. in textu quæ nuper tradidit præcepta, verum quia facillimum erit cuilibet ex antecedētibus consequentibus, & repugnantibus exempla depromere illud explicare prætermisimus.

Faciliū
explicat.
horum.
4. The°

Ac in consequentibus, &c. Postquā Obseru.
Zzz Arist.

Arist. concludit variis argum. optime esse præfata præcepta à se constituta, circa inuentionem medijs ad quamlibet questionem, propositã, hoc animaduertit esse in consequentibus sumendis obseruandum, vt scilicet quæ vniuersaliora sunt accipiantur. Quomodo si concludendum occurrat, omnem hominẽ esse substantiam, non erit ad animal immediate confugiendum, sed corpus animatum, vel corpus ipsum erit usurpandũ, hoc enim pacto plura sese nobis offerent media, quibus attributum de subiecto concludere possimus. Nec dispar est de antecedentibus habenda ratio, sunt enim & inter ipsa etiam ea quæ vniuersaliora existunt deligenda. Hac enim ratione plura quoque media coaceruabimus, nam si ex magis vniuersis sequatur optime subiectum, & attributum, haud dubie quoque illud ex minus vniuersis colligetur: vt si homo sequatur ex philosopho, etiam ex Socrate colligetur: quamuis si ex vniuersalioribus neutrum illorum consequatur, certe ex minus vniuersis ipsum inferri nonnumquam poterit, sicut licet ex bipede quocunq. non sequatur homo, ex bipede tamẽ terrestri, idẽ optime colligi poterit.

2. Conf.

Apertum est autem, &c. iam ex dictis hætenus quadam consecutaria colligit Arist. Primum optime constitutum esse supra cap. 23. & 24. quãlibet ratiocinationem ex solis tribus terminis, duabusque propositionibus componi. Quod hinc sic manifestum, quia si in qua quis quæstione dantur duo termini, subiectum scilicet, & attributum, præter quæ inueniendum etiam est aliquod mediũ quo attributum concludatur de subiecto, tres proculdubio erunt in quibuslibet ratiocinatione termini, mediũ scilicet, maiusque ac minus extremum. Tum si medium tantum vni-

tur cum maiori extremo in propositione, & cum minori in assumptione, consequens est solas duas propositiones esse partes constituentes integram, ac perfectum syllogismum.

Omnes item conclusiones, &c. Secundum consecuta. Accurate etiam docuimus in superioribus tantũ esse tres syllogismorum formas assignatas, nam si medium verbum sequatur subiectum, & antecedit attributum est prima figura: si vtrumque antecedit, efficitur tertia figura: quod si sequatur attributũ, & repugnet subiecto tertia figura constituitur: atque ita solum dabuntur tres formæ syllogismorum, id quod aperte superest explicatum exemplis adhibitis in regulis superioribus, in quibus quædam extrema ita disponuntur cum medio, vt constituent primam figurã, velut in exemplo prioris theorematis: alia vero sic cum eodem copulantur, vt secundam figuram relinquunt constitutam, ac deum alia ita in vnum conueniunt cum ipso medio, vt tertiam figuram componant, sicut euenit in exemplo circa secundam partem 3. theorematis.

2. Conf.

Nec intellectu sumenda esse &c. Tertium consecutarium est, ea sola quæ adducta sunt præcepta esse ad medium verbum excogitandum accurata, nam reliqua quæ afferri possunt minus accurata iudicantur: primo enim si medium ipsum consequatur subiectum pariter ac attributum nihil colligemus: etenim argumentabimur in secunda figura, ex duabus aientibus, quod certe maximum est vitium. Vt si ad concludendam hanc propositionem vniuersam aientem, Omnis homo est particeps rationis, accipiamus animal, quod & subiectum (hominem scilicet) & attributum etiam consequitur, argumentemurque in hunc modum.

3. Conf.

2. Conf.
 dum. Omne particeps rationis est animal: sed omnis homo est animal, ergo omnis homo est particeps rationis. In qua ratiocinatione progredimur iuxta secun. figu. ex duabus aiētibus. Secun. præceptū. Si mediū assumatur, quod & attributū antecedat, & subie. repugnet nihil etiā colligitur, fiet enim inde vt argumētum in prima figura, ex assumptio ne negante, quod nulla ratione fieri debet, velut si ad concludendum, nullum lapidem esse animal, fumam hominem, qui & lapidi repugnat, & animal ipsum antecedit, argumentumque hoc pacto. Omnis homo est animal: at nullus lapis est homo: ergo nullus lapis est animal, in qua plane argumentatione in prima figura ex minore negante argumentatur. Tertium præceptum. Si mediū assumptum vtrique repugnet & subiecto scilicet, & attributo, nihil in optima consequentia inferretur, efficeretur namque vt ex duabus negātibus procederemus, quod in nulla figura effici aliquo modo potest. Ex his igitur constabit aperte solas leges quas nos perscripsim⁹ esse accuratas, quod idem manifestius etiam patebit aliarum duarum inutiliū medij excogitandi rationū detecto vitio.

3. Conf.
 Quod si eadem, &c. Prima est quando ad concludendam vniuersam negantem vsurpatur media consequentia vtrumque tam subiectum quam etiam attributum, ac inter se rursū pugnantia, vt si cōcludi debeat hæc propositio, null⁹ cygnus est coruus, & ad hoc præstandum sumantur tāquam media, album, & nigrum, que & vtriusque consequentia sunt, & si mul inter se opposita, ac repugnantia, iisque assumptis duæ huiusmodi connectantur ratiocinationes. Prima. Omnis coruus est niger: nullum album est nigrum: ergo nullum

album est coruus, quæ quidem est in secunda figura. Altera iuxta primam figuram hoc pacto componatur. Nullum album est coruus: omnis cygnus est albus, ergo nullus cygnus est coruus. Neutra certe harū ratiocinationum vitio caret, prima namque non concludit propositio nem, quæ erat concludenda, in secunda vero, propositio, & conclusio, vnum ac idem sunt, quare hæc ratio inueniendi medij inutilis erit.

Primum quod cura. &c. Primo quia non sumitur vnum medium, sed duo disparata: cum tamen vnus ratiocinationis, vnicum solum debeat esse medium: Secundo quia quando inferitur conclusio ex contrariis à nobis traditis, non colligitur propter ipsa, sed propter præcepta à nobis tradita, reuocatur enim hæc, ad secundum præceptū, nam nigrum sequitur coruum, & repugnat cygno.

Præterea si B, & G, &c. Secunda ratio inutilis est, quando ad concludendam particularem negantem accipimus media consequentia attributum, & antecedentia subiectum, ad inuicemque inter se repugnantia, velut si ad concludendum, aliquod corpus non esse hominē, vtamur animali, & lapide, tamquā mediis: idq. præstemus duobus effectis syllogismis, primo in secunda figura ad hunc modum. Omnis homo est animal: nullus lapis est animal: igitur nullus lapis est homo. Secundo vero iuxta tertiam figuram hoc alio pacto. Nullus lapis est homo: omnis lapis est corpus: igitur aliquod corpus non est homo. Hæc namq. medij excogitandi ratio nequit esse accurata, quia conclusio in his duobus syllogismis, non inferretur ex illis repugnantibus tanquam medijs assumptis, sed ex eo solum, quia refertur ad quartum præceptū

à nobis cōstitutū, in quo asserimus
sumendum esse medium, subiectū
antecedens, & attributo repugnans,
nam lapis antecedit corpus, homi-

niq. repugnat. Apertius igitur con-
stat ex vitio huiusmodi rationum
inueniendi medium, præcepta à no-
bis tradita esse maxime accurata.

DIGRESSIO CIRCA EA quæ ab Arist. enarrata fuerunt.

Hæc sunt quæ docuit Arist. in hoc
cap. de ratione inueniendi me-
dium verbum, quæ eadem, vt faci-
lius omnia memoriæ commendari
possint, confictis quibusdam voci-
bus suæ a nonnullis veteribus La-
tinis commodius explicata, in qui-
bus traduntur præcepta ad quam-
libet quæstionem concludendam,
tum etiam, & quæ ad id ipsum inuti-
lia & inepta sunt, exploduntur. Sūt
autem hæ, Fæcana, Cageri, Dafenes,
Hebare, Gedaco, Gebali, Febas, He-
das, Hecas. Circa quas occurrunt
nonnulla obseruanda. In primis vl-
timam vocalem indicare nobis quæ
conclusio possit in vnaqualibet ha-
rum vocum inferri, nam si, a, fuerit
innuit conclusionē iuxta illam vo-
cem illatam, fore propositionē vni-
uersam aientem, si i, esse particula-
rem aientem, si E, vniuersam negan-
tem, deniq. si extiterit, o, esse eandē
particularē negantē. Ob idq. iuxta
Fecana concluditur vniuersa aiens,
iuxta Dafenes, & Hebare, vniuersa
negans: tum iuxta Cageri, & Ge-
bali particularis aiens: denique iux-
ta Gedaco particularis negans. De
inde in vna quaque ex his vocibus
dari duas vocales, A, & E, è quibus
A, denotat attributum quæstionis,
E, vero eiusdem exprimit subiectū.
Rursus cum his vtrisque vniun-
tur aliquot ex sex consonantibus,
quæ hæc vocibus permixta serui-

tur, cum, A, quidem, B, C, & D, cum
E, vero, F, G, & H, quarum quidem
nulla alia assignatur significatio,
quam quæ eisdem fuit à nobis cum
Arist. in contextu tributa. His ani-
maduersis explicemus iam huius-
modi ex cogitandi medijs commo-
diorem artem. Præcipit igitur illa vt
cum primum aliqua quæstio agitan-
da proponitur statim inspiciatur vl-
tima vocalis, quæ indicat conclusio-
nem: deinde subiecta & attributa
per A, & E, significata perpendan-
tur, rursus consulantur consonan-
tes, vtramque vocalem concomitan-
tes, quæ quidem ostendunt nobis
(iuxta ea quæ perscripsimus) quæ
nam media sunt desumēda ad quæ-
stionem definiendam, & quæ extēt
antecedentia, quæ consequentia, &
quæ repugnantia. Dilucidemus rem
hanc vnicō exemplo. Fecana, v. g.
indicat nobis quo ad primum con-
clusionem iuxta ipsam inferendam
debere esse propositionem vniuersam
aientem, quia vocalis iam quam
desinit est A. Rursus consonans F,
antecedens vocalem E, exprimit cō-
sequentia subiecti, demum alia con-
sonans nimirum, C, concomitans
A, antecedentia attributi declarat.
Admonet igitur nos hæc vox Feca-
na, ad concludendam propositionē
vniuersam aientem, vnum & idem
nobis deligendum esse mediū, quod
& consequatur subiectum, quod in-

nuis

nuit litera initialis P, & anteceditat
tributum vt consonans, C, ante, A,
interiecta declarat. Vt si concluden-
da sit hæc propositio vniuersa, om-
nis homo est substantia, sumemus
animal, quod sequitur hominē qui
est subiectū anteceditq. substantiā,
quæ est attributum, atq. ita argu-
entabimur. Omne animal est sub-
stantia: omnis homo est animal: ergo
omnis homo est substantia. Quod
exemplum videtur nobis sufficere,
ad id vt facillimo negotio quilibet
intelligat quid iuxta quamlibet alia
rum vocum, & quo sumpto medio
huic arti insistentes concludere de-
beamus. Sed est animaduertendum
tres voces vltimo loco à nobis recē-
fitas denotare, tres alios inutiles mo-

dos medium ex cogitandi ab Arist.
propositos, Febas, quidem illū iux-
ta quem ad concludendam vniuer-
sam aientem assumitur medium cō-
sequens tam subiectum quam attri-
butum, qui quidem inutilis est vt
ex his quæ diximus cum Arist. con-
stat: Hec as, illum alterum qui iu-
bet eligi medium vtriq. tam subie-
cto, quam attributo repugnans: He-
cas denique denotat postremū illū
inutilem modū secundū quē desu-
mendum erit medium repugnans
subiecto, & antecedens attributum.
Omnes tamen propositos modos tā
vtiles quā inutiles in sequenti sche-
mate poterit quilibet aperte descri-
ptos intueri.



HANC METHODVM DE- feruire etiam ratiocinationibus ex hypothefi. cap. 28.

Non solum (ait Arist.) proposita methodus, per antecedentia, cōsequentia, & repugnantia, ad rectos syllogismos constituendos vsui extar, sed & ad hyporheticos etiam, ex transumptione, eosque qui ad incōmodum vrgentes appellantur componendos, deferuire eadem nobis potest. Huius rei ratio est quia eadem conclusio, quæ per rectam argumentationem colligitur, colligi quoque potest per argumentationē ad incōmodum ducentē, & ex trāsumptione: quare & idem medium in vtraque ratiocinatione vsui esse poterit. Quod vero eadem conclusio per hanc duplicem ratiocinationem inferatur, adductis vtriusq. in medium exemplis demonstrat, quæ tum quia aperta sunt, tū etiam quia iam superioribus capitibus à nobis proposita sunt hoc loco prætermissimus.

Hæc enim ab ea differt, &c. Post præfata exempla subiungit Arist. discrimen interueniens, inter hæc ratiocinationum genera, quo ad sumendū medium institutæ propositioni cōcludendæ accommodatū. Inquit ergo, argumentationem rectam ex eo differre ab ea quæ est ducens ad incōmodum, in sumendo medio, quia recta ratiocinatio, si concludere debeat aliquam propositionem veram, ex duabus veris propositionibus progreditur: ratiocinatio vero ducens ad incōmodum, etiam si veram propositionem illatura sit, vnam propositionem falsam, assumit, conclusionis scilicet, quam in-

ferre debet contradicentem, ex qua rursus vna cum alia manifeste vera aliquam aliam manifeste falsam infert, quo præstito relinquit confirmatum priorem illam quam nitebatur demonstrare esse manifeste veram.

In alijs quoque, &c. Distinguitur itidem ratiocinatio ex transumptione ab his vtriusq. in eodem accipiendo medio, quia in ipsa non est sumendum mediū à subiecto prioris quæstionis, sed ab eius dumtaxat subiecto in quam disputatio transfertur. Exemplum sit. Si quæstio sit, num omnia altra sint rotunda, non est quærendum medium ex astris ipsis sed ex luna potius, si ad ipsam quæstio transferatur, nam si luna fuerit rotunda, cum illius & aliorū sit vna & eadem ratio, & alia etiam erunt rotunda, idq. cōfirmare poterimus ratione in cap. 21. à nobis effectas.

Nonnulla tamen, &c. Constituit præterea Arist. ad concludendā vniuersam aientem, sumendum esse in terdum mediū, antecedens vtrūq. tunc scilicet quando termini subiectū & attributū pares sunt, & æquales inter se, vt si concludi debeat hæc vniuersa, omnis homo est animal, & ad id efficiendū accipiamus tamquam medium capax disciplinæ quod antecedit vtrumq. ita plane argumentabimur. Omne capax disciplinæ est animal: omnis homo est capax disciplinæ: igitur omnis homo est animal. Vnde regula assignata de vniuersis aientibus, tunc locū habebit, cum medium non erit par,

& æquale, alicui ex extremis. Iterū ad concludendam vniuersam negātem, cum termini sunt sibi inuicem pares, sumi debet medium; antecedens subiectum, repugnansq. attributo: velut ad concludendam istā propositionem, nullus homo est lapis, assumendum erit tanquam me-

dium capax risus, quod & hominem antecedit, cum eoque reciprocatur, & lapidi repugnat, vnde hoc pacto argumentabimur in Cæsare. Nullus lapis est capax risus: atqui omnis homo est capax risus: igitur nullus homo est lapis.

NULLAM ALIAM METHODUM præter hanc posse ad inueniendum medium excogitari.

Caput 29.

Methodum perscriptam inueniendi medium, valde commendās Arist. adeo illam necessariam esse ait, vt præter eam nulla equidem alia, quæ aptior sit, & accuratior excogitari queat, quod quidem huiusmodi argumento demonstrat.

Cum enim antea probatum sit, &c. Omnis ratiocinatio fit iuxta aliquā figuram ex nuper assignatis: sed nullæ aliæ possunt perscribi leges ad inueniendum medium in ijs figuris, præter eas quas tradidimus, deseruiunt enim illæ tam ad propositiones aientes, quam ad negantes, tam ad vniuersas, quæ ad particulares, quæ iuxta has figuras, sint cõcludendæ: igitur præter hanc artem nulla alia poterit adinueniri.

Omnium igitur, &c. Concludendū igitur erit, inquit Arist. methodum hanc esse generalem, & vniuersam, deseruiREQ. omnibus artibus, & di-

sciplinis, ac omni denique Philosophiæ parti, in omnibus enim illis erit excogitandum medium, ad quālibet quæstionem dirimendam, per tria illa quæ a nobis sunt assignata, antecedentia nimirum, consequentia, & repugnantia.

In singulis autem, &c. Sed quantumuis aliquis sit optime hac methodo instructus, nequaquam tamen putet (inquit Arist.) se illa sola sine ad miniculo aliarū artium, in quibus propria cuiuslibet rei principia explicantur, vt in Astrologia v.g. astrorum principia traduntur, posse in omnibus rebus inuenire mediū, ad hoc enim omnes illas probe nouisse debet, illæ namque præbebūt ipsi materiam ex qua instructus huiusmodi methodo, possit deligere medium ad quamlibet quæstionem definiendam.

IN QVO REPREHENDITUR methodus diuisionis. Cap. 30.

Qui-

Pri-
ratio-
reijci-
meth-
dus d-
sioai-

Quidam ex veteribus laudant maxime methodum, diuifionis tum ex maximo ipsius vfu ad difinitiones inueniendas, tum etiam ex summa eiusdem neceffitate, ad difinitionem de re difinita neceffario concludendam. Et quidem maxime illam conducere ad difinitiones, indagandas, non folum ingenue fatetur Arist. fed & accurate etiam confirmat infra 2. lib. de demonstratione: nihilominus tamen eandem omnino ineptam esse ad difinitionem, vel quidpiam aliud de difinita concludendum acute sane, ac diferte in hoc cap. demonstrat, animaduerso prius, methodum hanc esse veluti quandam particulam, ex ea que a nobis tradita est excifam, genus quippe attinet quodammodo ad confequentia speciem, at vero tunc methodum diuifionis in vsum reuocamus quando per diuifionem generis, ad difinitionem speciei progredimur. Quia igitur rationibus hoc suum ftitutum Arist. probat.

Prima ratio qua reijcitur metho. diuifionis,

Postulat enim, &c. Prima est, iuxta methodum diuifionis, vel non concludimus, quod concludere debebamus, vel si concludimus hoc preftamus postulato prius in assumptione, quod concludere tenebamus: huiusmodi ergo methodus vitiosa erit. Confequentia est aperta, confirmatur antecedens. Sic quaestio haec in dubium versa, num omnis homo fit particeps rationis, necne: cuius pars aiens per diuifionem concludatur. In primis certum est non fore illa per argumentu iuxta diuifionem effectum concludenda: nam ita argumentum connectatur. Omne animal vel est particeps, vel expers rationis: atqui omnis homo est animal: igitur omnis homo vel particeps, vel expers rationis: in quo certe non colligimus praedicta

propositione. Rursus esto quod illa concludamus, in assumptione tam petemus principium, dum hoc alio pacto argumentabimur. Omne animal est particeps, vel expers rationis: atqui homo non est animal expers rationis: ergo erit animal particeps rationis. In hac enim argumentatione, quis non animaduertat, peti in eius assumptione illud, quod in conclusione probandum supererat: nam non minus incertum relinquitur hominem esse expertem rationis, quam esse eundem rationis capacem.

Ac eum demonstrat, &c. Secunda est. Illa methodus est vitiosa, iuxta quam medium assumptu latius patet maiori extremo, in omni enim argumentatione legitima, medium, vel par, vel minus aliquoties esse debet ipso maiori extremo: at iuxta methodum diuifionis, assumi debet medium latius patens maiori extremo, genus nimirum, hoc enim in ipsa est medium, quod quidem latius patet qualibet differentia diuidente, qua secundum eandem methodum, est maius extremum: haec igitur methodus haud dubie vitiosa erit. 2. ratio.

Perspicuum est autem, &c. Tertia Methodus diuifionis vt in plurimu deseruire potest concludendae propositioni vniuersae aienti, nimiru difinitioni, aut differentiae de re difinita, non autem est vsui ad inferendam propositionem negantem, & quaestionem propriam, accidentisue dirimendam, haec namque non sunt quaestiones difinitionis: at illa argumentandi methodus qua omnis deseruire non potest, vitiosa ceteri debet, erit igitur etiam & methodus diuifionis vitiosa. 3. ratio.

Denique in quaestionibus omnibus, &c. Quarta Methodus diuifionis nullius est vsus ad indagandas species. 4. ratio.

rum differentias: ergo multo minus ad aliud quidpiam apta erit. Confirmatur consequentia, quia huiusmodi methodus solum laudabatur à veteribus proposita ipsius utilitate ad specierum differentias inuestigandas: antecedens vero sic suadet. Vel est nobis certum differentiam conuenire speciei, vel dubium potius, ut mortale v. g. competere homini. Si est certum, quid igitur interest beneficio diuisionis illud confirmare? quod si dubium extiterit, nequaquam illud per ipsam concludere poterimus, quod circa propositam quæstionem inferendum no-

bis erat, sed propositionem duxerat multum diuersam, quemadmodum in primo fuit ostensum: methodus igitur diuisionis inutilis erit. Obiter autem occurrit hic animaduertendū Arist. in hoc loco, nequaquam reprehendere diuisionem, cum illa sit instrumentū Dialecticū, & maxime necessariū ad cuiuslibet totius partes inuestigandas, tū etiā & ad nomenum auferendam ambiguitatem: sed solum demonstrare aduersus quosdam Platonicos, diuisionem non esse instrumentum ad concludendam diffinitionem, de re diffinita necessariam.

DE RATIOCINATIONVM resolutione. Caput. 31.

IN postrema parte huius lib. agendum erit de analysi, & resolutione syllogismorum imperfectorum, ad perfectos trium figurarū, ne in hac arte aliquid maneat, & imperfectū remaneat. Quod quidem duobus propositis theorematibus explicat Arist.

Ac principio quidē enitendum est, &c. Primum est. Omnis syllogismus debet resolui in duas propositiones nimirum in propositionem, & assumptionē. Quæ resolutio facilior est, quam ea quæ efficitur in terminos, dubium enim non est quin resolutio in partes maiores facilior sit, quā ea qua media resoluitur aliquid in partes minores. Verum quia aliquā donequit fieri hæc resolutio syllogis. in duas propositiones, vel quia vna deest, ut in enthymemate contingit, cui interdum vel propositio deest, vel assumptio: vel quia sumuntur multæ propositiones: in illis ar-

gumentationibus quibus aliquid deest, addi debet quod deest, ut ita retinere valeamus duas propositiones: in eis autem in quibus, aliquid redundat, auferendū illud erit, ut ita duas tantum propositiones relinquamus, quæ solæ sunt necessariae & non plures alias, vnde fit ut hęc argumentationes, quarum prima est. Non sublata substantia, non auferitur substantia: sed amotis partibus amouetur totum: ergo partes substantiæ erunt substantiæ: altera autem, si homo est, animal est: si animal est, substantia est, ergo si homo est substantia est. Sint necessariae, à quibus tamen rescari debent quædam propositiones, quin etiam & nonnullæ aliæ sunt eisdem addendæ ex quarum facultate colligi potest modum poterit conclusio. Et ita primam ratiocinationem hoc modo connectemus. Omne illud quo positum ponitur substantia est substantia: at positis

positis partibus substantiæ ponitur etiam ipsa substantia ergo partes eiusdem substantiæ etiam erunt substantiæ. Alteram hoc itidem alio pacto componemus. Quando posito primo, ponitur etiam medium, & medio statuto etiam statuitur & postremum, posito primo ponetur quoque postremum: atqui homo est quid postremum: animal vero quid medium, & substantia quidpiam postremum: ergo si ponitur homo ponetur animal & si animal ponatur, etiam & substantia ponetur, atque ita si homo ponatur etiam substantia ponetur.

Itaque non si quid. &c. Secundum theoremata. Dux illæ propositiones in quas syllogismus resoluitur, debent deinde resolui in tres terminos, ex quibus (vt iam sæpe docuimus) qui bis repetitur medium vocatur, qui cum medio in propositione sumitur, maius extremum nuncupatur, denique qui cum eodem in assuptione copulatur, minus extremum dicitur, ex quibus qua ratione tres syllogismorum formæ oriuntur non est cur iterum repetatur. Illud solum per transenam obseruandum ducimus, non omnes conclusiones posse iuxta omnes figuras colligi, sed quasdam iuxta vnam, alias iuxta aliam,

vt latissime superest in superioribus capitibus explicatum.

At enim fere fit, &c. Contingunt etiam nonnulli errores in syllogismis ex quibus aliquot solum proponemus. Primus est quando disponimus medium cum extremis, in modo, & in figura, nihil tamen concludimus, quia sumimus vtramque propositionem indefinitam, nullaque vniuersa nota affectam, dictum enim superest in qualibet argumentatione debere vnâ ex propositionibus esse vniuersam. Ob quam causam argumentatio huiusmodi non erit legitima, Aristomenes intelligibilis semper est: atqui Aristomenes, est Aristomenes intelligibilis, ergo Aristomenes semper est. In qua plane argumentatione conclusio falsa est, quia Aristomenes aliquando peribit, deestque præterea huic argumentationi aliqua propositio vniuersa. Vnde si recte argumentaturi simus, sic agemus? Omnis Aristomenes intelligibilis semper est: sed Aristomenes est Aristomenes intelligibilis, ergo Aristomenes semper est. In qua argumentatione propositio falsa est, & ita conclusio etiam est nulla. Aliud exemplum adducit Arist. de Micallo, quod quia est apertum prætermittimus.

Quidam error contingens in syllogismis.

IN QVO PROPONITVR

alius error. Cap. 32.

Alius error. Alius error (inquit Arist.) est quædo illud quod negatur à forma confirmamus etiam negari à paronymo, propter conuenientiam, quæ inter formam, & paronymum intercedit. Qui error in omnibus quidē figuris contingere potest, nos nihilo

minus tantum proponemus exemplum in prima, iuxta quam sic argumentabimur. Nulli sanitati potest inesse ægritudo: atqui omni homini potest inesse sanitas, ergo nulli homini poterit inesse ægritudo. Quæ profecto argumentandi ratio fallax est.

est, committiturque in ea error, nam concludimus de paronymo (hominem videlicet) nullam posse ipsi inesse aegritudinem, quod tamen sepe falsum est, nam formæ contrariæ ita sunt inter se affectæ, vt vna alteri in

esse nullo modo queat: at subiecto nequit y llo modo hoc cõuenire, potest namque illud vtrumque contrarium suscipere, & ita quamuis nulli sanitati possit inesse morbus, sano tamen ille inesse potest.

IN QVO QVAE DAM THEOREMATA traduntur. Cap. 33.

Nec vero, &c. Adducit Arist. nonnulla theoremata in hoc & reliquis cap. sequentibus reuocandis syllogismis deferentia. Primum est In syllogismis non quidem semper sumenda sunt extrema simplicia, sed vtendum erit interdum extremis cõpositis, vt euenit in hac ratiocinatione. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: omnis homo est animal particeps rationis; ergo omnis homo est capax disciplinæ, in qua tam medium, quàm maius extremum, sunt nomina composita ex

duabus vocibus.

Cum autem primum, &c. Secundum. In omnibus syllogismis non debet accipi omnes enuntiationes in recto, tam in aientibus, quam in negantibus, sed aliquando erunt accipiendæ in obliquo. Manifestum id est in huiusmodi syllogismo. Contrariorum eadem est scientia: sed bonum est contrarium malo: ergo mali, & boni eadem erit scientia. In quo quidem assumptio, tũ etiam & propositio casibus obliquis, & non solum rectis constant.

DE ALIIS QVIBVS DAM theorematibus. Caput 34.

Proponit Arist. aliud theoremata in hoc cap. in hæc verba.

Aliud
theor. 6.

Id autem, &c. Si aliqua dictio reduplicans admissa sit in syllogismo, nequaquàm illa addi debet medio, sed maiori extremo: vt si cõcludere velimus, omnis iustitiæ esse scientiam, qua bona est, sic plane argumentabimur. Boni est scientia qua bonum est: sed iustitia est bona: ergo iustitiæ erit scientia qua bona est.

Nec vero eadem, &c. Maximum (inquit Arist.) discriminè interest, vtrũ

quis probare instituat aliquam conclusionem cum reduplicacione, vel bñq. illa. Nam si absque reduplicacione velit quispiam confirmare, ac demonstrare esse iustitiæ scientiam, medium generale accipiet ens, vt pote, ex quo sic componet argu. Entis est scientia: at qui iustitia est ens: ergo iustitiæ erit scientia. Quod si cum reduplicacione cõfirmanda sit aliqua conclusio, non semper necessum est accipi generale medium, quin potius sumendum illud

illud erit aliquo modo contractum quemadmodum in argumento superioriori id præstitum cernere ac inueniri poterit qui voluerit.

IN QVO ALIA R V R S V S
theoremata adducuntur. Cap. 35.

Alia theorema- ergo.

1. Theo. *Nomina etiam, &c.* Primum theoremata est. In resoluendis syllogismis, sumenda erunt nomina, & orationes faciliores, quæ effectam rationem clarius multo, explicatam nobis proponant.

2. Theo. *At vero quia, &c.* Secundum theoremata. Maxime attendi debent nomina quæ nepe ratione componant enuntiationes, quæ ipsarum rationum partes exsistunt, nam si inferri debeant hæ conclusiones, voluptas est bonum, & voluptas est ipsum bonum aliter disponendum est medium in vna ratiocinatione, aliterque in alia. Ad primam enim colligendam sumi debet bonum absolute prolatum, ita vt hoc modo progrediamur. Omne appetendum est bonum: at qui omnis voluptas est appetenda: ergo omnis voluptas erit bona. Illatur autem secundam non erimus accepturi bonum absolute prolatum, sed vna cum alia dictione scilicet ipsum adhunc modum. Omne appetendum est ipsum bonum: at qui omnis voluptas est appetenda: ergo omnis voluptas erit ipsum bonum.

3. Theo. *Nec vero hæc, &c.* Tertium theoremata. Non parum obseruandum est quæ ratione disponantur ad inuicem enuntiationes in ratiocinationibus, multum enim hoc interest, vt videre est in his duabus enuntiationibus. Cui inest animal, omni inest sentiens, & cui omni inest animal, inest sentiens. Hæ enim valde inter se sunt diuersæ, & ratio est quia prima pars prioris, est propositio indefinita quæ eadem in secunda existit propositio vniuersa, at propositio, indefinita, & vniuersa non parum distinguuntur, vt omnibus est perspicuum.

Nec vero existimandum est, &c. Reddit Arist. rationem quare in tota hac disputatione fuerit vsus literis, & elementis, ait que illam esse, quia videtur res hæc multo facilius huiusmodi ratione explicata. Nam licet in literis secundum se nullo modo quæant verum, aut falsum reperiri, dubium tamen non est quin eadem in ipsis, prout loco rerum sumuntur, inueniantur, quod quidem ipsi in præfati disputatione effecimus. Vt enim Mathematici qui in linea ab omni qualitate sensibili abstracta versantur, vt quæ ipsi de huiusmodi linea docent facilius discipuli mente complecti possint, eadem in lineis sensibus obiectis explicare conueniunt: ita etiam nos, vt quæ hactenus tradidimus minori cum difficultate addisci, ac intelligi possent, huiusmodi literis & elementis ea illustrauimus.

Quare in hoc opere, vsus fuerit literis.

SIL-

SYLLOGISMOS HYPOTHETICOS difficile reuocari ad modos figurarum. Cap. 36.

Iam enitendum non est, &c. Oſtendit Ariſt. ſyllogiſmos ex hypotheſi non poſſe ad certam figuram, & modum reduci, velut ſiquis probaturus contrariorum non eſſe eandem facultatem, poſtularet prius concedi ſibi contrariorum non eſſe eandem ſcientiam quo obtento in hunc modum progredetur. Salubris & inſalubris non eſt eadem facultas: ut qui ſalubre & inſalubre ſunt contraria, ergo contrariorum non eſt eadem facultas. Ac præterea. Contrariorum

non eſt eadem facultas, ergo neque eadem erit ſcientia. Huiusmodi ratiocinationes (inquit Ariſt.) ac reliquæ id genus ex hypotheſi progredientes, nimis difficile, ac vix quidem, ad aliquam figuram reduci queunt. Quamuis enim prior ſyllogiſmus, qui pars eſt hypothetici ad aliquam figuram reduci poſſit, totus nihilominus ſyllogiſmus, nequit ſecundum omnes ſuas partes ad aliquam figuram reuocari.

QUARATIONES SYLLOGISMI effecti iuxta tres præfatas figuras debeant mutuo inter ſe reſolui.

Cap. 37.

Explicat Ariſt. quomodo ſyllogiſmi iuxta tres præfatas figuras conpoſiti, ac ordinati, poſſint viciffim reſolui. Et quidem aliqua attingit Ariſt. in hoc cap. de modis ſecundæ, & tertie figure, quomodo nimirum ſyllogiſmi iuxta ipſos effecti, reuocandi ſit, ad primæ figure modos, quæ nos ob eam cauſam hic prætermittenda eſſe putamus, quia abunde factis de huiusmodi argumento ſupra in primis ſcilicet lib. huius capitibus, actum fuiſſe exiſtimamus. Tantum itaque inſtituimus agere hoc loco cum ipſo de reuocatione ſyllogiſmorum, qui iuxta primam, & ſecundam figuram componuntur ad

ſyllogiſmos iuxta tertiam figuram effectos: ac demum de reductione ſyllogiſmorum tertie figure ad ſyllogiſmos ſecundæ.

Nam ſi, a, in nullo, b, Ex prima figura ſoli duo modi, celarent ſcilicet & Ferio, in ſecundam reſolui poſſunt, quia hi tantum duo inferunt conſiſionem negatam, quæ in ſola ſecunda figura poteſt inferri. Hoc autem pacto illi reſoluuntur quod, Celarent, ad Caſare, & Ferio, ad Feſti non, proſitione in vtroque ſimpliciter conuerſa reuocatur.

Nec ita qua in tertia figura, &c. Dein de ex eadem prima figura ſoli etiam duo modo Darij nempe, ac Ferio ad tertiam

fram figuram reduci quæ ut, ita qui dem quod Darij ad Darysi, Ferio ve ro ad Ferison reuocetur, eo quod hi duo modi colligant conclusionem particularem, quæ in tertia dumtaxat figura colligi potest. Hoc vero modo id efficiendum est, vt conuertatur proposi. particularis aies, quæ est semper in hoc vtroque modo assumptionis conuersione in totum, in aliam particularem aientem. Neque in vno solo, sed in alio etiam id ipsum præstandum est.

Ex his autem quæ in figura media, &c. Expositis quæ ad primam figuram attinent, comparat iam Arist. secundam cum tertia, constituitque ex secunda figura solum modum Festino posse resolui in tertiam figuram, nam cum in ea râtum inferatur propositio particularis, nulla autem huiusmodi in Cesare, atque in Camestres colligatur, & Baroco prætereasit modus, qui licet inferat conclusionem particularem, conuerti tamen non potest, quia constat assumptione par-

ticulari negante quam cum nulla alia reciprocari posse iam supra docuimus, consequens plane sit, solum modum prædictum Festino scilicet, ad illum tertium figuræ modum qui Ferison dicitur, reduci posse vtraque propositione in totum conuersa.

Resoluntur etiã in mediam, &c. Tandem ex tertia figura duo modi Felapton, & Ferison ad secundam reuocari poterunt, hi enim soli huius figuræ modi colligunt propositionem negantem, quam sol in, secunda figura inferri cuihbet est manifestum Bocardo autem nullo modo reuocabitur, quamuis in ferat propositionem negantem, quia constat propositione particulari negante, nullo pacto in aliquam aliam conuertibili. Felapton igitur reducit ad Festino conuersa propositione simpliciter, assumptione vero ex parte: Ferison autem ad eundem etiam Festino reuocandus est vtraque tamen propositione simpliciter reciproca.

DE PROPOSITIONIBVS in finitis in argumentatione.

Cap. 39.

IN vltimo cap. agit Arist. de propositionibus in finitis in argumentatione qua scilicet ratione sit ex eis connectenda argumentatio. In principio autem cap. ostendit non esse vnum & idem hoc duplex pronuntiatum, hoc est non album, & hoc non est album: ac præterea huic affirmationi, homo est albus, non esse oppositam hanc propositionem attributi infiniti, homo est non albus, sed hanc negationem eiusdem attributi, homo non est albus, quod confirmat tribus argu-

Discri.
interq.
pronun.

Nam eodem modo, &c. Primum est, i. Arg. Hæ duæ propositiones, homo est albus, homo est non albus, habent se velut hæ alia duæ, homo potest currere, homo potest non currere: atqui hæ duæ postremæ sunt ambæ simul veræ, idem namque homo habet potentiam vt currat, & vt non currat, & ex consequenti nõ sunt inter se contrariæ, quia duæ contrariæ nequæunt eidem rei simul conuenire: igitur neque illæ duæ primæ erunt sibi contrariæ.

Nec idem valent, &c. Secundum argu. Hæ

in Con-
firma.

Secun.

argum. Hæ duæ propositiones lignum est non æquale, & lignum nõ est æquale, sũt quemadmodũ duæ primũ propositiæ: atqui hæ duę sũt propositiones multũ inter se diuersę, negans enim affirmatur etiam de re quæ non est, affirmans vero supponit lignum esse, ergo duæ illę primę erunt etiam propositiones inter se multum diuersæ.

Tertiũ.

Iam hæc non simul, &c. Tertium argum. Hæ duæ propositiones lignum est non album, & lignum est album sunt similes propositionibus à nobis constitutis: atqui hæ duæ multum inter se differunt yna enim ea

rum indicat lignum debere esse eanimirum quæ est affirmans: altera vero, negans scilicet, etiam dicitur de ligno, quod non est: ergo & duæ illæ primæ etiam erunt inter se multum diuersæ.

Porro huic ordinem, &c. Explicat iam Arist. quam consecutionem habeant pronuntiata finita cum infinitis. Prius tamen constituit duos ordines in quorum primo continetur propositio aiens, attributi finiti & negans attributi infiniti; in altero vero collocatur propositio negans attributi finiti, & affirmans attributi infiniti.

Est Bonum,

Non est bonum,

Non est Bonum,

Est non Bonum,

Theo.

Iuxta hos ordines tradit Arist. quę sequuntur theoremata. Primum in his verbis:

Sane in re quavis, &c. De qualibet re verum est dicere illam esse bonã, vel non bonã, de nulla tamen vtrumq. simul dici potest, quia de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul.

2. The.

Ac in quacunque re, &c. Secundum in his ordinibus assignatis ex affirmationibus optime licet inferre negationes, non tamen è conuerso, ad hunc vt modũ quidẽ ex affirm. attributi finiti possumus colligere negationem attributi infiniti. Velut recte colligitur: cygnus est albus ergo cygnus nõ est nõ albus: ac rursus ex affirmatione attributi infiniti recte inferre negationẽ attributi ad hunc modum, æthyops est non albus, ergo æthyops non est albus.

3. The.

Constat etiam in nulla re, &c. Tertium theore. In his ordinibus duæ enuntiationes è diametro oppositę

aiens scilicet attributi finiti, & aiens attributi infiniti, nequæ unte eidem rei conuenire, nequit enim vnum, & idem, esse album, & nõ esse album quamuis duæ aliæ è diametro oppositæ possint interdum eidem conuenire. Idem vero iudicium (inquit Arist.) proferendum erit de propositionibus infinitis, & finitis: atque ita eadem theoremata erunt obseruanda.

Est vero & illud plane, &c. In vltima parte huius cap. explicat Arist. consecutionem quæ inter finitas, & infinitas propositiones reperitur. Prius tamen supponit tres hypothesis quarum prima est, sumendos esse duos terminos, vnum finitum, & alterum infinitum, vt animal, nõ animal. Secunda est sub his duobus terminis sumi debere alios duos vnum finitum, & alterum infinitum vt homo, non homo. Tertia est. Ex

his ter

his terminis posse nos aliquos alios inferre, non tamen e conuerso, quod qua ratione fiat explicamus his theorematibus.

Nonnulla Theorema.

Profecto ipsum &c. Primum **theorema**. Ex non animali recte colligimus non hominem, vnde ex termino infinito generis, optime colligimus terminum infinitum speciei, quia negato genere etiam & species negari debet. Secun. Ex termino infinito speciei, non possumus colligere terminum infinitum generis, velut ex non homine, non recte colligimus non animal, quia negata specie, non negatur genus, cum possit illud in alia specie reperiri. Tertium. Ex attributo finito generis, & infinito speciei, optime licebit colli-

gere attributum finitum alterius speciei, sub eodem genere contentę, vt ex animali, & non homine, optime colligimus leonem, quia leo est animal, & non est homo. Quartum. Ex termino infinito generis, & speciei, colligere licet terminum infinitum alicuius attributi superioris, vt ex non animali, & non homine licet colligere plantam, quia planta neq. est animal, neq. homo. Hęc theoremata illustrata sunt ab Arist. (iuxta retentam consuetudinę) medijs quibusdam elementis, quę eadem nos maioris explicationis gratia in vocibus significantibus explicuimus. Sicq. finē huic primo lib. æquum est vt imponamus.





COMMENTARIA
IN SECVNDVM LBRVM
de priori analysi.

EODEM R. P. Fr. DIDACO MASIO
Valentino Vilarealensi ordinis Prædicatorum auctore.

EVNDEM SYLLOGISMVM
posse inferre varias conclusiones.
Caput I.

COMMENTARIA.



QVOD primū in hoc cap. Arist. docet, est vnum & eundem syllogismum posse inferre varias conclusiones, vnā in primis directe, & aliam deinde indirecte. Sit exemplum in hac argumentatione. Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. In hac ratiocinatione eam propositionem quæ illata est, directe profecto intuemus, illius autem conuertentem nimirum hanc, ergo aliqua substantia est homo indirecte colligere possemus. Circa quem modum inferēdi ex eodem syllogismo varias con-

clusiones, offert se hic obiter obseruandū, ipsum minime posse deferre illis modis qui inferunt conclusionem particularem negantē, quæ quidem conuerti nequit.

In vniuersalibus autem, &c. Potest & alio modo syllogismus varias inferre conclusiones, quando scilicet proposito primum quolibet syllogismo, sumptoq. deinde aliquo inferiori, vel sub medio verbo, vel sub minori extremo concludimus de illo maius extremum illius argumentationis. Velut hic syllogismus. Omne corpus est substantia: omne animal est corpus: ergo omne animal est substantia. Concludit virtute has duas conclusiones prima est, omnis lapis est substantia, & altera omnis homo est substantia. Nā sumpto in primis sub medio, quod est corpus

corpus, ipso lapide, colligemus primam conclusionem ad hunc modum. Omne corpus est substantia: omnis lapis est corpus: ergo omnis lapis est substantia. Alteram vero hoc alio pacto inferre poterimus nimirum sumpto homine sub minori extremo hac ratione. Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Animaduertit tamen Arist. solos syllogismos vniuersos posse iuxta hunc modum colligere duas pro-

positiones, illos vero qui particularem inferunt conclusionem nulla ratione posse eandem concludere, ac inferre: eo quod in hoc genere concludendi, conclusio debet constitui propositio, in aliqua argumentatione, at in prima, & in secunda figura, non potest propositio esse particularis. Vnde modi particulares concludent quidem duas conclusiones iuxta primum præceptum, non autem iuxta secundum.

QVA RATIONE EX FALSIS sequatur verum. Caput 2.

Altera facultas syllogismorum est, vt falsum possit in eis inferre verum, quod nititur Arist. ostendere in capitibus sequentibus. Cæterum antequam hoc demonstret, constituit tamquam verissimū fundamentum, ex veris nulla ratione posse inferri falsum, quod ad hunc modum confirmat Arist.

Principio igitur ex veris, &c. Si ex antecedente verò sequeretur consequens falsum, fieret vt idem simul esset, & non esset: atqui hoc est omnino impossibile: ergo ex antecedente verò non potest inferri consequens falsum. Confirmatur propositio. Sit hæc legitima argumentatio. Homo est, ergo animal est, & antecedens sit verum, consequens vero falsum: ergo contradicens consequens erit propositio vera quæ est animal non est: atqui ex eo quod, non est animal, sequitur etiam quod non est homo, & antea erat verum antecedens hominem esse: ergo si ex vero antecedente colligeretur consequens falsum, sequeretur vt idem simul esset, & non esset. Hoc itaq. constituto fundamento antequam pro-

ponamus theoremata animaduertendum erit quasdam propositiones vocari simpliciter veras, & alias ex parte tantum veras. Prioris generis sunt illæ quarum contrariū est simpliciter & absolute falsum, velut hæc propositio omnis homo est animal, est vera simpliciter, eo quod illius contraria, nimirum nullus homo est animal, est simpliciter & absolute falsa. Posterioris generis propositiones illæ extant quarum contrarium ex parte tantum falsum est, sicut hæc propositio omnis homo est candidus, est vera ex parte, quia illius contraria scilicet nullus homo est candidus, est falsa ex parte. Sit iam primum theoremata.

Ex falsis autem verum, &c. In prima figura ex vtrâq. propositione, vel simpliciter, & absolute, vel ex parte tantum falsa, colligitur conclusio simpliciter, & absolute vera. In primis ex vtrâq. absolute falsa vt in hac argumentatione. Omnis lapis est animal: sed omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Deinde ex vtrâq. falsa tantum ex parte, vt in hac alia ratiocinatione. Om-

ne. Omne album est animal: omnis homo est albus: ergo omnis homo est animal.

Quod si alterum modo, &c. Secundū theore. in duas distributum est partes. Prima est. Ex propositione simpliciter & absolute falsa, non sequitur conclusio vera, sed falsa, licet id in hoc syllogismo perspicere. Omne animal est lapis, omnis homo est animal, igitur omnis homo est lapis. In quo quidem propositio, est simpliciter, & absolute falsa, atq. ita infert etiam cōclusionem simpliciter falsam. Secun. p. eiusd. theore. Propositio falsa ex parte potest inferre conclusionem veram vt conspicuū est in hoc syllogif. Omne animal est album: omnis cignus est animal, ergo omnis cignus est albus. In quo ex propositione, vera dumtaxat ex parte, licet & ex parte tantum falsa

colligimus conclusionem simpliciter veram. Rursus ex propositione simpliciter vera, assumptione autē simpliciter falsa colligimus conclusionem simpliciter veram. Subijcimus exemplum. Omnis homo est animal, omnis equus est homo, ergo omnis equus est animal.

In ratiocinationibus, &c. Tertii. theore. In modis concludentibus conclusionem particularem, ex duabus conclusionibus omnino falsis, aut ex parte vel ex vna vera, & altera falsa colligitur conclusio vera. In primis ex duabus falsis, vt omnis lapis est animal: aliquis homo est lapis: ergo aliquis homo est animal: deinde ex vna vera & altera falsa, vt omne album est animal: quidam homo est albus, ergo quidam homo est animal.

DE SECUNDA FIGURA

Caput 3.

Circa secundam figurā vnicum dumtaxat se offert præceptum quod huiusmo. est. *In media vero figura.* In omnibus modis ex ambabus propositionibus falsis aut omnino, aut ex parte, vel ex vna vera, & altera falsa, aut omnino, aut ex parte, sequitur conclusio vera. Exē

plum primi, hæc argumentatio esse potest. Omnis lapis est animal: nullus homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Secundi vero hæc alia. Omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo.

DE TERTIA FIGURA

Caput 4.

Vnicū solum occurrit etiā circa tertiam figuram præceptum, scilicet ex duabus sumptionibus, aut omnino, aut ex parte tantum falsis, vel ex vna iterum vera, & altera falsa, inferendam esse conclu-

sionem veram. Primum quidē manifestū apparet in hac ratiocinatione. Omnis lapis est homo: omnis lapis est animal, ergo aliquod animal est homo. Secundum vero in hac alia apertum est. Omnis homo est animal.

animal: omnis homo est equus, ergo aliquis equus est animal.

Hinc igitur perspicuum est, &c. Ex his colligendum est (inquit Arist.) conclusionem falsam debere necessario inferri ex aliqua propositione falsa: conclusionem autem veram inferri posse ex veris, & ex falsis pro-

positionibus. Tandem constituit Arist. non posse aliquod pronuntiatum inferri ex duabus contradicentibus, ut hoc pronuntiatum, animal est, nequit ex his duabus contradicentibus inferri, nimirum homo est, & homo non est.

DE TERTIA FIGV-

ra. Cap. 5.

Tertia facultas syllogismorum est, quod ipsis medius probamus nonnunquam aliquid in orbem: Est vero hoc genus argumentationis, quando proposito aliquo syllogismo, ex conclusione illius, & propositione, confirmamus assumptionem: deinde vero ex eadem conclusione, & assumptione, confirmamus propositionem.

Exempli gratia &c. Explicatur hoc aperitissime in hac argumentatione. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: omnis homo est animal particeps rationis: ergo omnis homo est capax disciplinæ. Huius ratiocinationis assumptionem sumpta primum cōclusionem ipsius, ac deinde eiusdem propositione in locum assumptionis subiecta, sic iterum confirmamus. Omnis homo est capax disciplinæ: at quidquid est capax disciplinæ est particeps rationis: igitur omnis homo est particeps rationis. Rursus sumptis assumptionem & conclusionem ratiocinationis prius effecte ita demum eiusdem propositionem demonstramus. Omnis homo est particeps rationis: omnis homo est capax disciplinæ: ergo omne animal capax disciplinæ erit particeps rationis.

Quæro in secunda figura, &c. Docet

Arist. dari etiam in secunda figura syllogismum in orbem in duobus modis prioribus. Exemplum primi esse potest hæc ratiocinatio. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Secundi autem hæc alia. Omne animal sentit: nullus lapis sentit, ergo nullus lapis est animal. Omittimus autem huiusmodi ratiocinationes in orbem confirmare, quia facilis erit vnicuique id efficere iuxta modum, quod id de syllogismis primæ figuræ superest nuper effectum. Prætereundum tamen non erit in duobus modis particularibus huius eiusdem figuræ, cum propositione constent vniuersa, nullo pacto posse hoc præstari, alioquin enim cum in eis vtriusque assumptio, & cōclusio, sint particulares, si ex assumptione & conclusione colligenda esset propositio, ex conclusionibus particularibus colligenda esset conclusio vniuersa quod quidem falsum esse iam primo lib. docuimus.

At in figura media, &c. In tertia quidem figura in duobus primis modis nequit aliquid in orbem concludi quia assumptio in eis est vniuersa, at assumptio vniuersa, nequit colligi nisi ex propositionibus vniuersis, & ita cum conclusio in eisdem

fit particularis, non poterit sumi loco propositionis ad concludendam assumptionem. In Disamis tamen potest concludi propositio ex assumptione vniuersa, & conclusione ad hunc modum. Aliquid animal est homo: omne animal est sentiens, ergo aliquid sentiens est homo. Ita concludetur propositio. Aliquid sentiens est homo: omne sentiens est animal: ergo aliquid animal est homo. In Darisi etiam cum sit assum-

ptio particularis non potest concludi in hac figura, sed in prima per conuersionem conclusionis. Ut omne animal est sentiens, aliquid animal est homo: ergo aliquis homo est sentiens. Assumptio hac ratione concluditur ex propositione vniuersa, & conclusione. Omne sentiens est animal: aliquid sentiens est homo, ergo aliquis homo est animal, & per reciprocationem, ergo aliquid animal est homo.

DE RECIPROCATIONE syllogismorum. Cap. 6.

Quarta syllogismorum vis, & natura est, ut adinuicem reciprocetur, quæ quidem ipsorum reciprocatio, nihil aliud est, quàm sumpta aduersa conclusionis, & propositione eiusdem argumenti loco propositionis, colligere aduersam assumptionis: vel supra eadem aduersa conclusionis loco propositionis, & assumptionem, colligere contradicentem propositionis. Ut in hac argumentatione. Omne animal est substantia: omnis homo est substantia: ergo omnis homo est substantia: argumentatur ita per reciprocationem iux-

ta præceptum, concludentes in primis aduersam assumptionis in Cameltes hoc modo. Omne animal est substantia: nullus homo est substantia: ergo nullus homo est animal. Colligimus præterea contradicentem propositionis, quæ est hæc, aliquid animal non est substantia, ad hunc modum in Felapton. Nullus homo est substantia: omnis homo est animal, ergo aliquid animal non est substantia. Quæ quidem ratio conclusionem colligendi, non tantum obseruatur in prima figura, sed & in aliis etiam.

DE SECUNDA FIGURA. Caput 7.

Regu.
cir: a
me. vni-
uer.
2. Figu

IN secunda figura in modis vniuersis, eadem est ratio, nam ex conuersa conclusionis cum propositione colligitur aduersa assumptionis: itemque ex eadem aduersa conclusionis cum assumptione inferitur contradicentem propositionis. In

modis vero particularibus semper debet sumi contradicens conclusionis, per quam possimus euertere vnamquamque assumptionem, colligentes illius contradicentem, eo modo quo dictum est in modis vniuersis.

Regu.
mo. par.
eius des

DE

Exe
argu.
cen.
in co
in 1,6

Ere
eius
a, fig

DE TERTIA FIGURA.

Caput. 8.

IN tertia figura quia conclusio semper extat particularis semper quoque sumenda est conclusionis contradicens, quæ semper etiam constitui debet propositio in syllogismo reciprocationis, per eam

que vna cum assumptione possumus euertere propositionem in prima figura, vna vero cum propositione assumptionem in secunda figura aduersam aut contradicentem colligentes.

Præcep. obser. in 3. figura

DE SYLLOGISMO DVCENTE

ad incommodum. Cap. 9.

Quinta facultas syllogismorum est ducere ad incommodum. Tunc autem id, syllogismus aliquis præstat, quando ex contradicente conclusionis, quam nitebamur ostendere, & aliqua alia propositione manifeste vera, inferimus aliquam manifeste falsam: ex cuius falsitate colligimus rursus priorē illam fuisse manifeste veram. Vt si simus probaturi aliquod animal esse album, si quis hoc neget ita argumentabimur. Hæc conclusio est falsa, ergo eius contradicens, nullum animal est album erit manifeste vera. Tunc iuncta cum hac propositione hac alia enuntiatione manifeste vera, loco assumptionis, omnis v. g. cyg-

nus est albus, ita argumentabimur in celarent. Nullum animal est album, omnis cygnus est animal, ergo nullus cygnus est albus. Nunc sic. Hæc conclusio est manifeste falsa, ergo etiam aliqua ex propositionibus erit manifeste falsa, non assumptio, quæ quidem est omnino vera, ergo propositio: iam ergo contradicens illius, aliquod animal est album, quæ erat propositio quam antea nitebamur ostendere erat manifeste vera. Differt autem hic syllogismus à syllogismo per reciprocationem, quia in illo possumus sumere vel aduersam, vel contradicentem conclusionis: at in hoc tantum licet accipere contradicentem conclusionis.

Disert. h. ius syl lo. ab eo que est per reci proca.

Exem. argu. du cen. ad in com. in 1. fig.

DE SECUNDA FIGURA.

Cap. 10.

IN media autem figura. In secunda figura hic etiam fit syllogismus, vt si probandum fuerit omnem plantam viuere, ita argumentabimur. Hæc est falsa, ergo eius contradicens erit vera, aliqua planta non viuere. Sumpta igitur

alia propositione manifeste vera. Quidquid scilicet alitur & augetur viuere, ita argumentabimur. Quidquid alitur & augetur viuere: sed aliqua planta non viuere, ergo aliqua planta neque alitur, neque augetur. Hæc conclusio est manifeste falsa,

Aaaa 4 ergo

Regu. mo. par. eius de s. s. r.

Exem. eius in a. figura

ergo etiam aliqua ex propositionibus falsa erit, non propositio, ergo assumptio: iam igitur illius contra-

dicens quam conabamur ostendere, nimirum omnis planta viuit, erat manifeste vera.

DE TERTIA FIGURA. Cap. 11.

Denique in tertia figura etiam hic syllogismus efficitur. Velut si probandum sit aliquod album esse animal aduersus aliquem qui illud neget huiusmodi utemur argumento. Hæc præfata enuntiatio continet in se falsum, ergo eius contradicens erit vera, nullum album est animal. Tunc sic argumentor sumpta aliqua propositione manifeste

vera. Nullum album est animal: aliud quod album est cygnus, ergo aliquis cygnus non est animal. Hoc consequens est falsum, ergo aliqua ex propositionibus debet etiam esse falsa, non assumptio quæ est manifeste vera, ergo propositio. Iam igitur propositio illa prima quam nitebamur ostendere erat haud dubie vera.

DE COMPARATIONE SYLLOGISMI DIRECTI & DUCENTI AD INCOMMODO- dum. Caput 12.

Primum discriminè inter hæc duo syllogis. genera interueniens est quod syllogismus ducens ad incommo- dum aliquando sumit propositionem falsam ut conuincat aduersarium: directus vero semper sumit veram ad concludendum vere. Secundum est fere idem. Syllogismus demonstratorius semper progreditur ex veris: at vero syllogismus ut

gens ad incommo- dum interdum procedit ex falsis. Tertium est. In directo syllogismo non est necesse nouisse conclusionem esse veram, & eius contradicentem esse falsam, quod tamen est necesse in syllogismo per incommo- dum. Vltimum. Quæ probantur syllogismo directo probari possunt per incommo- dum & è conuerso.

DE RATIOCINATIONE ex contrariis. Cap. 13.

Perspicietur autem hæc via &c. Ratiocinatio ex oppositis est quando ex duabus enuntiationibus oppositis inferitur conclusio in qua idem negatur de se ipso, quæ quidè

nequit fieri in prima figura. Imprimis non in modis aientibus, eo quod in his ambæ propositiones affirmant, in hac vero argumentatione vna saltem debet esse negans. Dein de ne-

de neque in negantibus, quia in prima figura medium est subiectum in propositione, & attributum in assumptione: at in hac argumentatione idem est subiectum & attributum. Efficitur itaque hoc genus syllogismi in sola secunda figura, imprimis ex contrariis, vt omnis scientia est studiosa: nulla scientia est studiosa, ergo nulla scientia est scientia. Deinde ex cōtradictentibus velut omnis scientia est studiosa: aliqua scientia non est studiosa, ergo aliqua scientia non est scientia.

Ad in tertia figura, &c. Præterea fit etiam eiusmodi ratiocinatio in tertia figura ex negantibus (quia ex aientibus ob eandem rationem quā de prima figura assignauimus fieri nequit) primum contrariis, vt nulla medicina est scientia: aliqua medicina est scientia: ergo aliqua scientia non est scientia: deinde ex eisdem negantibus contradicentibus. Velut nulla medicina est scientia: aliqua medicina est scientia, ergo aliqua scientia non est scientia.

DE PETITIONE PRINCIPIJ. Caput 14.

Petitio principij tribus modis efficitur. Primo cum ratiocinatio est vitiosa, secundo quando demonstramus ignotum per æque ignotū: tertio quando ostēdimus prius per posterius. His tamen modis prætermisissis petitio principij proprie nihil aliud est, quam idem per seip-

sum demonstrare. Quod quidem fit, vel quando id quod est probandum eadem voce vsurpatur: vel quando sumimus effectus loco causæ. Hoc autem vitium passim committitur in disputationibus, fierique potest in omni figura.

DE ALTERO ARGUMENTATIONIS VITIO. caput 15.

Illud autem, &c. Explicat in hoc cap. Arist. errorem quendam qui contingere potest in argumentatione, si putamus falsam sequi conclusionem ex aliqua hypothese concessa, cum tamen minime propter illā sequatur. Velut si quis statuatur huiusmodi hypothesis, omnes linee ductæ à centro ad circumferentiam

sunt æquales, postmodumque huiusmodi hypothese admissa sic argumentetur. Omnis virtus est amplectenda: nulla iustitia est virtus: ergo nulla iustitia est amplectenda. Hic certe manifestum inducit errorem, eo quod extrema effectus ratiocinationis, nullam habent affinitatem cum hypothese constituta.

DE FALSA RATIOCINATIONE. caput 16.

Escitur autem ratio falsa, &c. Falsa ratiocinatio est cuius conclusio est falsa deducta vel ex vtraque vel ex altera falsa, vt omne animal est lapis: omnis homo est animal: ergo omnis homo est lapis.

Ut autem ratiocinatione, &c. Constituit itam Arist. munera interrogantis & respondentis. Respondentis quidem hæc assignat. In primis vt curet ne eandem vocem bis repetitâ concedat & enuntiationes ex quibus ali-

quid possit aduersus opinionem suam inferri. Interrogantis etiam hæc alia munera tradit. Primum ne manifestet conclusionem quam est demonstraturus: deinde vt sumat media remotiora, vt ita magis lateat aduersarium sua confirmatio: tandem vt initium ducat à propositione, ad id vt aduersarius minus vim argumenti intelligat ac percipiat.

DE ERRORE SECUNDVM opinionem. caput 17.

Error syllogi. ex falsa opi. 1. modus
Secundo
Alius error est secundum opinionem, quando scilicet ex aliqua opinione imbibita sic adeo decipimur, vt vel inuiti cogamur admittere contrarias enuntiationes. Hoc autem duobus modis cōtingit. Primum quando accipiuntur tria extrema, quorum vnum sub altero est contentum, vt corpus, animal, cignus, rursusq. aliud extremum vsurpatur eisdem omnibus conueniens. vt album, v. g. Si enim aliquis existimaret corpus conuenire omni animali, & nulli albo, ex hac opinione cogeretur fateri omnem cignum esse corpus, cum sit animal, & non esse corpus cum sit albus. Deinde id ipsum euenit quando sumuntur extrema eiusdem ordinis, vt corpus v. g. animal, & homo. Nam si quis nunc existimaret omne animal esse corpus, & nullum hominem esse corpus, diffiteri non posset omnem hominem esse animal, cum sit corpus, & non esse animal cum sit homo.

At nihil verat, &c. Animaduertit Arist. posse aliquem versari in falsa opinione ex errore, nec tamen incidere in contrarias sententias. Vnde infert duo confectaria, vnum est aduersus Platonem, nostram scire non esse aliquod reminisci, possumus namq. aliquid scire in genere, & ignorare in specie: alterum est posse aliquem cognoscere propositionem & assumptionem, & tamen ignorare conclusionem: velut cognoscere omnem mulam esse sterilem, & hæc esse mulam, quin cognoscat num conceperit hæc eadem mula necne.

Scire enim, &c. Constituit tandem Arist. tribus modis posse nos habere scientiam alicuius rei, primo modo in genere quando cognita propositione latet nos assumptio: secundo ex parte quando assumptione & conclusione perspecta ignoramus propositionem: tertio perfecte quando cognita propositione, & assumptione, cognoscimus conclusionem.

Obser.
cum duo
bns con
sct.

Quod
mo. pos-
sit habe
ri scien

DE RECIPROCATIONE in syllogismis. caput 18.

ve

VT intelligamus reciprocationē syllogismorum proponit Arist. in hoc cap. quinque theoremata. **1. theo.** *Vbi extrema, &c.* Primum est. Si in aliqua argumentatione aiente maius & minus extremum, conuertantur, etiam medium verbum conuertitur debet cum illis, vt in hac argumentatione. Omne animal particeps rationis est capax disciplinae: omnis homo est animal particeps rationis: ergo omnis homo est capax disciplinae, in qua quidem tū extrema quā medium adinuicem conuertuntur. Quod si in ratiocinatione negante maius extremum negetur à medio verbo in conclusione, etiā & à minori extremo id ipsum negandum erit.

Rursus si, a, & b. Secundum. Sumptis primum duobus terminis paribus, deinde vero aliis duobus paribus ita vt sint quatuor, quemadmodū primus & tertius sunt ita inter se affecti, vt quodlibet eorum per se sumptum, vel vnum, vel alterū, debeant omni rei conuenire, vnitamē ac simul sumpti nulli possint competere, ita etiā secundus & quartus, eodem modo inter se afficiuntur. Sumamus primum (exempli causa) mortale & genitum deinde immortale, & ingenitum. Quem admodum mortale & immortale hoc modo se habent inter se, vt diuissim omni rei conueniant, omnis namque res vel est mortalis, vel immortalis, coniunctim tamen nulli competant, quia nulla res potest simul mortalis, & immortalis esse: ita

plane genitum, & ingenitum, eodem modo inter se comparantur, vt diuissim omni rei conueniant: nam quid quid est, vel est genitum, vel ingenitum, collectim tamen nulli rei aptari queant, neque enim potest vna aliqua res assignari, cui simul esse genitam, & ingenitam queant conuenire.

Quando vero, &c. Tertium. Quando aliquod attributum prædicatur de duobus subiectis, vt animal de sentiente, & de homine, si primum subiectum prædicetur de secundo, debet illud cum primo attributo conuerti. Quemadmodum in eodem exemplo sentiens quod prædicatur de omni homine conuertitur cum animali.

Quando item, &c. Quartum. Quando duo attributa prædicantur de aliquo subiecto, si alterum illorum conuertatur cum subiecto, de illo haud dubie alterum dicitur, sicut quia animal, & particeps rationis prædicatur de homine, & particeps rationis cum ipso homine conuertitur, etiam animal de participi rationis effertur.

Quando vero, &c. Quintum propositis duabus rebus, vna prosequenda & altera fugienda, vt salute, & paupertate, aliisq; iterum duabus eiusmodi etiam rebus assignatis, vt ægritudine, & diuitiis, si salus, & paupertas, simul sumpta sine magis expetenda, quam duo postrema, salus per se sumpta magis erit expetenda quam diuitiæ.

DE INDUCTIONE.

caput 19.

Agit deinde Arist. de quibusdam speciebus argumentationis vt

de inductione, exemplo, & enthymemate. Prius tamen instituit nomenclaturam

Obscr.
cum duo
bns con
lect.

Quod
mo. pos-
sit habe
ri scien

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Quid sit
inductio

nem de inductione in presenti cap. que quidem nihil aliud est quã progressus à singularibus ad vniuersa, vel à minus vniuersis ad magis vniuersa. Sit exemplū. Hic ignis est calidus, ille ignis est calidus, ille alter est calidus, & sic de aliis, ergo omnis ignis erit calidus. Iterum. Iustitia est amplectenda, fortitudo etiam est amplectenda, idemque est de aliis virtutibus, erit igitur omnis virtus amplectenda. Hæ quidē, & quæ ad harum instar efficiuntur ratiocinationes, inductiones vocantur, in prima enim istarum, à singularibus ad vniuersa progredimur, sicut & in secunda à minus vniuersis ad magis vniuersa.

Quãlo differat
inductio
& exemplum.

Ac inductio, &c. Assignat Aristot. duo discrimina inter inductionem, & syllogismum. Primum est. Quia in syllogismo à toto, vel à magis vniuerso, ad partes, vel ad minus vniuersa progredimur, vt quãdo confirm. medio syllogismo hominem esse substantiã, tunc enim ab animali procedimus ad hominē: at animal totū

quoddam magisque vniuersum est respectu hominis. E contra vero res habet in inductione, in ipsa enim à partibus ad totum procedimus, vt quando ex eo quod hic, & ille, & alter ignis est calidus, colligimus propositionem vniuersam dicimusque, ergo omnis ignis est calidus. Secundum discrimen est quod in inductione per notiora nobis deducimur in cognitionem eorū quæ sunt notiora natura, progredimur namque à singularibus, quæ nobis notiora existunt, ad vniuersa quæ sunt notiora natura: at in syllogismo procedimus è conuerso à notioribus natura ad notiora nobis, vt pote ab vniuersis ad singularia. Reducitur autem qualibet inductio ad syllogismum, sumptis singularibus tanquam medio verbo. Iuxta quod proposita inductio ita ad syllogismum (exempli causa) reuocari potest. Hic, & ille, & alter ignis est calidus: at qui hic, & ille, & alter ignis sunt omnis ignis: igitur omnis ignis erit calidus.

DE EXEMPO.

caput 20.

Quid sit
exemplum

Exemplum diffinitur argumentatio in qua ex vno singulari, alterum colligimus ob similitudinem inter vtraq, interuenientem. Arist. quidem verbis aliquantulum diuersus tradit diffinitionem exempli, reuera tamen eadem est diffinitio ipsius, cum ea quam nos proposuimus. Huius autem generis syllogismus hic extat. Male cessit Thebanis gerendo bellum aduersus Phoenices quia finitimi erāt, igitur male cadet Atheniensibus gerendo bellum aduersus Thebanos, cum sint etiam finitimi. Hæc argumen-

tatio vocatur exemplum: nam ex illa singulari propositione quæ est in antecedente, colligimus alterã quæ est in consequente, propter similitudinem, quæ est vicinitas illorum ciuium.

Hinc igitur manifestum est, &c. Differt (ait Arist.) exemplum à syllogismo, & inductione, à syllogismo quidem, eo quod in illo progredimur à toto ad partem, in exemplo vero à parte ad partem: ab inductione vero, quia in illa progredimur à partibus ad totum, cum tamen in exemplo ab vna ad alteram partem progre-

Disci-
men in-
ter ex-
plum &
syllogis-
mum.

Qui-
sent-
vero

grediamur. Reducitur autem exemplum ad syllogismum, sumpta similitudine tanquam medio verbo ad hunc modum. Male cædit vicinis bellum gerentibus aduersus sibi vi-

cinis: atqui Athenienses sunt vicini Thebanis: ergo non bene cædet Atheniensibus gerentibus bellum contra Thebanos.

DE ABDUCTIONE ET INSTANTIA. caput 21. & 22.

Quid sit abductio.

Abductio nihil aliud est, quam digressio quædam à præcipuo instituto in syllogismo, quando scilicet prætermittimus conclusionem probandam, aliquamque ex propositionibus confirmare conamur, ob difficultatem, vel obscuritatem, vel quidpiam aliud. Instantia vero est propositio cõtraria illi, quam in syllogismo accipiebam: vt si sumamus in syllogismo huiusmodi propositionem. Omnis enim bonitas est amplectenda, illi propositioni prius assumptæ contradicentem, quis autem aduersarius producat in medium, hanc aliã, aliqua nempe bonitas non est amplectenda, sensilis nimirum. Huiusmodi posterius adducta propositio, instantia vocabitur, est namque contraria oppositaq. illi primæ propositioni, eamque euerit. Differt vero instantia à pronuntia-

to, quia pronuntiatũ est propositio vniuersa, at instantia nõn unquam est vniuersa, interdum vero particularis existit. Animaduertendum est tamen instantiam nunquam debere afferri ex ea re quæ in controuersiam vertitur, nisi forte talis extiterit, cui alia similis adinueniri nequæat, tunc enim bene poterimus afferre instantiã de re illa. Vt si quis conetur probare Deum esse creatũ hac ratione. Omne ens est creatum, Deus est ens, ergo Deus creatus est. Neganda equidem erit propositio, quod si præfatam rationem proponens, roget, ac petat, instantiam negatæ propositionis, proponendus tunc erit ipsemet Deus, nam nullum aliud ens præter illũ, est increatum. Nihil autem obest quominus instantia omnib' figuris deseruire possit.

obseru.

Quid sit instantia.

DE CONSENTANEO ET signo. Caput 23.

Quid consentaneum, & verosimile.

Consentaneum, & verosimile, nihil plane aliud est, quam probabile quoddam pronuntiatum, quod vel omnium, vel plurimum consensu comprobatur. Huiusmodi existunt hæc pronuntia qui inuidet (v.g.) odiunt, rursusque qui diligunt bene cupiunt. Signum autem est illud quod nos in alterius cogni-

tionem adducit, quod quidem vel præsens est, vt fumus significat ignem, vel præteritum, vt cineres significant etiam ignem: vel est denique futurũ, vt vulnus indicat mortem futuram, de quibus satis diffusio sermone disputauimus iam supra lib. 1. perhierme.

DE

DE ENTHYMEMATE.

Caput 24.

Alia argumentatio imperfecta dicitur enthymema, quæ diffinitur ratiocinatio imperfecta ex verisimilibus, & signis proueniens. Dicitur autem ratiocinatio imperfecta, quia cum in enuntiatione contineantur duæ propositiones, in enthymemate vna tantum est contenta, altera autem deest siue propositio illa sit, siue assumptio. Ad dignoscendum vero num enuntiatio quæ in enthymemate deest, sit propositio, vel potius assumptio regula hæc deferuire poterit. Si in antecedente continea-

Optima.

tur medium cum minori extremo, Regula deest propositio, si autem è contra medium verbum cum maiori extremo copuletur assumptio deerit. Reuocabitur igitur ad syllogismum integrum adhibita propositione quæ deesse videbitur. Sit exemplū. Hoc enthymema, homo est animal, ergo homo est substantia adhibita propositione quæ illi deest reuocabitur ad syllogismum hac ratione. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

Quom. reuocce,

DE SYLLOGISMO PHYSIONOMICO.

Caput 25.

IN vltimo cap. disputat Arist. de syllogismo physionomico qui est syllogismus concludens passiones, vel perturbationes animi per quædam signa externa. Cuius naturam vt facilius explicatam tradat Arist. constituit statim in principio tanquam certum fundamentum in hisce verbis.

1. Obseruat.

Potest autem fieri, &c. Animi motiones, immutare etiam corpus, est enim quædam concordia, vel consensus inter corpus, & animam, & hinc fit quod perturbationes animi, exprimitantur quibusdam signis exterioribus corporis, velut iracundia per fremitum, & læticia per risum.

2. Obseruat.

Animaduertit deinde cuilibet perturbationi esse accommodatum, & proprium signum. Ex quibus duo-

bus colligit Arist. argum. physionomico de aliquo subiecto proprietatem aliquam, vel motionem interierem, in quo argumento sumenda sunt signa illius proprietatis, vel motionis, tanquam medium ad concludendam proprietatem de subiecto. Vt si concludere velimus fortitudinem de leone argumento physionomico, sumemus signa fortitudinis, velut media ad illud concludendum, quæ quidem sunt habere magna crura, digitosque manuum latos, argumentabimurque in hunc modum. Quidquid habet magna crura, digitos, & manus latas est forte: atqui leo est huiusmodi, ergo leo est fortis, maximique roboris. Hactenus igitur de contextu Arist.

Dispu-

Disputatio in ea quæ ab Arist. in duobus lib. de Priori Analyfi fuerunt proposita, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

Multa eaque grauissima ab Arist. in his lib. tradita fuerunt, ex quibus nonnulla disputanda deligimus, quæ ab illius interpretibus merito in controuersiam proposita fuerunt, aliis parui momenti, & leuioribus prætermisis.

Quæst. I. Num sit optima diffinitio syllogismi ab Arist. proposita.

Syllogismum vel ratiocinationem in 1. cap. 1. lib. his verbis diffinit Arist. Oratio in qua nonnulla ita ponuntur, vt diuersum quid ab iis necessario efficiatur quia ea ita sint. Vel in hunc modum oratio in qua quibusdam positis, aliud ex his quæ posita sunt necessario sequitur etiam si nihil extrinsecus adhibeatur. In qua definitione duo erunt explicanda. Primum. Sitne optime syllogismus per orationem diffinitus, & alterum desitne aliqua particula diffinitioni, vel num sit addenda illi hæc particula, & concessis, ita vt sensus sit. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, & concessis, &c.

Obseru.

Vt primum explicemus sciendū erit, Arist. syllogismum diffinisse per Logos, quod nomen apud Arist. ambiguum est variasque habet sig-

nificationes vt in 1. q. Prooemiali dicebamus: nam primo significat orationem, vt 1. lib. de interpretatione vbi oratio Logos ab Arist. nominatur. Secundo significat diffinitionem, vt in diffinitione homonymorum cap. 1. categoriarum propositam, vbi homonyma diffinit quorum Logos 1. diffinitio est diuersa & cap. 7. lib. 1. de interpretatione, & in multis aliis locis. Significat etiā sermonē iuxta Porphy. in e. de Gene. de tertio inquit logos est vbi sermo nimirū apud Dialecti. Præterea significat rationem vt in hoc lib. 1. ca. 33. & 34. Cum igitur tot sint huius uocis significationes interpretes in diuersas sententias abierunt. Nam

Opinio Buranæ & Monlorij.

syllo-

2. Opin.
Lemosij
ex Galieno.

sylogismus est ratio, &c. Alij per argumentationem illum diffiniendū esse putarunt vt Lemosius 1. lib. Paradoxorum Dialectico. erro. 8. cuius sententię patronū facit Gal. in li. de hist. Philos. ita sylogif. definiētē. Sylogismus est argumentatio, quę ex concessis ab eo cum quo disputamus inexpectatam conclusionem colligit. Sunt qui per orationem illum diffiniendū esse arbitrentur, ita enim illum Seuerinus Boetius

3. Opin.
Aulige
lij &
Boetij.

2. lib. de sylogismo categorico cap. 7. & in sua versione Aristo. Aulus Gellius libr. 15. suarum Lectionum Atticarum cap. 26. Perionius in sua interpretatione, fere omnibus dialecticis consentientibus, diffiniēt. Ex his opinionibus prima non videtur mihi differre a secunda: vel idem diffinit per se ipsum. Etenim vel nomine rationis intelligūt discursum mentis, quo ex vno cognito aliquod ignotum colligimus, vel illum tantum discursum, quo ex varia medijs cum extremis dispositione, inopinatam inferimus conclusionem: si primum intelligamus, non differt ab argumentatione, in qua ex vno cognito, nimirum antecedente, colligimus conclusionem, ac proinde prima opinio non differet a secunda, cum vtraque per argumentationem sylogismum diffiniat: si vero alterum nomine rationis intelligamus, idem profecto per seipsum diffinietur, quod maximū est vitium in diffiniendo: nam sylogismus nihil est aliud quam discursus in quo ex varia medijs cum extremis dispositione, inopinata inferitur conclusio. Hac igitur opinione pratermissa mihi, & per argumentationem, & per orationem absq. vilo vitio diffiniri posse videtur, per argumentationem tāquam per genus proximum, & per orationem tanquam per remotum, Et quidem

Reiicit.
1. Opin.

per argumentationem a bsque vitio vilo posse diffiniri confirma. Quia cum sit argumentatio verum, proximumque genus illius, finque in diffinitionibus genera proxima (si illa fuerint nota) adhibenda, recte per illam poterit diffiniri. Et certe vt ita illam diffiniamus commouere nos debet auctoritas Galeni, iam proposita, qui sylogismum per argumentationem diffinit. Galenus etenim non solum in rebus medicis, & Philosophicis, est cum summis viris conferendus, verum & in dialecticis (Aristo. omitto) nullum habuit sua etate, aut seculo superiorum, neque fortassis æqualem. Iam recte & absque vilo vitio per orationem posse diffiniri, colligi poterit ex hoc loco 1. Topic. cap. 11. de reprehensionibus Sophist cap. 1. & 1. Rhetor. cap. 2. in quibus locis legimus sylogismum per orationem diffinitum Quod si quis dicat Perionium, aliosque interpretes non recte vocem illam, logos, quæ in Græcis exemplaribus legitur, per orationem transtulisse. Rogo cum hoc nomen, sit ambiguum, significetq. non minus orationem, quam alia quę in principio proposuimus, quare sit magis nomen, logos, per rationem quam per orationem transferendum? cuius profecto rei cum nō possit maior ratio assignari, optime per orationem erit sylogismus diffinitus. Rursus orationem esse verum genus argumentationis nullus dubitat: nam diffinitur argumentatio. Oratio ex antecedente & consequente tanquam ex suis partibus constituta, quas coniunctio aliqua connectit. Erit igitur & illa genus sylogismi, nam quod est genus superioris, & inferioris quoque genus erit, cū igitur illa sit optima diffinitio quæ per genus traditur rei diffinitæ, optime erit per orationem sylogismus

Opinio
nostra.

Optime
diffinit.
sylogis
per argu
mentum.

1. Arg.

2. Arg.

mus

Solutio mus definitus, Quod si dicas orationem esse genus remotum ac proinde non deberi per ipsam syllogismum diffiniri. Hoc certe leuissimum est: An non sunt optimæ diffinitiones quæ traduntur per genera remota: nonne hominē ita comodē possumus diffinire, homo est substantia corporea, animata, sentiens, & particeps rationis, in qua per genus remotum, nimirum substantiam illū diffinimus: quod nā quæso vitium continet hæc diffinitio: iam qui ita loquuntur præcepta Arist. de diffinitione obliuioni tradidisse videntur. Is enim 6. Topico. cap. 3. inter alia hoc præcepit, vt diffinitiones per genera, siue proxima, siue remota tradantur. Neque satis facit, intellegendum esse de remotis, quando proxima sunt ignota: nā genus proximum hominis (quod est animal) satis est notum: cum tamen absque vitio possit homo per substantiam & intermedias differentias diffiniri, eo modo quo nunc proxime illū diffiniebamus. Poterit igitur recte per orationem syllogismus diffiniri, quamuis oratio sit genus illius remotum.

Cæterum Burana, Monlorius, & Lemosius ita argumentantur cōtendentes probare non posse syllogismum per orationē diffiniri. Primo, non solum in ore, verum etiam & in mente dantur veri syllogismi: vnde 6. Ethico. docebat Arist. virū prudentem vti syllogismo in consultando, qui non ore, sed mente cōficiatur ab ipso, imo mente prius aliquid ex aliquo colligimus, quam ore illud proferamus: sed oratio tantum reperitur in ore, diffinitur siquidem ab Arist. vox ex hominum instituto significans, &c. quæ certē tantum est in ore, nam in mēte nulla vox reperitur: non ergo poterit per orationem diffiniri. secundo,

Omne genus remotum de proximo prædicatur, vt substantia quæ est genus remotum hominis, dicitur de animali, quod est eiudem proximum genus, sed oratio nō dicitur de argumentatione quæ est genus proximum syllogismi: nam argumentatio est logica dispositio, qua vno dato alterum cōsequitur, vt ex Stoicis Laertius refert in Zenone: at oratio nihil tale habet, neque enim est huiusmodi dialectica dispositio, sed vox significans ex hominum instituto, cuius partes separata aliquid significant, &c. ergo non poterit per eā syllogismus diffiniri. Rursus. Si oratio esset genus, potius esset dicendum in numero plurali syllogismus est orationes, quam in singulari est oratio, cum ille cōstet multis propositionibus, quarum quælibet est oratio, quod cum non ita diffiniatur, neque per orationem in singulari numero recte poterit diffiniri.

Hæc tamen argumenta non sunt eorum vitium, vt cogamur a sententia proposita recedere: neque propter illa commoueri debuerunt hi Philosophi periti, vt verissimam opinionem deserere compellerentur. Ad primum enim satisfaci. negando minorem, nam in mente nō minus orationes, quam enuntiationes, vel syllogismi reperiuntur. Arist. vero diffiniens orationem per vocem, non omnem orationem diffinijt, sed tantum eam quæ in ore versatur, vt in commentariis illius loci docebamus: quod si cupimus illam diffinitionē tradere quæ omnem complectatur orationem, per signum illam ita diffiniemus. Signum cuius partes separata aliquid significant, vt dictiones, non autē vt affirmationes, vel negationes, quæ profecto diffinitio, ita de orationemētis, sicut & de altera oris prædicatur.

Lib. 7.
de vitio.

1. Arg.

Disol-
uuntur
argum.

Ad 1. ar-
gumēto.

Gener.
diffini.
oratio.

Optim.
diffini.
sylloge
per ar-
gumēto.

Iterum
Confir.

1. Arg.

2. Arg.

1. Arg.

2. Arg.

2. Arg.

io
ia
o-
n
si
te
te
ne
r-
n
-
n
n
o
n
o
it
e-
i. Arg.
n
o
e-
x
o
c
1-
a
2
o
o
ō
-
e
il
ē
-
i.
-
e
f

Ad 2.

dicatur: ita enim oratio mentis est signum, vt est altera quam proferimus ore. Ad secundum dicimus, nihil concludere: Nam quænam obsecro collectio est hæc, substantia nõ est natura sentiens, & viuens, ergo non erit genus remotum hominis, inepte siquidem ex eo, quia rationes inferiorum negamus a superioribus, colligimus superiora non esse genera remota inferiorum: superiora siquidem, non includunt rationes suorum inferiorum, quod tamen nihil impedit, quominus sint vera & legitima genera eorundem. Hac igitur eadem ratione argumentantur, ratio argumentationis (quæ est dispositio logica, ita vt ex vno alterum sequatur) non competit orationi in communi, ergo oratio nõ erit genus remotum syllogismi, infirmum certe & inefficax argumentum: nam hæc ratio cum sit alicuius inferioris ipsius orationis, non est cur de oratione dicatur: at non propterea negandum erit illam esse genus remotum syllogismi. Ad 3, dicimus, parum referre sitne vna, vel multiplex oratio syllogismus: nam quod proponimus in diffinitione est syllogismus esse orationem in communi, quod autem sit vna vel multiplex, hoc certe parum refert. Quemadmodum eadem oratio diffinitur vox in communi, eum tamen parum referat, sitne illa vna vel multiplex, cum neutrum ad naturam orationis attineat, vt i. lib. Peryher. cap. 4. q. 7 ad 1. ostendebamus. Hæcenus igitur de prima dubitatione propõsita, sequitur vt secundam explicemus.

Ad 3.

QVÆST. III. AN IN DIFFINITIONE SYLLOGISMI ADDI DEBEAT HÆC PARTICULA, & CONCESSIO.

M Vlti viri grauisissimi, vt de hæc re dubitarem, occasionem nobis exhibuerunt, qui in suis diffinitionibus syllogismorum hæc particulam addiderunt. Nã Aulus Gellius lib. 15. suarum noctium Atticarum cap. 26. in hunc modum diffinit syllogismum. *Syllogismus est oratio, in qua concessis quibusdam, & concessis aliud quid, quam qua concessis sunt necessario conficitur.* Galenus in loco quem in superiori quæstione proposuimus, eandem particulam in diffinitione syllogismi legit, ita enim dicebat. *Syllogismus est argumentatio, que ex concessis ab eo cum quo disputamus inexpectatam colligit conclusionem.* Martianus item Capella in tua Dialectica sic ratiocinationem diffinit. *Ratiocinatio est ex duobus, pluribusve concessis, ad id quod non conceditur necessaria peruentio.* Rursum Seuerinus Boetius 2. lib. de syllogismo categorico c. 7. eandem particulam proponit, ita enim habet. *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positus & concessis, &c.* Petrus itidem Hispanus, vir certe de Dialectica benemeritus (& qui dignus erat vt ab omnibus legeretur, nisi à posterioribus additis inaueris portentis, sophismatibus, & barbaris comætaris, tædatus omnino fuisset, quorum vtinam memoria ita periret, vt nec vnquam fuisse recordaremur) lib. 5. Summularum cap. 1. eandem particulam in diffinitione proponit: nam ita ait. *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positus & concessis, &c.* Alij vt Alexander & reliqui Græci interpretes putant, non esse addendam hæc particulam: sed esse intelligendam per illam, quibusdam positus, nam idem est dicere quibusdam positus, quod quibusdam concessis, quæ certe particula denotat in syllogismo non esse proponendas orationes deprecantes, imperantes, in-

Opino

3. Op

Nostr. senten

2. Opini

Explic. exeplo.

terrogantes, vel alias huiusmodi, sed solas enuntiantes: nam hæc solæ sunt, quæ concedi possunt, aut negari. Sunt qui existiment, neque esse talem particulam addendam, neque nomine illius, quibusdam positæ, subintelligi posse: nam hæc particula, positæ, idem denotat quod existentibus, vel intra syllogismum collocatis, aut dispositis, ita ut sensus sit, syllogismus est oratio in qua quibusdam, (nimirum propositione & assumptione, positæ) idest intra syllogismum collocatis, dispositis, & existentibus, aliud ex his quæ posita sunt, &c. Ita Monlorius, eandem que interpretationem inter alias refert Burana. Mihi vero videtur aliud esse loqui de vi, & facultate syllogismorum: & aliud de inflexione mentis ad assensum conclusionis, quam nitimur in syllogismo confirmare, vel quam suadere conamur ei cum quo est inita, & instituta disputatione. Nam si primo modo agamus, nihil confert syllogismo quod illius sumptiones ab aduersario concedantur. Etenim vis, & facultas ipsorum, non ex nostra concessione, sed ex varia mediæ cum extremis dispositione dependet: siue enim fuerint, siue non fuerint præmissæ concessæ, semper inest vis, & facultas dispositioni mediæ cum extremis, inferendi conclusionem institutam. Cæterum si de inflexione mentis ad assensum conclusionis agamus, necesse est ut concedamus prius ea quæ posita sunt, maiorem scilicet, & minorem propositionem, antequam mentem ad assensum conclusionis conuertamus, ita enim pendet assensus conclusionis à præmissarum concessione, ut nisi prius illæ fuerint concessæ, nequaquam possit concedi conclusio. Rem hanc vnicò exemplo illustremus, sit hic syllogismus, Quidquid recipit lu-

men in orbem est spherica figura: sed omne astrum quodcumque illud extiterit recipit lumen in orbem, ergo omne astrum est spherice figuræ. In hoc syllogismo, vis, & facultas inferendi conclusionem, non dependet ex nostra concessione, sed ex dispositione illius mediæ, quod est recipere lumen in orbem, cum illis extremis, astrum, & esse spherica figuræ, nam ita illud medium cum his extremis vnitur, ut siue concessæ fuerint præmissæ, siue non fuerint, habeat vim conclusionem propositam inferendi. At ut nos concedamus conclusionem, scilicet omne astrum esse spherica figuræ, necesse est prius concedamus duas illas præmissas nimirum: Quidquid recipit lumen in orbem est spherice figuræ, & omne astrum recipit lumen in orbem. Contemplantes igitur auctores quos in prima opinione recensuimus, non solam vim & facultatem syllogismorum, sed inflexionem mentis ad assensum conclusionis docuerunt addendam esse illam particulam & concessis. Alij vero vim solam, & facultatem considerantes, hanc eandem delendam esse voluerunt, qui certe omnes, neque sibi aduersantur, neque à veritate aliquid alienum pronuntiant, vtrique siquidem quod verissimum est affirmant ut abunde satis superest explicatum: ac proinde non est cur illam à diffinitione reiiciamus, sed absque villo vitio poterit in diffinitione retineri.

QVÆSTIO III. AN CONCLUSIO SIT PARS SYLLOGISMI.

IA M circa eandem diffinitionem quaerendum erit num conclusio sit pars syllogismi necne? Nam esse in hunc modum possumus demonstrare.

3. Opin.

Nostra sentent.

Opin.

2. Opin.

Explicat. exéplo.

1. Argu. trare. Primo. Partes definitionis sūt quoque partes rei definitæ, sunt siquidem illæ de essentia rei definitæ, vt auctor est Arist. 2. Phisico, ca. 3. & 5. metaphy. cap. 2. sed conclusio est pars definitionis syllogismi, nam diffinitur oratio in qua quibusdam positis aliud (nimirum conclusio) præter ea quæ posita sunt, & c. erit igitur illa vera, & legitima pars syllogismi. Secundo. Arist. 1. lib. Priorum cap. 25. ostendens syllogismum coniuictū esse plures simplices, inquit, sed etsi plures syllogism. plures quoque conclusiones, in quibus verbis aperte indicat conclusionem esse partem syllogismi. Præterea syllogismus est argumentatio, sed conclusio est pars argumentationis, diffinitur siquidem illa, oratio constans antecedente, & consequente (id est conclusione) tanquam suis partib⁹, quas coniuictio aliqua connectit: ergo erit quoque eadem pars syllogismi. Jam si non esset illa pars syllogismi sequeretur, Barbara, & Baralip^o, non esse modos distinctos, nam hi modi sola conclusionem differūt, hoc autem falsum est erit igitur conclusio pars syllogismi.

Hæc sunt potissima argumenta quæ partem aientem suadere videntur, & quibus ducti multi viri graues docuerunt, cōclusionem esse veram, & legitimam partem essentialē syllogismi, ita Franciscus Burana in commenta. in cap. 1. lib. 2. de priori resolutione M. Vincentius Iustinianus libro 5. Institutionum cap. 2. & multi alij, contrariam tamen opinionem sequutus est Lemosius 2. li. Paradoxorum dialectico. cap. 1. cui tanquam probabiliori, plerique recentiores adhæserunt. Quænam autem sit nostra sententia his assertionibus explicamus.

2. Conc. Prima conclusio. Conclusio non est pars essentialis syllogismi. Vel a-

pertius, cōclusio nihil attinet ad essentiam syllogismi. Hæc certe & auctoritatibus Arist. & rationibus potest satis efficaciter demonstrari. Primoque Arist. 1. Priorum cap. 29. de syllogismo loquens inquit. Palam per tres terminos, & duas propositiones hæc consideratio est, & cap. 25. docuerat syllogismum omnem, constare ex propositionibus paribus, & terminis imparibus: at si conclusio esset pars syllogismi, constaret haud dubie ex propositionibus imparibus, tribus nimirum, duabus propositionibus, & vnica conclusione, & cap. 3. eiusdem lib. ex duabus inquit propositionibus contingit ratiocinari, tandemque 2. lib. priorum cap. 1. habet, vnum, & eundem syllogismum, posse inferre varias conclusiones, quod si syllogismus potest inferre varias conclusiones, nomine ergo syllogismi non erit intelligenda conclusio. Jam agamus rationibus. Prima. Si cōclusio esset pars essentialis syllogismi, ergo syllogismus quoque resoluatur in conclusionem: quia vnaqueque res in ea resoluitur ex quibus secundum essentiam componitur: sed syllogismus nō resoluitur in conclusionem, sed in duas propositiones, maiorem scilicet, & minorem vt docet, & confirmat Arist. 1. lib. priorum cap. 13. igitur conclusio nō erit pars syllogismi. Secunda. Tota essentia ratiocinationis, vel syllogismi, in dispositione mediij cum extremis est constituta, vt sepe 1. lib. priorum repetit Arist. sed hæc dispositio non splendet in conclusione, nam mediū non ingreditur conclusionem, neque igitur essentia syllogismi in conclusione splendet. Denique. Præcepta vtiliū combinationū, diuersæque figuræ, non a conclusione, sed a varia mediij cum extremis collocatione est petenda, quæ certe in solis præmissis conspicitur, non igitur

1. Argu. ex Arist.

1. Ratio

2. ratio

2. Con

3. Con

Obser.

igitur conclusio, sed solæ præmissæ erunt partes essentielles syllogismi.

2. Conc. Secunda conclusio. Conclusio est pars materialis syllogismi. Confirmatio, argumento illo tertio loco proposito, syllogismus est argumentatio, at conclusio est pars argumentationis: nam diffinitur oratio constans antecedente, & consequente tanquã suis parti. quas coniunctio aliqua cõnectit, ergo erit quoq. pars syllogif.

3. Conc. Tertia conclusio. Conclusio non est materia intrinseca, sed extrinseca syllogismi, ac proinde quãvis sit materia, non erit pars essentialis. No

Obser. mine materiæ intrinsece intelligo eam quæ informatur forma totius, vt est caro in homine: nomine vero materiæ extrinsece, aliam intelligo quæ ab huiusmodi forma non informatur, vt in eodem homine, iuxta multorum Philosophorum opinionem, sanguis est materia extrinseca, quia ille non informatur anima rationis compote, quæ forma est hominis, etiam iuxta gradum vegetantẽ. Confirmatur. Materia intrinseca illa est quæ informatur forma totius, et enim ex materia intrinseca & forma vnitis tanquam ex partibus intrinsecis, totum coalescit, impossibile autem est materiam & formam vniri, nisi materia à forma fuerit informata: sed conclusio non informatur forma syllogismi: nam hæc est dispositio mediij cum extremis, quæ certe non fit in cõclusionem, cum medium in illa ingredi nulla ratione queat, sed in solis præmissis, ergo cõclusio nõ erit materia intrinseca syllogismi. Quemadmodum igitur in compositione hominis naturali, sanguis est illius materia, non intrinseca, sed extrinseca, quia non informatur formam hominis, in compositione quoq. syllogif. concl. erit pars materialis non intrinseca, sed extrinseca, quia non informatur forma syllogif

mi, quæ est dispositio mediij cum extremis. Quam rem quidam contemplantes docuerunt conclusionẽ non esse partem, sed solum syllogismi: nam quemadmodum in ortu naturali, fetus non est pars, sed effectus à virtute formatrice promanans, ita & conclusio in syllogismo nõ est pars, sed effectus quidam à vi, & facultate mediij cum extremis deriuatus. Multo tamen rectius profiteri possumus esse in materiam non intrinsecam, sed extrinsecam syllogismi, eo modo quo exposuimus.

Iam ad argum. Respon. fallam esse absolute propositionem, nam si. pe rem per effectum suum diffinimus, vt solem diffinimus astrum, cuius lux diffusa per aerem efficit diẽ, qui effectus non est de essentia solis definiti, atq. ita in hac definiti, syllogif. diffinimus illum per suũ effectum, qui est inferre conclusionem, ac proinde non erit pars essentialis rei diffinitæ: nam quãdo Arist. inquit partes diffinitionis esse de essentia rei diffinitæ, locutus fuit de partibus formilibus, & de diffinitione essentiali, non autem de partibus materiæ externæ, vt est conclusio in syllogismo & de diffinitione accidentaria. Ad secundum respon. illud nihil concludere, nam vnde sequitur si sunt plures syllogismi, sunt plures conclusiones, ergo conclusio est pars essentialis syllogismi: ex hoc enim tantũ colligitur conclusiones esse partes extrinsecas, & veluti fetus syllogismi, non tamen esse partes intrinsecas. Ad tertium iam responde. in secunda conclusione dicimus enim in diffinitione argumentationis, nomine partis intelligendam esse partem in communi, siue extrinsecam, siue intrinsecam, atque ita consequens erit pars argumentationis extrinseca, antecedens vero intrinseca. Ad quartũ libenter admittimus

Ad 1. ar
gumẽ.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

duos illos modos Barbara, & Baralipron, non essentia, sed sola vi, & facultate inferendi diuersas conclusiones differre: vel differunt sola materia extrinseca, non tamen parte aliqua essentiali, cum sit eadem medij cum extremis dispositio, in vtroque modo. Legendus est Doctor & amicus noster Martorellus in comment. in 1. cap. li. i. Priorum quæstio. vltima.

QVAESTIO III. AN ARGUMENTATIO vitiosa uocari debeat simpliciter argumentatio.

PARS negans his argum. suadetur. Primum. Cui cõpetit diffinitio, & diffinitum: atqui diffinitio argumentationis, quæ traditur per materiam, competit argumentationi vitiosæ, est enim oratio constans antecedente, & consequente tanquam suis partibus, &c. ergo & diffinitum debet illi conuenire, & ita argumentatio vitiosa erit vocanda simpliciter argumentatio. Secundo. In optima diuisione res diuisa prædicatur de mēbris diuidentibus: atqui diuiditur à dialecticis argumentatio in rectam, & vitiosam, ergo argumentatio prædicabitur de vitiosa argumentatione, & ita erit vocanda simpliciter argumentatio.

Controuersum quidem est inter dialecticos siue vocanda simpliciter & absolute argumentatio, quæ vitiosa est argumentatio. Quidam enim existimant huiusmodi argumentationem simpliciter & absolute esse argumentationis nomine ornandam. E contra tamen alij sentiunt non esse tali nomine insigniendam, quæ sententia magis nobis probatur, nam quemadmodum hominipetus non dicitur homo simpliciter

ter, & absolute, sed secundum quid: eodem etiam modo argumentatio illa quæ vitiosa est minime debet vltimo modo vocari argumentatio simpliciter, sed solum secundum quid, ac per accidens hac vnica conclusione explicamus.

Argumentatio vitiosa nequaquam est argumentatio simpliciter, & absolute appellanda. Cõfirmatur duobus argum. Primum. Syllogismus apparet est argumentatio vitiosa: atqui teste Arist. 1. lib. Topico, cap. 1. syllogismus apparet, nequaquam est appellandus simpliciter, & absolute syllogismus, sed secundum quid, ergo argumentatio vitiosa minime vocanda erit simpliciter argumentatio, sed secundum quid. Secundum. Cui deest forma argumentationis nequit dici simpliciter argumentatio, nam à forma quælibet res habet essentiam, & naturam: sed argumentationi vitiosæ deest forma argumentationis, ergo argumentatio vitiosa non erit vocanda simpliciter argumentatio. Cõfirmatur assumptio. Forma argumentationis est connectio inter pronuntiata, ita vt consequens inferatur ex antecedente: at in argumentatione vitiosa consequens non inferatur ex antecedente vt in hac argum. cœlum mouetur, ergo Socrates philosophatur, consequens non inferatur ex antecedente, ergo argumentatio vitiosa nõ habet formam argumentationis.

Ad argum. Ad primum admittimus diffinitionem argumentationis petitam à materia competere argumentationi vitiosæ: diffitemur tamen diffinitionem quæ petitur à forma eidem conuenire. Cum itaque res non habeant esse & naturam à materia, sed à forma, propterea argumentatio vitiosa minime erit argumentatio simpliciter, & absolute appellanda.

1. Arg.

2. Arg.

1. opin.

2. opin.

Vitiosa conclusio

1. Argum.

2. Argum.

Ad

1. Ar.

2. Ar.

Ad 1. argum.

3. Ar.

Ad 2. peilanda. Ad secundum respon. pro positionem esse veram in diuisione totius vniuersi, hæc autem diuisio non est huiusmodi, sed est vocis ambigua in sua significata. In qua quidem diuisione non effertur natura aliqua de membris diuidentibus. Vnde quemadmodum non colligimus animal pictū esse animal, quantumuis diuidi illud possit in viuū, & pictum, cum sit hæc diuisio vocis homonymæ: ita etiam ex eo quod argumentatio sit diuisa in rectam, & vitiosam, non recte colligemus argumentationem vitiosam esse vocandam absolute, & simpliciter argumentationem, cum huiusmodi diuisio sit vocis homonymæ.

QVAESTIO V. AN SYLLOGISMUS, inductio enthymema & exemplum differant specie.

Syllogismum quidem ab enthymemate minime esse specie distinctum suadere possumus his argum.

1. Arg. Primum Vna species nequit constitui & componi ex altera vt homo non fit ex leone: atqui enthymema fit ex syllogismo, detracta namque ab ipso syllogismo altera ex summptionibus, remanet effectum enthymema: syllogismus ergo & enthymema minime distinguuntur inter se specie. Secundum. Vna species nequit per alteram diffiniri: atqui enthymema diffinitur per syllogismū, diximus namque illud esse syllogismum imperfectum: enthymema ergo non differet ab ipso syllogismo specie. Tertium. Quæ differunt velut perfectum, & imperfectum non differunt specie sicuti vir, & puer: at syllogismus, & enthymema distinguuntur tanquam perfectum, & imperfectum, nam syllogif. est argum. per

fecta, enthymema vero imperfecta, ergo syllogismus & enthymema non differunt inter se specie.

In hac quaestione explicanda est opinio Nunneshij in libello de constitutione artis dialecticæ, propositas argumentandi rationes, non aliter ab inuicem distingui, quam perfectū & imperfectum intra eandem speciem distinguuntur, est enim syllogismus argumentatio perfecta, ceteræ vero argumentationes sunt imperfectæ, sicut vir, & puer, tantum differunt velut homo perfectus, & imperfectus, quare has argumentationes minime inter se specie differre arbitratur. Altera tamen opinio est Ludouici Lemosij lib. 1. paradoxorum dialectico. errore 23. has eandem argumentationes specie esse inter se distinctas, diuidereque illas argumentationem in communi, tanquam verum genus sibi omnibus commune, quemadmodum homo, & leo differunt specie diuiduntque animal tanquam suum verum ac legitimum genus. Quam sententiam & plerique amplectuntur: & nos etiã libenter sequimur, illamque vnica conclusione declaramus.

Syllogismus inductio, enthymema & exemplum sunt veræ species argumentationis, estque ipsa argumentatio verum genus ad has quatuor formas. Hanc his argu. demonstramus. Primū Quæ differunt definitione essentiali, specie differunt, at syllogismus, inductio, enthymema, & exemplum differunt essentiali definitione, ergo specie differunt. Confirmatur assumptio quia in ca. vltim. 2. lib. fuerunt à nobis propositæ cum Arist. variæ ac diuersæ harū argumentationū definitiones, quas essentielles esse, nullus certe dubitat. Deinde. Argumentatio diuiditur ex communi dialecticorū consensu, in syllogismum, inductionē, & c. tūc ro

1. opin.

2. opin.

Vnica conclusio

Confirm. Primo.

Secus.

gamus igitur quænam extet huiusmodi diuisio, nequit enim esse vocis homonymæ in sua significatâ, argumentatio etenim naturam aliquam declarat his omnibus argumentationibus communem, quod minime in diuisione solius vocis hominimæ experimur: nequit præterea præfata diuisio esse totius integri, partes enim integrantes proximæ argumentatio. sunt enuntiatio nes, remotæ autem voces, nullæ tamen harum quatuor quas proposuimus formarum partes extant integrantes argumentationis, siue proximæ siue remotæ: nec est denique diuisio accidentaria, quia argumentatio non est accidens syllogismi, aut inductionis, cum prædicetur secundum essentiã de illis: supererit igitur à sufficienti diuisione confirmatum, diuisionem præfatam, esse totius vniuersi, vt pote generis in suas species: at in huiusmodi diuisione res diuisa est verum genus, ac præterea membra diuidentia sunt specie inter se diuersa: erit ergo argumentatio verum genus ad has quatuor formas. Præterea, Quæ differunt forma, specie quoque differunt, auctore Arist. 7. lib. metaph. cap. 13. à forma enim obtinent res ipsæ essentiam & naturam: at qui syllogismus, & aliæ argumentationes assignatæ, distinguuntur forma: distinguuntur, ergo etiam & specie. Confirmatur assumptio. In syllogismo argumentum à toto ad partes, vt ex eo quod animal sentit colligimus hominẽ, qui pars est animalis, etiam sentire: in inductione vero à partibus ad totum ipsum procedimus, ex eo namque quod hic, ille, & alter ignis calidus est, quorum quilibet est particularis, omnem ignem calidum esse inferimus, tanquam quidpiam vniuersum. Rursus in exemplo, ab vna parte ad aliam argumentamur: velut à

temperantia, quæ est vna virtutis pars, confirmamus amplectendam esse fortitudinem, quæ altera pars virtutis existit: in enthymemate itidem medium verbum semel sumitur ante conclusi. quod idem in syllogismo bis ante conclusionem vsurpatur: at qui hæc sunt diuersæ argumentandi formæ, syllogismus ergo enthymema, inductio, & exemplum variæ erunt argumentationis species de quibus eisdem argumentatio tanquam verum genus predicabitur, iam argum. in principio effectis oportet satisfaciamus. Ad primum ergo distinguimus propositionem, vnam enim speciem componi ex altera intelligi potest, vel secundum materiam, vel secundum formam. Ainus ergo vnam speciem nequaquam posse ex alia fieri secundum formam, formæ namque sunt ad inuicem sibi ipsis contrariæ, nequit vero vnum contrarium ex alio effici atq. componi: nihil tamen obest quominus vna species ex alia efficiatur secundum materiam, eadem namque propositiones, quæ extant materia syllogismi, existunt post modum materia enthymematis. Ad secundum resp. vnam speciem minime posse per alteram speciem secundum formam diffiniri, hoc enim patet inter se opponuntur, nullum tamen est absurdum vnam speciem per alteram tanquam per materiam diffiniri. Nos itaque diffinientes cum Arist. in loco citato enthymema per syllogismum, non tanquam per formam, sed tanquam per materiam id effecimus, quia enuntiationes quæ materia sunt syllogismi, deinde efficiuntur materia enthymematis. Ad tertium negamus propositionem quæuis enim in eadem re vera illa esse possit in diuersis tamẽ falsa illa extitit, omnis enim alicuius generis species differunt tanquam perfectum,

Ad 1. ar
gumetu

Ad 2.

Ad 3.

& im.

Tertio,

Quarto

& imperfectum, quia vna semper est longe nobilior, atque perfectior, quam altera, cum tamen eadem specie inter se distinguatur. Cum itaque syllogismus, enthymema, inductio, & exemplum, diuersa sint inter se res, etiam si tanquam quid perfectum & imperfectum fecerantur inter se, specie nihilominus inter se distinguuntur.

QVAESTIO VI. D ET VR
ne quarta figurane?

P Erpendamus iam sintne tantum tres formae syllogismorum, & num praeter illas detur quarta alia necne: nam esse quartam constituendam in hunc modum primo suademus. Arist. ex varia medijs cum extremis collocacione. tres modos figurarum collegit, sed praeter tres illos modos ab eodem recensitos (nimirum primus quando medium est subiectum in maiori, & attributum in minori, secundus quando idem est in vtraque, tam maiori quam minori attributum, & tertius quando in vtraque est subiectum) datur alius quartus modus, quo medium connectitur cum extremis, ille scilicet, in quo medium est attributum in maiori propositione, & subiectum in minori, vt quando dicimus, omnis homo est animal, sed omne animal sentit, ergo quoddam sentiens est homo: ergo praeter tres figuras numeratas erit alia quarta constituenda. Secundo. Ille est bonus syllogismus cui competit definitio syllogismi ab Arist. proposita: sed praefato syllogismo competit definitio ab Arist. proposita, nam est oratio in qua quibusdam positus, maiori nimirum, & minori, aliud ex iis que posita sunt necessario sequitur, conclusio scilicet, ergo erit optimus syl-

logismus: at ille in nulla trium figurarum continetur, erit igitur quarta alia collocanda. Iam propositus syllogismus, & alij ipsi similes, sunt optimi, nullum vitium habentes, erunt igitur in aliqua figura: sed in nulla ex tribus propositis ab Arist. continetur, in aliqua igitur alia continebuntur, quare assignanda erit alia quarta. Praeterea illi sunt optimi syllogismi qui ad primam figuram reuocari queunt: etenim ex eo Arist. docebat modos secundae, & tertiae figurae esse optimos, quia ad alios primae figurae reuocantur, sed syllogismi qui in hac quarta figura conficiuntur, reuocantur ad modos primae figurae, vt praefatus syllogismus primi argumeti, reuocatur ad barbara, transpositis, & permutatis propositionibus, & conuersa conclusionem in hunc modum, omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit, & per conuersionem conclusionis, ergo aliquod sentiens est homo. Erunt igitur optimi syllogismi quarta figurae, ac proinde necessario erit huiusmodi figura collocanda.

Haec certe argumenta eruditissimos viros commouere potuerunt, vt opinarentur esse necessario quartam aliam figuram constituendam, in qua scilicet medium ita cum extremis disponitur, vt sit in maiori propositione attributum, & in minori subiectum, conclusio autem debet esse particularis, vt sit verum consequens: nam si fuerit vniuersa, maiusque de minori (vt fieri debet) concludamus, non poterit consequens esse verum, quemadmodum in syllogismo tradito, omnis homo est animal, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo, medium ita disponitur, vt in propositione sit attributum, & in assumptione subiectum, conclusioque (in

Bbbb 5 qua

3. Arg.

se ca. 11

ca. 11

ca. 11

4. Arg.

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

Ad 1. ar
gumca,

Ad 2.

Ad 3.

1. opin

ca. 11

ca. 11

ca. 11

ca. 11

qua concludimus hominem qui est maius extremum de sentiēte, quod est minus) est particularis: nam si esset vniuersa, esset consequens falsum: falsum etenim est omne sentiētiens esse hominem. Galenus vir certe præter summam in arte medēdi peritiā, in omni parte Philosophiæ admirabilis, nec minus in rebus Dialecticis, quam Philosophicis exercitatus, hanc quartam figuram primus omnium excogitauit, vt Auerroes cap. 3. lib. 1. Priorum, & in digressione peculiari de quarta figura profitetur: hanc multi viri celebres ex Philosophis solo nomine Galeni commoti, incunctanter constitutendam esse asseuerant: quamuis in operibus quæ nūc extant Galeni hanc opinionem non legamus: inter Theologos Ioānes Viguierius in suis institutionibus theologicis, cap. 2. §. 4. verbo. 2. illam admittit, & ex Dialecticis recentioribus quā plures. At contra asserendum erit nullam esse huius quartæ figuræ necessitatem, cum Arist. summus Philosophus, & Dialecticus, illam nequaquā agnouerit, & explicans modos quibus medium cum extremis vnitur, nulla de huiusmodi mentione effecta, tres tantum nobis proposuerit, Cuius sententiā Græci omnes, Arabes, & Latini amplectuntur. Auerroes in loco superiori, Suesanus, Gaspar Canterus in opere à se edito de quarta figura. Iacobus Zabarella in lib. de quarta figura in operibus logicis. Lemosius lib. 1. Paradoxorum Dialectic. cap. 18. & alij sexcenti quos ne citādo molestiam pariam prætermitto: quorum sane opinionem amplectimur illamque hac vnica assertionē explicamus.

Vnica Non est (præter figuras syllogis-
conclu. morum ab Arist. propositas) quarta
Confir. alia collocanda. Confirm. Primo.
primo. In omni recta syllogismorum figu-

ra, quæ nimirum directe concludat, conclusio debet esse naturalis, id est in conclusione illud quod erat attributum in præmissis, debet remanere attributum, & quod erat in eisdem subiectum, debet quoque superesse subiectum: retinent siquidem maius, & minus extremum eūdem ordinem in conclusione quem retinebant in præmissis, vt in primo modo primæ figuræ apertissime intuemur: nā in hac argumentatio. *Omni virtus est amplectenda, omnis sapientia est virtus, ergo omnis sapientia erit amplectenda*, esse amplectendum, quod est maius extremum, & habet locum attributi in propositione, in conclusione est attributum, & sapientia quæ est minus extremum, retinetq. locum subiecti in assumptione, in conclusione quoque eundem locum subiecti habet, & ratio est apertissima: Quia cum maius extremum, dicatur de omni de medio verbo, & minus extremum contineatur sub medio, debet idem maius extremum in conclusione dici de minori, ac proinde erit attributum, & minus extremum erit subiectum (vt in eodem exemplo persi(tētes) quia esse amplectendum, quod est maius extremum dicitur de omni virtute, quæ est medium verbum, & sapientia quæ est minus extremum, contineatur sub virtute, profecto esse amplectendum dicitur quoque de sapientia in conclusione, ac proinde habebit locum attributi, & sapientia subiecti: constat igitur in omni figura recte concludente illud, quod in præmissis erat subiectum, in conclusione remanere subiectū, & quod erat attributum, remanere attributum. Sed in hac quarta figura, hic ordo nequaquam reperitur, imo, è cōtra, quod erat subiectum, fit attributum, & quod erat attributum fit subiectū, vt in syllogismo proposito.

Omni

Omnis homo est animal, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo, homo qui erat subiectum propositionis fit attributum conclusionis, & sentiens quod erat attributum assumptionis fit subiectum conclusionis, non igitur erit huiusmodi syllogismorum forma constituenda. Hæc certe ratio si recte expendatur efficax est, nam quod quidam dicunt non esse præmissis propositis inferendam supra dictam conclusionem particularem, sed aliam vniuersam, ergo omnis homo est sentiens, in qua id quod est subiectum (scilicet homo) remanet subiectum, & quod est attributum, nimirum sentiens, remanet quoque attributū, futile est, & à non recte hanc quartam figuram intelligentibus, propositum. Primo quia qui hanc figuram cum Galeno constituunt, sentiunt conclusionem debere esse particularem. Secundo quia si hæc vniuersa esset inferenda, in syllogismis directe concludentibus, ut sunt illi qui fiunt in hac figura, illorum iudicio concluderemus minus extremum de maiori, quod certe absurdissimum est, & in syllogismis conficiēdis maximum vitium, in quibus omnibus (de concludentibus directe ago) semper debet maius, de minori concludi, ut omnes dialectici vno ore profitentur; nam concludimus sentiens, quod est minus extremum, de homine qui est maius extremum: sumitur enim sentiens in minori cum animal, quod est medium verbū, ac proinde erit minus extremū, & homo cum eodē in maiori propositione, ob quā causam maius extremū nuncupabitur.

Secundo confirma. eadem conclusio. In omni recta argumentatione quod est consequens superioris, non potest esse antecedens inferioris, nam cum inferius sub superiori

contineatur, eadem erunt vtriusque consequentia, ut in hac argumentatione, omnis arbor viuit omnis Pyrus est arbor, ergo omnis Pyrus viuit, Pyrus, sub arbore quæ est superior continetur, atque ita cum viuere consequatur arborem, consequetur Pyrum, sed si daretur hæc quarta figura, quod est consequens superioris, antecederet inferius: ergo inanis erit huiusmodi figura. Confirmatur assumptio. Sumamus sæpe propositum syllogismum in hac quarta (quam fingit) figura. Omnis homo est animal, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo: sentiens est consequens animalis, quod est superius homine: nam recte sequitur, animal est, ergo sentiens est, & antecedit hominem, qui est inferior animal, in ipsa conclusione, nam colligimus, ergo aliquod sentiens est homo, in qua collectione, sentiens, fit subiectum hominis, ac proinde illius antecedens, iam igitur si hæc figura esset admittenda, in recta aliqua argumentatione, quod est consequens superioris, esset antecedens inferioris. Rursus hæc quarta figura non differt à prima, secundum rem, sed est vna, & eadem, solo situ propositionum ab ea diuersa, nam quod in prima figura est propositio, in quarta fit assumptio; & quod in prima est assumptio, in quarta est propositio, ut in hac argu. Omnis hō est animal, oē animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo; quæ est in quarta, minor propositio est maior in Barbara, & maior est minor in eadem, nā in Barbara ita argumentamur, omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit, & per conuersionem ex parte, ergo aliquod sentiens est homo, quæ est conclusio quæ inferebatur in quarta figura, quæ certe conclusio etiā

infer.

Quorū dictum.

Corfut. duplici.

Confir. Tertio.

Confir. Secū.

infertur in barbara mediate: nā in illa tres possunt colligi cōclusiones aientes, ex Arist. 1. Priorum cap. 2. vna vniuersa, vt hęc quam proxime intulimus, & duæ aliæ mediatæ prima subalternans huius vniuersæ, aliquis homo sentit, & secunda, in quam vniuersa conuertitur, ali- quod sentiens est homo. Cum igitur non differat à prima secundum rem, sed sola mutatione præmissarum, non est cur talem figuram constituere debeamus. Et certe cum in omni figura possint transponi propositiones, si hęc sola sufficeret ad constituendam nouam figuram, plures essent quam quatuor figuræ syllogismorum, quod cūdici nequeat, neque igitur erit, & quarta collocanda.

Ad 3.
gum.

Proximum iam est, vt argumentis quę in aliorum patrocinium posuimus satisfaciamus. Ad primū respon. falsum esse dari quartam aliam medię cum extremis collocacionem: nam hęc quam aduersarij quartam esse consingunt, non differt à collocacione medię cum extremis in prima figura, sed sola transmutatione propositionū, vt in tertio argumento in fauorem nostrę conclusionis adducto ostendebamus. Ad secundū dicimus falsum esse hanc diffinitionem syllogismi, conuenire syllogismis huius quartę figurę: etenim quando in diffinitione syllogismi dicimus, Aliud ex his quę posita sunt necessario sequitur, intelligi debet, aliud quod sequatur modonaturali, id est, quod ita sequatur, vt quod in præmissis erat subiectum, sit quoque subiectum in conclusione, & quod in eisdem erat attributum, in conclusione locū retineat attributi: at in hac

Ad 2.

quarta figura non sic se res habet, sed e contra quod est subiectum in præmissis habet locum attributi in conclusione, & attributum retinet locum subiecti, vt exemplo apertissimo in primo argumento pro nostra opinione exposuimus, ac proinde hęc diffinitio syllogismi, his quę in quarta figura fieri consinguntur, nullo modo adaptabitur. Ad tertium respon. huiusmodi syllogismum reuocandum esse ad primam figuram, sola transmutatione propositionum effecta, vt explicuimus: neque proinde colligendum erit præter primam non dari alias figuras, cum secunda & tertia ad primam reuocentur. Etenim illi soli syllogismi qui reuocantur ad primam, ita vt non concludant naturaliter, nullam figuram constituunt, vt sunt hi qui sunt in quarta figura, reliqui vero qui iuxta propriam sui medię cum extremis collocacionem concludunt naturaliter, quamuis ad primam reuocentur, reuera tñ ab illa differant propriamque figuram efficiunt. Ad 4. respon. Illud nihil colligere aduersus nos: nam libenter fatemur illum syllogismum qui reuocatur ad primam figuram, si naturaliter concludat esse optimum, at syllogismi qui in hac quarta figura sunt, non concludunt naturaliter, sed cōtra naturam, ac proinde non erūt recti, sed vitiosi, quare & inanis erit huiusmodi quarta figura. Nonnullas alias difficultates de argumentatione hoc loco misissas facimus, vel quia in nostris institutionibus Dialecticis legi poterunt, vel ne in aliis grauioribus breui oratione vti cogamur. Hactenus igitur de iis quę in lib. de priori analysi ab Arist. proposita fuerunt.

Ad 3.

Ad 4.

COM-

1749
1149



COMMENTARIA
IN DVOS LIBROS ARI-
sto. de Posteriori Analyfi, vel
de Demonstratione.

EODEM R. P. Fr. DIDACO MASIO
Valentino Vிலarealensi ordinis Predica-
torum auctore.

PRAEFATIO.



Ad 3.

Ad 4.

Accessimus iam ad
eam partem Dialecti-
cæ explicandam, quã
sibi tanquam finem
præcipuum, & sco-
pum in arte disere-
di proposuerat Aristoteli. nimirum ad
lib. de posteriori analyfi, vel de demon-
stratione; demonstrationis si-
quidem naturam explicare, partes
que proponere, & proprietates inue-
stigare, esse præcipuũ huius operis
institutum iã supra i. lib. de Priori
analyfi cap. i. nobis testatum pro-
posuerat Aristoteli. Quare æquũ est vt
in illius explicatione maiorem mul-
to operam, laborem, & industriam
quã in aliis collocemus, maxime q.
cum luce clarius conspiciamus, ex
hac disputatione, ita reliquarum ar-
tium, & scientiarum cognitionẽ pe-
dere, vt sine illa, vix, ac ne vix qui-
dem, possit quisquam, aliquos ne
vel mediocres progressus in eis ef-

ficere. Verũ quia, iuxta veterẽ con-
suetudinem, in initio cuiusque ope-
ris nonnulla præfamur, quæ ad ip-
sum opus viam nobis præbeant, ac
aditum, hæc eadem in his lib. pau-
lo diffusiore sermone præfabimur,
quæ omnia vnica sectione comple-
ctemur. Sit igitur prima quæst.

SECTIONIS VNICAE
Proœmialiũ q. huius operis quæst.
prima de ordine horum libro-
rum ad alias partes Dia-
lecticæ.

ET quidem non primo sed secun-
do loco post lib. Topico, tradi il-
los debuisse, his argum. confirma-
Primum. Ea quæ sunt faciliora sũt
priori loco proponenda; atqui argu-
mentatio probabilis est facilior ana-
lytica, vt est manifestum: prius igitur
erat agendũ de probabili, quam
de ana-

i. Argũ

2. argu. ad analytica argumentatione. Secun-
 cun. Quæ sunt imperfectiora, sunt
 priora perfectioribus, vt puer prior
 est viro, quia est eo imperfectior: at
 qui argumētatio probabilis est im-
 perfectior analytica: ergo erit prior
 & ita agendum erat prius de illa.

3. Argu. Tertiū species alicuius generis sic
 sunt inter se affectæ (vt cum Arist.
 in post cate. cap. de priori doceba-
 mus) vt vna non sit prior altera, at
 qui argumentatio analytica, & pro-
 babilis sunt species argumentatio-
 nis, vt innuere videtur Arist. 1. lib.
 Topico. cap. 19. ergo non erit prius
 de analytica, quam de topica ratio-
 cinatione disputandū.

4. Arg. Vniuersaliora priori loco sunt explican-
 da, authore Arist. 1. lib. de part. ani.
 cap. 1. sed argumentatio probabi-
 lis est vniuersalior, plura enim sunt
 quæ argu. probabilibus, quam quæ
 necessariis argu. pertractantur: ar-
 gumētatio igitur probabilis priori
 loco erit pertractanda.

5. Arg. Quint. inuē-
 tio prior est iudicio, sed in parte to-
 pica traditur inuentio, in analyti-
 ca autem iudicium: ergo pars topi-
 ca prior erit analytica.

2. Opin. Ex veterib⁹ Philosophis multi in
 ea extiterunt opinione, vt arbitra-
 rentur lib. Topico. ante lib. analyti-
 catim post lib. catego. esse traden-
 dos. Vnde catego. vocabant ante-
 topica, quasi ante lib. Topico. tradi
 deberent. Hanc opinionem se-
 quutus fuit olim Adastrus Aphro-
 disæus (vt testatur simplici, in præ-
 fatio. Catego.) quam eandem ni-
 fallor in principio topico. ad Tre-
 bati, amplexus est Cicero, nam cū
 eo loco partem analyticam, cum to-
 pica compararet; scilicet iudicium
 cum inuentione debet partem to-
 picam vt iustiore, ac priorem esse,
 ea parte in qua traditur iudicium,
 quæ certe pars est analytica. Philo-
 ponus vero in commenta. in 1. ca-

put. 1. lib. de demonst. arbitratur li-
 br. Topico. lib. de posteriori ana-
 lyti esse præponendos, opinatur e-
 nim in his lib. tradendis hunc ordi-
 nem esse tenendum, vt post lib. de
 priori analyti sequantur lib. Topi-
 & vltimo de reprehensi. Sophista.
 Contrariam tamen opinionem se-
 quuntur alij viri grauisimi, opinā-
 tes lib. de priori analyti, & postero-
 ri tradendos esse ante lib. topico. ita
 vt in tradenda Dialectica hic ordo
 obseruari debeat, vt post lib. cate-
 go. tradi debeant lib. de interpreta-
 deinde lib. de syllogismo in comu-
 ni, vel lib. de priori analyti, mox li-
 bri de demonstra rursus lib. Topi-
 tandem que li. de reprehē. Sophist.
 Hanc amplectuntur D. Tho. in præ-
 fatio. huius lib. D. Alber. Mag. in tra-
 cta. 1. huius lib. cap. 2. Alexand. A-
 phrodis. in commenta, in lib. de re-
 prehen. Sophista, & plerique alij tū
 veteres, tum recentiores interpre-
 res. Quam sententiam tanquam ve-
 riorem amplectimur, atque his sub-
 iectis assertionibus explicamus.

1. Concl. Prima est. Libri de priori analyti
 sunt ordine naturæ priores lib. de
 demonstra. Confirmatur in primis
 auctoritate Arist. 1. lib. prior. cap. 2.
 in fine, vbi constituit tractationem
 syllogismi in communi, antecedere
 disputationem de demonstratione.
 Confirmatur deinde hac ratione.
 Vniuersaliora priora sunt minus v-
 niuersis, quare & priori loco erunt
 tradenda; sed in lib. de priori analy-
 si agimus de syllogis. in genere, qui
 communior est & vniuersalior se-
 cundum essentiam, ad demonstra-
 tionem; probabilem ratiocinationem,
 & sophisticam: erunt ergo lib.
 de priori analyti, ante lib. de demō-
 stratione tradendi.

2. Concl. Secunda conclusio. Agendum est
 prius de posteriori analyti, seu de
 demonst. quam de argumenta. pro-
 babi.

2. Opin.

1. Concl.

2. Concl.

1. Arg.

babi. in lib. topico. disputemus. Cō firma. his argumentis. Primum. Illa argumentatio est priori loco tractanda quæ sequitur proxime tractationem syllogismi in communi, (quod enim hæc sit prior tractatione syllogismi in specie) nulli dubiū esse debet, quare ex speciebus illa erit priori loco pertractanda, quæ proxime subsequetur ipsum genus: at demonstratio cuius natura in libro de posteriori analysi explicatur iudicio Arist. 1. prio. cap. 2. subsequitur in immediate tractationem syllogismi in communi: ergo pars analytica erit prior parte topi.

2. Arg.

rique loco tradenda. Secundum. Necessarium prius est contingenti, itē que, verum necessarium prius erit probabili, est enim verum probabile, velut quidam defectus veri necessarii, sicut & contingens in naturalibus est defectus eius quod est necessarium: sed demonstratio est argumentatio necessaria, topica autē est probabilis, ergo demonstratio prior erit argumentatione probabilis, atque ita prius erit agendum de ea. Verum (vt hanc rationem facilius intelligere possimus) animadvertimus ex D Tho. in præfatione huius lib. syllogismum similem esse naturæ, vnde quemadmodum in natura datur quædam opera omnino necessaria, vt Solem singulis diebus oriri, & interire, dantur etiā & alia contingentiæ, quæ & esse, & non esse possunt, vt hominem nasci cum quinque digitis in singulis manibus: tandem que alia monstra, quæ sunt vitia, & peccata naturæ, vt eundem hominem oriri cum duobus capitibus. Ita pariter sese res habet in syllogismo, dantur enim ex eis quidam concludentes necessariam propositionem, alii probabilē tantum, & alii qui vitia & peccata committunt. Qui inferunt proposi-

tionem necessariam sunt analytici, qui autem probabilem topici nuncupantur, & qui vitiosam sophistici. Quemadmodum igitur necessariū prius est contingenti, ita quoque argumentatio analytica, erit prior argumentatione probabili, ac subinde priori etiam loco tradenda.

Tertia conclusio. Libri de posteriori analysi priori loco debent tradi quam alij de reprehens. sophistica, confirma. In Medicina illa pars que agit de optima valetudine, prior est alia quæ de venenis disputat, quorum vi ipsa valetudo deperditur: ac qui in dialectica pars sophistica est veluti venenum demonstrationis, eius certam, & infallibilem veritatem euertens, igitur in ipsa agendum erit prius de parte analytica quam de sophistica.

Quarta conclusio. Ordine dignitatis pars analytica præcedit etiam partem topicam simul atque sophisticam. Cōfirmatur. Illa tractatio est prior dignitate quæ in nobiliori obiecto versatur: sed pars analytica versatur in explicanda demonstratione, quæ est omnium rationum longe præstantissima: erit ergo ipsa ordine etiam dignitatis, & excellentiæ prior tam parte topica, quam sophistica.

Ad argum. igitur respon. Ad primum negamus propositionem, nā iuxta methodum quam sequimur in dialectica a prioribus natura debemus progredi ad ea, quæ sunt posteriora natura, & non a facilibus. Ad secundum dicimus aliquando ex imperfectioribus effici ac constitui perfectiora, sicut ex puero fit vir, interdum tamen quæ perfectiora sunt nequaquam ex imperfectioribus oriuntur, vt homo qui est perfectior leone, non oritur ex illo. igitur quæ imperfectiora sunt primo modo, priora sunt perfectioribus quæ

3. Conc

4. Con

Ad 1. argum.

Ad 2.

2. Opin.

1. Concl.

2. Concl.

2. Concl.

quae sunt ex illis ut puer prior est viro: et quae altero modo extiterint imperfectiora, nequaquam erunt perfectioribus eiusdem generis priora, quemadmodum leo non est prior homine. Demonstratio autem, & argumentatio probabilis, hoc secundo modo inter sese afficiuntur, etenim quamuis argumentatio probabilis sit imperfectior analytica, non tamen haec efficitur, & constituitur ex illa, quare neque poterit esse prior.

Ad 3.

Ad tertium respon. species alicuius generis si conferantur cum genere quod diuidunt omnes esse simul: si tamen eadem ad inuicem comparatur, vna erit altera prior. Demonstratio itaque non est prior argumentatione probabilis, si utraque cum syllogismo qui est genus comparatur bene tamen si cum sola illa conferatur.

Ad 4.

Ad quartum admittimus propositionem, dum tamen minus vniuersum sub magis vniuerso sit contentum, sicut prius disputandum est de animali, quam de homine, eo quod homo sub animali comprehenditur, nam si res non se ita habuerit, eandem diffitemur.

Ad vl.

Quam obrem quamuis argumentatio probabilis sit vniuersalior quam analytica, quia tamen haec sub illa non est contenta, proinde non erit prius illa, quam haec altera tradenda. Ad vltimum dicimus in parte analytica etiam praeter iudicium, tradi inuentionem, disputauius enim satis diffuse in 1. eius lib. de inuentione medic. Et ita quod aiunt Philosophi de parte topica in illa scilicet tradi inuentionem, intelligendum est de inuentione argumentorum probabilium, non autem analyticorum.

Q V A E S T I O II. Q V A E

nam sit materia subiecta horum librorum.

Multique grauissimi viri sunt in ea opinione, ut arbitrentur, definitionem esse materiam subiectam in his lib. & non demonstrationem, idque propter haec argum.

Primum. Agere de definitione vel

1. Arg.

ut materia subiecta munus est proprium Dialectici: at nullibi Arist. de ipsa sermonem instituit nisi 2. lib.

huius operis: ergo definitio erit materia huius operis. Secundum. De

2. Arg.

omni subiecto praenoscendum est in qua libet scientia quid illud sit,

ita ut in tali disciplina definitio illius tradi nequaquam debeat, ut auctor est Arist. in 1. cap. huius lib. at

de demonstrati. non praenoscimus quid sit, quin potius eius solum definitiones trademus 2. cap. huius libri: ergo demonstratio non erit materia subiecta. Tertium. De omni

3. Arg.

subiecto concludimus proprietates per demonstrationem: si ergo demonstratio est subiectum horum lib.

de illa concludemus proprietates per demonstrationem. Tunc rogo

num illa demonstratio sit materia subiecta horum lib. necne: si non fuerit

habeo institutum, si vero fuerit, de illa igitur concludendae erunt proprietates per demonstrationem, atque ita dabitur progressus in infinitum. Vltimum. Illud quod commune est plerisque scientiis, nequit esse

Vltima

argum.

propria materia alicuius, quia per materiam res separantur inter se,

at per illud quod est commune, nequeunt scientiae ab inuicem separari sed demonstratio communis ferre est omnibus disciplinis, cum in omnibus illis dentur plures demonstrationes: ergo demonstratio non erit materia subiecta horum librorum.

Horum argum. pondere Auerroes, & eius alii conuicti, existimant materiam subiectam horum librorum esse definitionem, de qua Arist. 2. lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

lib.

Vni
conclAd 1.
gumenDuplex
de hac.
q. opi
lib.

lib. huius operis vberime disputa-
uit. Alij tamen vt D. Tho. in præfa-
tione, D. Albert. Mag. 1. cap. huius li-
bri, ac plerique alij Latini cum eis,
arbitrantur materiam subiectā esse
demonstrat. & non diffinitionem.
Quā etiā & nos libēter amplecti. &
vnicā conclusione declaramus.

Vnica
conclu.

Haud dubie asserendum est, hos
lib. in explicanda demonstrationis,
& non diffinitionis natura, tanquā
in proprio obiecto versari. Hanc cō-
firmamus in primis, aperta, & ma-
nifesta Arist. auctoritate, expressis
verbis profitentis materiam subie-
ctam illorum esse demonstra. vt cui
que licet intueri. lib. prio. cap. 1. 2.
lib. demonstra. cap. 17. 11. lib. meta-
phy. cap. 1. alibi que sæpissime. Dein
de ratione huiusmodi. Illa est mate-
ria subiecta alicuius lib. de qua con-
cluduntur proprietates, cuius itidē
assignantur partes, ac denique cu-
ius natura explicatur: atqui de de-
monstratione ostenduntur hæc om-
nia in his lib. vt in progressu operis
intuebimur: demonstratio ergo erit
materia subiecta horum libro. De-
mum per demonstrationem separa-
tur pars analytica à parte topica: at
ea est materia subiecta alicuius sciē-
tiæ, per quam ipsa à cæteris aliis se-
cernitur & separatur: materia igitur
subiecta horum lib. erit demonstra-
tio.

Ad 1. ar-
gumentū

Iam ad argum. Ad primum res-
pon. Arist. non disputare in loco ci-
tato de diffinitione, vt diffinitio est
sed solum vt est medium ad conclu-
dendas proprietates de subiecto. Si-
cuti & in topicis quoque non insti-
tuit sermonem de diffinitione vt
diffinitio est, sed ea solum ratione
qua est problemma dialecticum.
Quod autem nullibi egerit Arist.
de diffinitione artem differendi tra-
dens, hoc vel est ex eo, quia solum
instituebat in dialectica argumen-
ta.

tādi vim, & naturam explicare: uel
certe quia hæc tractatio (nam cum
nonnulla de diffinitione volumina
ædidisse auctor est Diogenes Laer-
tius lib. 5. in Arist.) iniuria tempo-
ris cum plerisque aliis perit, vt iam
in præfa. catego. docebamus. Ad se-
cundum respon. in qualibet scien-
tia quæ recta methodo progreditur
duas esse partes, in quarum prima
diffinitiones, cōmuniaq. axiomata
explicantur. Velut in Geomet. pri-
traditur diffinitio puncti, & magni-
tudinis, & aliorum, vt v. g. omne
totum est maius sua parte, & si ab
æqualibus æqualia demas, quæ su-
persūt absolute sunt deindeq. æqua-
lia: per has diffinitiones, & axioma-
ta, cōcludimus proprietates de sub-
iecto vt in secunda parte eiusdem
Geometriæ, cōcludimus hanc pro-
prietatem de linea recta super quam
libet lineam rectam triangulum æ-
quilaterum constituere, &c. Eodem
igitur pacto, in hac demonstrandi
arte, constitui debent hæc duæ par-
tes, in quarum prima proponuntur
nonnullæ diffinitiones, & axioma-
ta, quæ pars in primis capitibus con-
prehenditur, in altera vero demon-
strentur proprietates de subiectis.
In secunda igitur parte prænoscen-
dum est de subiecto quid sit, non
tamē in prima, sed in ea tradi pote-
runt diffinitiones rem ipsam expli-
cantes, quare nec in toto hoc opere
hoc solum explicamus, quid nimi-
rum sit demonstratio, cum id in pri-
ma tantum huius 1. lib. parte, quæ
est cap. 2. eius, præstemus. Ad tertiu
respon. demonstrationem in com-
muni esse materiam subiectam ho-
rum lib. de qua sola habere possu-
mus scientiam per se, & primo: non
vero de hac vel illa particulari de-
monstratione de qua nequit haberi
scientia, nisi secundo. Et ita il-
lam primam esse obiectū huius ope-
ris

Ad 2o

Ad 3o

1. Argo

2. Argo

3. Argo

Vltimo
argum.

Duplex
de hac.
q. opi.

ris per se & primarium, non autem hanc secundam profitemur. Quare & progressum in infinitum dante gamus, illa enim demonstratio, per quam concludimus proprietates de demonstratione in communi (quã cõstituímus huius operis subiectũ) est particularis, & instrumentum ad aliam communem cognoscendam: & ita neque subiectum illa esse potest, neque apta villo modo sciri, ac per demonstrationem cognosci. Ad quartum respon. vsum demonstrationis communem esse omnib⁹ sciẽtiis, de illa tamen agere, principia, & partes eius proponendo, proprietatesque concludendo ad hos lib. spectare. Cum vero ex materia subiecta cuiusque operis, eiusdem institutum colligi debeat, tanquã apertum ac manifestum relinquendum erit, institutum huius operis esse de demonstratione disputare, præceptaque ad eam conficiendam in qualibet scientia tradere, quando quidem ex his quæ in hac quæst. docuimus satis superque superest demonstratum, materiam subiectã eiusdem esse demonstrationem.

QV AESTIO III. QV AESTIO
nam si huius operis in-
scriptio.

Dua: di
ser. ho-
rum li.
in scrip-
tione.

INscribuntur hi lib. ab Arist. interdum de demonstra. velut constare potest ex 1. lib. prio. cap. 1. & ex 2. lib. eiusdem operis cap. 17. aliquando vero analytici, vt 2. lib. perhierme. cap. 1. in lib. de repreh. Sophista. cap. 2. 6. lib. æthyco. cap. 3. & in aliis plerisque locis. Hæc autem diuersa inscriptio obdiuersas rationes demonstra. (in qua velut in subiecta materia totum hoc opus versatur) fuit tradita. Potest namque illa sumi vel vt progredimur, à causis

Duplex
mo. quo

ad effectus, & à principiis necessariis, ad conclusionem necessariam: vel è contra vt ab effectibus ad causas ipsas procedimus, effectus ipsos in suas causas, ac prima principia resoluendo. Igitur iuxta primam rationem inscribuntur de demonstra. quæ nihil aliud est, quam ratiocinatio in qua ex causa colligimus effectum, & ex propositionibus necessariis, conclusionem necessariam inferimus. Si autem secundam alteram rationem in eisdem cõtemplemur, analytici, id est, resolutorij dicentur, quia in demonstratione effectũ in suas causas, ac prima principia resoluimus. Vt tamen rationem ob quã analytici appellari illi debeãt explicemus, quid, & quotuplex sit analysi in primis erit proponẽdũ. Diffinitur igitur analysi, ab Arist. 3. æthyco. cap. 3. *Prosecutio causarum, ex causis, quousque ad prima principia, & primas rei causas fuerit deuentum.* Est autem analysi duplex vna secundum rem, & altera secundum intellectum. Analysi secundum rem est resolutio rei in principia ex quibus componitur, cuiusmodi est resolutio mixti in elementa, & domus in lapides, & lateres. Secundum intellectum vero quædam est logica, alia mathematica. Logica est resolutio in duo illa prima principia, dici de omni, & dici de nullo, omnis enim consequentia, tandem est in ipsa resoluenda. Mathematica vero est resolutio veritatis consequentis, in veritatem suarum præmissarũ, ex eo enim consequens est verũ, quia & antecedens est verum. Cum igitur dẽtur hæc resolutionis genera, hi libri vocantur analytici, non ab analysi secundum rem, sed ab altera quæ est secundum intellectum, rursumque ab analysi mathematica, & non logica. Vnde cum superiores lib. priorum, & hi etiam lib. 1. posterior.

sumi potest demonstr.

1. A.

2. I.

1. A.

1. Disc. Aterio analytici inscribantur, eo dis-
ferunt, quia illi ab analysi logica a-
nalytici vocantur, eo quod in illis
disputemus de resolutione conse-
quentiæ in duo illa principia, dici
de omni, & dici de nullo: hi vero a-
nalytici in eadem ab analysi mathe-
matica denominentur eo quod
in illis de resolutione veritatis con-
sequētis in veras propositiones per-
tractemus, quod proprium est ma-
thematicæ resolutionis. Differūt et-
iam, quia libri superiores vocātur
de analysi priori, hi vero de poste-
riori vt inquit Alexan., ex eo quod
illi agunt de syllogismo in commu-
ni, qui est genus ad alias syllogismo-
rum formas: hi autem disputant de
syllogismo quodam, qui illius est
species. Vnde cum genus prius sit
specie, merito illi de priori, hi vero
de posteriori analysi inscribentur.
Neq. Galenus nobis aduersatur, li.
4. de differen. pulsuum, & 2. lib. de
decretis Hippocratis, & Platonis,
& denique in eo opere vbi omnia
opera à se ædita recēset, constituēs
hos lib. inscribēdos esse de demōf.
(nā in his locis sub hoc solum titu-
lo illorum meminit) Etenim ille so-
lum in ipsis rationem à causa ad
effectum progrediendi fuit con-
templatus, non autem aliam effe-
ctus in suas causas, & principia
resoluendi, qua ratione tantū erunt
vocandi de demonstratione, vel de
monstratorij vt exposuimus.

QVAESTIO III. AN HI
lib sint necessarij ad alias partes
Philosophiæ conse-
quendas.

1. Arg. Hanc sane partem non esse ad a-
lias partes philosophiæ conse-
quendas necessariam, ita confirma-
mus. Primo. Si pars analytica est ne-

cessaria, ad alias partes Philosophiæ
consequendas, igitur alia phyloso-
phiæ partes erunt huic parti analyti-
cæ subalternatæ, sub illa namque vi-
dentur saltem quo ad hoc constitu-
tæ: atqui hoc est falsum: igitur pars
analytica, minime erit ad alias scien-
tias consequendas necessaria. Secun-
dum. Forma in qualibet re nobilior
est materia: igitur etiam scientia illa
quæ de forma disputat, erit ea nobi-
lior atque præstantior quæ in mate-
ria explicanda versatur: sed in lib. de
prio. analy. agimus de forma demon-
strationis, ac omnium syllogismo-
rum tamen in his lib. tota nostra dis-
putatio sit de materia necessaria: lib.
ergo de prio. analy. nobiliores erunt
lib. de demonstratione.

In explicanda proposita quæstio-
ne omnes Philosophi idem sentiunt,
in eius igitur explicationem fat erit
has conclusiones subiecisse. Prima
fit. Pars analytica non est utilis tan-
tum & accommodata, verum etiam
& necessaria, ad alias Philosophiæ
partes comparandas. Esse vtilem tan-
quam perspicuum omnibusque ex-
ploratum prætermittimus, maxime
vero cum iam illud docuerimus in
quæst. proximalibus scēt. 2. quæst. 3.
Esse tamen necessariam in hunc mo-
dum suadere poterimus. Primo. Ars
illa quæ præbet instrumenta necessa-
ria ad artes capescendas, necessaria
erit: sed hæc pars analytica præ-
bet cæteris scientiis instrumenta ne-
cessaria ad sciendum, scilicet demon-
strationem, quæ est vnicum scientiæ
instrumentum: ergo pars analytica
necessaria erit ad cæteras scientias cō-
sequendas. Secundo. Omnes scientiæ
speculatiuæ vnicum sibi proponunt
scopum, assequi nimirum & contem-
plari veritatem, vt Arist. 2. lib. meta-
phy. cap. 1. profitetur: sed sine hac
parte analytica fieri nulla ratione po-
test, vt scientiæ speculatiuæ hunc fi-

2. Arg.

1. Conco

Secūdo

Tertio,

nem sibi præstitutum contemplantur, est siquidem ipsa infallibilis que dam ac certissima regula fecernendi verum à falso, ergo erit illa ad fines artium speculationum consequendos necessaria. iam. Veteres Philosophi in varios, eosdèq. sedisimos errores propter ignorantiam partis analyticæ prolapsi fuerunt, vt Aristo. 4. li. metaph. cap. 3. docet: necessaria igitur erit hæc pars ad alias sciētias absque vlla erroris, & falsitatis permutatione, comparandas. Vnde Gale. Medico princeps, & antesignanus, huius partis analyticæ necessitatem altamente perpendens, in illa se diu multumque exercuit, eandemque commenta. lucidissimis fuit interpretatus, vt ipsemet in indice operum à se æditorum proficitur, & in lib. de optima secta ad Thrasibulum, huius (inquit) partis dialecticæ imperiti, quamuis rudem quandam, & crassam cognitionem ex meis operibus haurire queant, exactam tamen & consummatam se consequi nequaquam putent. Ea est huius partis ad Medicinam assequendam necessitas. Hinc etiam Nicholus Gruchius in sua præfa. horum lib. scripsit, totam hanc disputationem iure optimo de analysi inscriptam fuisse, quia in ea methodus illa vniuersa artium tradendarum explicatur, quæ sæpe laudat, & amplectitur Aristo: tanquam ad alias artes consequendas, omnino necessariam.

a. Conc.

Secunda conclusio. Pars analytica nobilitate superat omnes alias partes dialecticæ. Confirmatur primo. Vna scientia est altera nobilior vel quia versatur in obiecto nobiliori, vel quia progreditur nobilioribus demonstrationibus, vt auctor est Arist. 1. lib. de anima cap. 1. At pars analytica versatur in primis in obiecto nobiliori, quia versatur in demonstratione, quæ est nobilior argu. pro

babili, vel apparenti, in quibus explicandis alix partes dialecticæ versantur: deinde vtitur accuratissimè demonstrationibus, quia in li. de priori analysi, solū agimus de resolutione consequentis ad duo illa principia, dici de omni, & dici de nullo, in hac tamen agimus de eadem resolutione, & rursus de resolutione veritatis consequentis in veritatem premissarum, quæ vtraq. resolutio nobilior erit aliis partibus Dialecticæ, etiam de prioriori analysi ergo, & c.

Iam ad argum. Ad primū negamus propositionem non enim vnum ac idem est, rem vnam esse necessariā ad finem alterius consequendum, & vnam alteri subalternatam esse. Dialectica n. necessaria est ad perdiscendam Metaphy. quæ tamen minime subalternatur Dialecticæ. Ve enim vna ars alteri subalternetur, versari debet in eodem obiecto, cōtracto tamen per aliquam differentiam accidentariam, vt inferius in hoc eodem libro ostendimus, at alix scientiæ quamuis nequeant absque hac parte comparari, minime tamen in eodem obiecto explicando versantur, agit enim illa de demonstratione, in cuius natura explicanda nulla scientiæ versantur. Ad secundum concedimus propositionē in rebus naturalibus, quia in illis forma est actus, & materia est potentia eiusdem categoriæ, at forma, & actus nobilior est potestate in eadē categoria: quam eandem negamus in rebus ab arte constitutis, in quibus materia est substantia, forma vero est accidens, at accidens ignobilius est substantia, quemadmodū in cathedra ex auro confecta, figura ignobilior est plane auro ipso, quod est eius materia. Cum itaque demonstratio sit res ab arte constituta (media scilicet Dialectica effecta) nullum absurdum erit admittere

Secūpo

Ad r. ad
Gumca

Ad a

Am
aus.De r
thod
obfer
ta in
lib.

tere materiam, quæ sunt propo-
sitiones necessariæ nobiliorem esse,
& præstantiorē formā quæ est medi-
cū extremis dispositio in li. de prio-
ri analyti explicata, quare & h. libri
nobiliores multo erūt aliis analyti.

PROLAEGOMENON QVIN-
tum de diuisione operis & methodo
in eo obseruata.

Ammenius in sua ad catego. præ-
fatione profitetur inuenta o-
lim fuisse 40. volumina Arist. de re-
solutione, quæ certe si nostri Arist.
erant, & non alterius eiusdem no-
minis Philosophi, iniuria temporis
cum aliis multis operib⁹ perierūt,
ob eam causam quam in præfatio-
ne catego. de operibus Arist. agen-
tes, proposuimus. Nūc enim tantū
extant de hoc genere argumēti qua-
tuor libri, ex quibus duo de priori,
& alii de posteriori resolutione, seu
demonstratione inscribuntur. Igitur
cum in his duobus libris de demon-
stratio, tanquam de potissimo
sciendi instrumento agere instituat
Aristot. in primo lib. de ipsa, de iis
quæ ad eam sunt necessaria, vt de
proposi. de omni, per se, vniuersis,
& necessariis, de illius formis, & spe-
ciebus, vt de demonst. quia, & pro-
pter quid, de figuris que syllogismo
magis ad demonstra. conficien-
das accommodatis vberime pertra-
ctat. In secūdo de diffinitione, quæ
est medium in omni demonstratione,
instituit disputationem, de aliis-
que ad ipsam explicandam omnino
necessariis. Methodus autem quam
obseruat est analytica, & resolutio-
nis, nam proposito statim in princi-
pio (nimirum ca.) 2. sine totius ope-
ris, scilicet scientia, & demonstratio-
ne (quæ ad illam comparandam est
instrumentum necessarium) ex hu-

iusmodi sine ad principia, causas,
& elementa demonstrationis expli-
canda regreditur, vt ex progressu
huius operis constabit. Hanc autē
esse methodum resolutionis & ana-
lyticam, iam supra de methodo di-
sputantes Sectio. 2. Proœmia. q. vlt.
docebamus. Quod si quis roget, nū
in explicanda natura demonstrat.
vtatur Arist. demonstra. necne? Pau-
lus Venetus negat Aristot. vti quia
feri nequaquam potest, vt ante ar-
tem cognitam, vtatur quis demon-
stra. Pro fitendum est tamen aduer-
sus eum, illa vsum fuisse Aristot. nā
in 2. cap. huius 1. lib. efficaci demō-
stratio. ostendit, & concludit, vnā
diffinitionem demonstra. per alte-
ram: probat siquidem ex eo demon-
strat. constare ex primis, veris, &c.
quia est syllogismus generans scien-
tiam. Et quemuis in his qui addif-
cunt ante cognitam artem verum
sit illos, nequaquam posse vti exa-
ctis, & accuratis demonstra. cū ip-
saram cognitio ex cognitione artis
depēdeat, at in tradēte, & docēte ar-
tē (quod munus nunc gerit Arist.)
hoc nō est verū: nā qui tradit artē,
ante eius absolutā tractationē, vt
poterit absolutissimis demonstra.
Vnde Alexā. docebat Arist. demon-
strādo artē demōstrandī docuisse.
De his igitur Prolegomenis hæc di-
cta fuerit satis, iā equū est vt Arist.
ipsum loquentem audiamus:

Interro-
gā.
Venetus

nostra.
icentia.

De me-
thodo
obserua-
ta in his
lib.

C A P. P R I M U M

de his quæ ante demon- strationem debeant præ- nosci.

ARGVMENTVVM CAP.

HOC cap. in quatuor partes diuidit Arist. in quarum prima proponit axioma quoddam generale & vniuersum, quod inductione adhibita in omnibus artibus confirmat: in secunda proponit genera prænotionũ: in tertia explicat qua ratione sit cognoscenda conclusio: tandemq. in vlti. quandam veterum dubitationem dissoluit.

COMMENTARIA.

ARIST. maximus methodi cultor, & obseruator, cum in omni parte Philosophiæ tradenda, ne latum quidem vnguem ab ea recedat, hoc maxime in his lib. de demonstratione præstat, in quibus perfecta, & accuratissima methodo, omnia explicata nobis proposuit. In primisq. in hoc cap. ea tradit, quæ ad futuram disputationem de demonstratione necessaria futura iudicauit, vt de tunc demonstratio sitne illa necessaria necne ad sciendas consequendas: quæ sint prius paranda ad conficiendas demonstrata, nimirum quid ante quam ad illas conficiendas accedamus nouisse prius debeamus, de subiecto, de principiis, & de proprietatibus. Ex orditur autem a celebri quodam, & generali axiomate, veterem consuetudinem imitatus, solitus si quidẽ semper fuit in operibus maximi momenti, ab axioma- tibus quibusdam, quæ maximam

auditorum cõciliant attentionem, auspicari. Ita enim i. lib. metaphy. cap. i. exorditur *Omnes homines natura scire desiderant*, Et i. physico. cap. i. ita loquitur, *In omnibus quorum sunt principia, cause, & elementa, &c. i. Ethico. cap. i. ab hoc teidem alio axiomate initium ducit, Omnis doctrina, omnis methodus, omnis ars, & electio bonum aliquod appetunt*. Hunc igitur eundem more in hoc opere retines ab hoc axiomate exorditur *A. Omnis doctrina, omniq. disciplina qua ratione perficitur, & intelligentia ex præexistenti fieri debet cognitione, &c.* Id est in omni doctrina, & disciplina, prius quædã nouisse debemus, quæ futuræ disputationi intelligendæ, sunt prorsus, & omnino necessaria, ante quam disputationem ipsam, aut disciplinam aggrediamur. Quod esse verum inductione quædã tamquã instrumẽto ad principia artium cõfirmanda, maxime accõmodo dato singulas artes & disciplinas percurrens eleganter demõstrat. In primisq.

primisq; Mathematica artes ex antecedente aliqua sunt cognitione, antequam enim Mathematici suas proprietates concludant, nonnullas definitiones, principia, theoremata & axiomata præstantur. Eodem etiã modo artes mechanicae progrediuntur, etenim in Architectura antequam architectus opus conficiat debet prius nouisse eius partes, lapides scilicet, lateres, ac ligna; ex quibus domus ipsa cõstruitur. Præterea Dialectici eisdem modo insistent, utuntur enim in suis disputationibus, aut ratiocinatione, aut inductione, in quibus progredimur ex antecedente cognitione, nã in ratiocinatione antequã cognoscamus conclusionem, prius cognoscimus propositionem; & assumptionem: in inductione autem, antequam cognoscãmus subiectum vniuersum, debemus singularia contenta sub illo perspecta prius, ac cognita habuisse, vt antequam omnẽ ignẽ esse calidũ agnoscãmus, prius perspectum habemus, hunc, & illũ & alterum ignem, esse calidum. Tandemq; Rhetores, & Oratores, ex antecedente etiam progrediuntur cognitione, nam utuntur enthymemate, & exemplo, at in enthymemate, ex antecedenti cognitione ad cognitionem consequentis progredimur: & in exemplo à cognitione vnius singularis, ad cognitionem, alterius propter similitudinem inter vtrumq; interuenientem procedimus. Concludendũ igitur erit omnem doctrinam, omnemq; disciplinam, ex antecedente fieri cognitione.

B. *Prænotionum autem duo sunt genera.* In 2. par. cap. disputat Arist. de his quæ in quavis demonstratione prænosci debeant. Sunt autem illa duo, an sit res, & quid illa sit, præterea, an sit, vel accommodatur reb?

2. pars
capitis

simplicibus, vt homini, vel arbori, vel cõiunctis, vt propositionibus, si rebus simplicibus accommodetur, prænoscere an sit, est prænoscere rem illam existerẽ a parte rei: si vero enuntiationibus applicetur, prænoscere an sit, est illas esse veras prius intellexisse. Præterea prænotio, quid sit duplex etiam est, nominis vna, altera rei, nominis est illa, quæ illius significationem declarat, rei vero ea est, quæ naturã, & essentiam rei manifestat. Cum igitur in omni demonstratione tria reperiãtur, subiectum, proprietates, & principia (quæ sunt propositio, & assumptio) antequam demonstrationem cõficiamus, hoc ordine erunt prius illa omnia cognoscenda. De subiecto primum cognoscendum erit an sit, id est ipsum existerẽ, & quid sit vtroq; modo, tam quid sit rei, quã quid sit nominis. De proprietate prænosci etiã debet quid sit vtroque modo, quid scilicet sit nominis & quid rei. Tandem de principiis prænosendum erit an sint, id est principia esse vera, quia in demonstratione ex falsis principiis nihil potest colligi, vt in cap. sequenti ostendimus. Vbi intelligendum erit Arist. per principium illud generale contradictionis, *De qualibet re vera est affirmatio, & negatio, de nulla vero ambæ simul, intellexisse*, nomine vnitatis subiectum exprehisse, & per triangulum proprietatem indicasse.

C. *Sunt autem eorum quæ cognoscuntur.* In hac 3. par. cap. (aliorum prætermisissis interpretationibus) iuxta D. Tho. Lincolnensem, & Aegidiũ Roma. instituit Arist. agere de ordine prænotionum in demonstratione inter præmissas, & conclusionem. Constituitq; hunc ordinem esse obseruandum vt propositio prius tempore cognoscatur conclusionem, assumptio vero simul tempore prius

3. pars
capitis.

prius tamen natura eadem cognoscatur. Ut in hac demonstratione. *Omne triangulū habet tres angulos pares duobus rectis. atqui hoc quod est depictum in semicirculo est triangulum: ergo hoc quod est depictum in semicirculo habebit tres angulos pares duobus rectis.* Propositio quidem prius tempore cognoscitur quam conclusio, assumptio tamen simul cum illa, eodem namq. temporis momento quo cognoscimus hoc quod est descriptum in semicirculo esse triangulum, simul cognoscimus illud tres angulos pares duobus rectis habere. *Vn de hoc (inquit Arist.) confecta, ex superioribus erit colligendum rem vnam, & eandem, posse sciri, & ignorari, alia tamen, & alia ratione, nam potest sciri in genere, & confusa quadam cognitione, ignorari vero in particulari, & distincta cognitione.* Quomodo enim qui scit per demonstrationem omnem hominē esse capacem disciplinæ, simul cognoscit, & ignorat Socratem esse capacem disciplinæ, cognoscit enim esse capacem disciplinæ in genere, & confusa ratione, quia est homo, illudq. idem distincte, & in particulari per cognitionem ad Socratem terminatam ignorat.

4. Et vlti-
ti pars
capit.
D. *Alioquin in laqueos, &c.* In vlti-
par. cap. dissoluit Arist. duo Sophis-
mata veterum, quæ aduersus superi-
ora poterant proponi. Primū eor-
um est Platonis in Menone vbi ad
hunc modum (ad confirmandum
nullam disciplinam fieri ex antecede-
nte cognitione, sed omnia quæ
sciuntur esse cognita à nobis, ab ex-
ordio natiuitatis) argumentaba-
tur. Illud quod per disciplinas ac-
quiritur, vel antea erat notum, vel
ignotum, si erat notum, ergo nō fit
ex aliqua præexistente cognitione,
si vero ignotum, ergo quamuis in-
ueniatur, non cognoscetur, que-

madmodum si quis quærat homi-
nem sibi ignotum ex facie, quāuis
inueniat illum, nequaquam eum
agnoscerit: igitur vel auferendum erit
nihil posse sciri, vel si aliquid sci-
tur, scientiam esse nobis à natura
tributam. Huic sophismati satisfacit
Arist. ex confectario, illud quod
queritur in disciplinis, partim esse
notum, & partim ignotū, nam est
notum in genere, & in principijs cō-
muniōribus quæ proponuntur in
disciplinis, est autem ignotum in
specie, & ita quærimus in scientiis
illud quod est ignotum in particu-
lari, per illud quod est cognitum
in genere, & in vniuerso, quare ne-
que fatendum erit, vel auferendam
esse scientiam rerum, aut si non sit
auferenda, esse illam nobis à natu-
ra tributam.

E. *Neque enim cum his consentio, &c.*
Secundum sophisma erat veterum,
quoniam nitebantur Heraclytus, Cratyl-
lus & alij auferre scientiam rerum.
In primis enim sciscitabatur ab eo-
rum quo disputabant, scisne omnē
binarium esse parem, qui cum res-
ponderet, ita esse, argumentaban-
tur præterea, proferentes quendam
binarium absconditum in manu,
hic est binarius, quem tu ignoras ef-
se binarium, scisque omnem bina-
rium esse parem, igitur scis idem, &
ignoras, quod cum dici nullo mo-
do possit, auferenda erit omnino
scientia rerum. Huic sophismati quæ-
dam ex veteribus satisfaciebant, il-
los tantum scire omnem binarium
quæ nouerant esse binarium, esse pa-
rem, at illum quem ignorabant esse
binarium (vt erat ille qui latebat in
manu) quoque ignorare esse parē.
Hanc tamē solutionem ex eo repræ-
hendit Arist. quia in consequenti
sumi debent voces eo profus mo-
do, quo proponuntur in antecedente,
& ita quia in antecedente sumim' ab-
solute

solute omnem binarium, etiam in consequenti erant sumpturi absolute omnem binarium esse parem, & non eum tantum quem nouerant esse binarium. Quare hac solutione prætermissa, respon. erit, binarium absconditum in manu, & sciri à nobis esse parem, & ignorari: sciri quidem in genere, & cōfusa cognitione, ignorari autem in particulari, quia ignoramus num sit binarius qui latet in manu necne?

Scholia in caput primum de præcognitionis.

A 1. De instituto Arist. in hoc ca. varia extiterunt, & inter se admodum discrepantes. Philosophorum sententia. Philoponus censet illud esse, ostendere prænoscentia esse nonnulla de demonstracione, prius quam de ea disputationem suscipiamus, cum enim illa sit materia subiecta horum lib. ac de subiecto in quauis disciplina nonnulla ante eius pertractationem prænosci debeant, in hoc opere etiam erunt aliqua de demonstra. ante illius pertractationem prænoscentia. At D. Th. arbitratu institutum esse ostendere, ipsam demonstrationem esse necessariam. Quod ut intelligamus animaduertendum erit, aliquos ex veteribus (ut Heraclytus & Cratylus) omnino rerum scientiam, vel propter earum mutabilitatem vel ob earundem obscuritatem, abstulisse: alios vero concessisse quidem rerum scientiam, qui tamen eam de nouo in nobis gigni nostrisque actionibus progressu temporis comparari, dissebantur, nobisque ipsam à natura iudicam esse asserbant. Vn

de nostrum scire nihil aliud esse volebant, quam quoddam reminisci, in qua opinione Plato, & Platonici olim extiterunt. Arist. igitur qui semper hanc utramque opinionem fuit acriter insectatus constituit in hoc theoremate, cōtra Heraclytum quidem, & Cratylū (velint, nolint) dari scientias, aduersus Platonem vero, non esse nobis cōgenitam scientiā, sed potius ex quadam præexistente cognitione, acquisite tam & comparate definit. Quo axioma tantquam certo constituto, hoc argum. videtur tacite connectere, ad confirmandum demonstrationem esse necessariā. Necessitas eius quod refertur in aliquem finem, peti debet ab ipso fine: at finis demonstrationis est scientia, ut cap. 2. ostendemus, ergo cum scientia necessario constitui debeat, eaque minimè sit à natura tributa, sed ex præexistente cognitione comparata, certe demonstratio, ipsa etiam erit necessario constituenda. Caietanus accuratissimus finem & scopum affirmat esse, confirmare dari demonstrationem. Cū enim dentur quatuor genera quæst. (ut Arist. docet 2. li. de demōst. ca. 1.) nimirū an sit, quid sit, an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, & tres posteriores quæstiones uberrime de demonstra. in omnibus his lib. de posteriori analysi ab Arist. exagitetur, æquum etiam fuit ut statim in principio operis, quæstio an sit demonstratio, quæ tres alias præfatas antecedit, exacte ab eodem profligetur. Confirmat vero Arist. demonstrationem esse, non alitunde quàm ex ipsius necessitate: in rebus enim perceptis, cuiusmodi sunt ex quibus per demonstrationem cognoscuntur, id est esse illas ad aliquem finem necessarias, quod esse à parte rei. Ex his opinionibus liberum erit cui libet quam maluerit eligere, cum ab

Cccc 5 Arist.

Arist. sensu, & sententia, recedere minime videantur.

A 2. Axioma hoc difficile semper visum est interpretibus ad intelligendum, antequam tamen varias interpretationes recenseamus, prius erit animaduertendum, duplicem esse cognitionem, sensus vnam, alteram intellectus. Rursus cognitio intellectus triplex est, simplicium apprehensio, compositio, ac diuisio, ^{1. inter.} atque ratiocinatio. Prima igitur interpretatio est quorundam recetiorum, qui putant Arist. in hoc axioma nomine doctrinae, & discipline, quamlibet intellectus cognitionem, siue simplicem, siue coniunctam intellexisse. Ex quorum sententia hic erit sensus axiomatis, omnis doctrina, & disciplina, id est omnis cognitio intellectus, nam haec sola est quae ratione perficitur, ac intelligentia, ex antecedente fieri debet cognitione ad hunc modum. Si fuerit simplex vt est prima operatio ex antecedente cognitione sensus orientur, nihil enim est in intellectu quod prius in aliquo sensu non extiterit: si vero sit coniuncta, in secunda operatione, ex praesistente cognitione primae operationis promanabit, nihil enim ad secundam operationem deuenire potest, quod in prima non extiterit prius: denique tertia operatio ex praesistente cognitione eiusdem in prima & in secunda operatione, ortum habebit, quid enim ad tertia intellectus operationem pertingit, prius in prima & secunda operatione eiusdem necesse est extitisse. Secunda interpretatio est Beati Albert. Mag. Lincniensis, & Louanienfium, intelligentium per doctrinam & disciplinam solam coniunctam intellectus cognitionem, & hanc non omnem sed eandem taxat, quam ratiocinationem, seu discursum appellamus, quam

certum est sumere duas propositiones prius notas, ante quam conclusionem ex ipsis inferre possit. Horum igitur iudicio in solo syllogismo, conclusionis cognitio, ex praesistente praemissarum cognitione efficitur: Sensus igitur axiomatis erit, omnis doctrina, omnisque disciplina, id est omnis ratiocinatio, ex antecedente cognitione ortum habet, quia in ratiocinatione, cognitio conclusionis, ex antecedente praemissarum cognitione promanant. Tertia interpretatio est D. Tho. Phyllopponi, & Themistij, asserentium per doctrinam & disciplinam non aliam cognitionem, quam coniunctam, eamque non quamlibet, sed quam in secunda operatione intellectus acquiritur, esse intelligendam. Animaduertunt tamen enuntiationes effectas in secunda operatione intellectus (quas ipsi nomine doctrinae, & disciplinae in hoc loco intelligunt) esse in duplici differentia, nam quaedam sunt immediatae, quarum cognitio ex sola simplici terminorum cognitione dependet, velut haec propositio, *omne totum est maius sua parte*, aliae autem sunt mediatae, quarum cognitio non ex sola simplici terminorum notitia, sed media aliqua ratiocinatione acquiritur, huiusmodi sunt illae in quibus proprietatem de subiecto concludimus, quae quidem confirmandae sunt ac demonstrandae, per definitionem subiecti, tamquam per medium, vt de hac, omnis homo est capax disciplinae est manifestum, nam debet illa per definitionem hominis confirmari. Erit itaque praesati axiomatis sensus, omnis doctrina, & disciplina, id est omnis propositio, tam immediata, quam mediata, provenit ex antecedente cognitione, in hunc modum. Si propositio fuerit immediata efficietur ex antecedente cognitione ^{3. inter.} sermi.

terminorum, si autem mediata ex
præxistente præmissarum cogni-
tione oriatur.

3. Obse.

A 3. Nonnulla circa præfatū theo-
rema adhuc sese offerunt animad-
uertenda. Primum non fieri quam-
cunque cognitionem ex antecedente
cognitione, sed omnem dumtaxat
doctrinam, omnemque discipli-
nam ex illa oriri, alioquin enim da-
retur progressus in infinitum, ut
cuilibet est perspicuum. Deinde ad
notandum est ex D. Tho. & Philo-
pono nomine doctrinæ, ac discipli-
næ, vnam & eandem rem esse intel-
ligendam, eadem namque res ut à
docente traditur, doctrina dicitur,
ut vero ab addiscente ac discipulo
suscipitur, disciplina nuncupatur.
Rursum obseruamus Arist. non dix-
isse, omnem cognitionem simplici-
ter, ac absolute, oriri ex antecedente
cognitione, sed eam tantum quæ
ratione perficitur, ac intelligentia,
eo quod cognitio sensus nulla ratio-
ne potest ex aliqua alia cognitione,
quæ illa prior existat, oriri, dum ta-
men de sensibus exterioribus ser-
monem habeamus, cognitio enim
sensuum exteriorum est omnium
cognitionum prima. Tandem cum
Philopono annotamus nomine præ-
existentis cognitionis, non solum in-
uentionem esse intelligendam ut
Alexander arbitratur, sed cog-
nitionem etiam coniunctam enun-
tiationum. Consulto autem vsus
est Arist. nomine cognitionis, & non
doctrinæ, aut disciplinæ, quia cog-
nitio potest ex antecedente fieri, ac
oriri cognitione, nequaquam tamen
doctrina & disciplina poterit ex alia
antecedente doctrina & disciplina,
deriuari, ita enim fieret ut in infi-
nitum progredieremur.

4. obse.

B. Dubium certe alicui videbitur
& merito, ob quæ causâ Arist. de sub-
iecto, principiis, & proprietatibus,

quæ prænosci debent ante demon-
strationem disputans, proponit ex-
emplum principiorum, in principio
illo generali contradictionis, de
qualibet re vera est affirmatio, vel
negatio, de nulla re ambe simul, su-
biecti proposuit exemplum in vni-
tate: passionis vero in triângulo: Nã
hæc tria non possunt ad eandem de-
monstrationem conficiendam con-
currere, imo neque ab vna & eadẽ
scientia, vel arte contemplari: prin-
cipium enim illud generale contra-
dictionis à metaphysico considera-
tur, disputare de vnitatem, munus
est Arithmetici, agere vero de trian-
gulo ad Geometriam spectat, qui ar-
tifices quantum inter se differant,
quamque sint eorum artes diuersæ,
nullus est qui non cognitum, per-
spectumque teneat. Quid igitur com-
pulis Arist. ut in his rebus exem-
pla proponeret? nonne, & verio-
ra, & aptiora exempla se poterant
offerre? Quidam libenter admittunt
hæc exempla non esse eiusdem ar-
tis, neque demonstrationis, ita Phi-
loponus, Suesanus, & Saphirus.
Alii esse falsa contendunt, ut
Auerroes, Zabarella, & Bal-
duinus dubita. vlti. huius capi-
tis. Neque tamen ob hanc causam
reprehendus erit Arist. quia ut
docebat ille in lib. Priorum, exem-
plorum non requiritur veritas,
quod idem docet. Auerroes 2. de
anima comm. 60. Imo Themistius
1. de anima cap. 24. id ipsum aper-
tiori sermone pronunciat, tradun-
tur itaque exempla non tamquam
vera, sed tamquam ad explicandam re-
de qua est sermo, maxime accom-
modata, ac proinde his exemplis
vsus est Arist. non tamquam veris,
quia vnitatem non est subiectum,
neque triângulum ipsius proprietates
esse potest, sed tamquam exprime-
ntibus id quod de prænotionibus
propo-

Opinio
quorum

proponeretur: nam si (v. g.) vnitas fuerit subiectum, prænotandum erit de illa an sit, & quid sit, si triangulum fuerit proprietates, de illa prænotandum erit quid sit, & si illud axioma de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambigere simul, fuerit principium demonstrationis, prænotandum erit de illo an sit 1. esse verum.

Fortassis tamen magis acomodate & ad mentem Arist. dicere possumus, verissima esse hæc exempla proposita, & tria illa ad eandem demonstrationem concurrere, imo & ab eadem scientia (nimirum Geometria) contemplari: nam principium illud, de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, &c. in Geometria coartatur ad illa duo statim in primo lib. Euclidis proposita. Quæ sunt eadem, vel æqualia vni tertio, vel quoque eadem, vel æqualia inter se, & nequeunt non esse eadem, vel æqualia: & quæ non sunt eadē, nec æqualia vni tertio, neque inter se eadem, aut æqualia esse poterūt: quod profecto principium generale in his esse limitatum, & comprehensum, ex hac vnica argumentatione facillimo negotio poterit esse manifestum. Vel quæ sunt eadem, & æqualia vni tertio, sunt eadem, & æqualia inter se, vel non sunt, quia de

qualibet re, vera est affirmatio, vel negatio, &c. at non est dicendum quæ sunt æqualia, & eadem vni tertio, non esse eadem, & æqualia inter se, erunt igitur illa quæ sunt eadem vni tertio eadem, & æqualia inter se. Constat igitur hoc principium generale, ita limitatum in Geometria pertractari. Iam quid sit triangulum constat ex eodem 1. lib. Euclidis diffinitione 15. vbi ita diffinitur. Triangulum est figura plana tribus angulis comprehensa &c. & quid sit vnitas ex eodem lib. diffinitione 5. postulatur. Ex his igitur conflabitur demonstratio, in qua subiectum erit vna linea recta, quæ dicitur vnitas ab Arist. affectio erit triangulum nam sumpta qualibet linea recta possumus triangulum æqui laterum constitutere, principia vero illa duo proposita sicq. poterimus demonstrare omne triangulum consistere tribus angulis pares duobus rectis, vt idem Euclides, ex his tribus, vno tanquam subiecto, altero tanquam proprietate, & vltimo tanquam principio, efficaci demonstratione confirmat. sicq. ab in iuria Arist. vindicabimus, qui non vt falsa, sed tanquam verissima, in explicationem suæ sententiæ, hæc nobis exempla proposuit.

Disputatio de his quæ ante demonstrationem præcognosci debeant vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

Quæ

QVAE ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt, vera quidem sunt, & quæ alta mente perpendantur dignissima, erunt tamen illa vberius, multo explicanda, quod in hac nostra disputatione prætare instituimus, in qua nonnullis difficultatibus & quæstionibus propositis, hæc eadem apertius multo explicata proponuntur.

Secli. vnica in cap. I. I. lib. de demös. Quæst. I. sintne vera quæ ab Arist. in hoc cap. tradita sunt.

- 1. Arg. **I**nuestigemus iam sintne ea quæ ab Arist. tradita fuerunt vera nec ne: Etenim aduersus illa ita primo possumus argumentari. Si omnis doctrina, & disciplina, id est, omnis cognitio intellectus, vt interpretati sumus, sit ex præexistente cognitione: ergo in cognitionibus intellectus progrediemur in infinitum, quia si hæc cognitio intellectus sit ex alia præexistente, & hæc ex alia, certe in infinitum progrediemur: at hic progressus non est admittendus: ergo nõ fiet omnis doctrina, & disciplina ex præexistente cognitione. Deinde, Scientia, & cognitio angelorum, est vera cognitio: at illa nõ sit ex præexistente cognitione, angeli enim a principio suæ conditionis omnia cognouerunt per species ipsi a Deo benigna manu infusas: iam ergo nõ omnis cognitio ex præexistente efficietur cognitione. Præterea Numerus prænotionum æqualis esse debet numero eorum quæ præcognoscuntur, sicut & numerus scientiarum æqualis est numero eorum quæ sciuntur: sed tria sunt quæ præcognoscuntur, subiectum proprietates, & principia: iam ergo tres erunt prænotiones, & nõ

tantum duæ. Rursus, Numerus prænotionum debet esse æqualis numero quæstionum, nihil enim aliud videntur esse prænotiones, quàm quædam quæstiones, vt prænotio an sit, & quid sit, quæ etiam sunt quæstiones: atqui quæstionum genera sunt quatuor: ergo quatuor quoque erunt genera prænotionum. Iam. Ante demonstra. prænosci debet illatio consequentiæ, in qua scilicet figura, & illius modo ipsa debeat inferri: sed præcognitio illationis neque spectat ad prænotionem an sit, vel quid sit: ergo præter duo illa genera prænotionum debet alia prænotio assignari. Ad hæc conclusio antequam actu inferatur est iam aliquo modo cognita in præmissis, vt Arist. in hoc cap. profitetur: ergo plura erunt quam tria prænotenda. Confirma. consequentia quia conclusio neque est subiectum, neque proprietates, neque principium. Tandem. Vna species nõ potest esse eadem cum alia, quæ sub eodem genere comprehenditur, vt homo non potest esse leo, aut frigiditas caliditas. sed enthymema, inductio, & exemplum sunt species argumentationis: non igitur recte dictum est

4. Arg.

5. Arg.

6. Arg.

7. Arg.

ab Arist. enthymema esse syllogismum, & exemplū inductionem. Hæc sunt potissima argu. quæ sententiam Arist. in hoc cap. propositam labefactare videtur, de quibus legendi sunt grauissimi viri Caieta. M. Sotus, Suesanus, Aegidius, Venetus, Apollinaris, in commenta. huius cap. & Flandren. q. 5. huius libri, quorum illustrium viro- rum vestigia imitati, his eisdem argu. hoc modo satisfacimus. Ad 1. respon. negantes sequi progressum in infinitum, quia tandem sistendum est in cognitione sensus, nam tertia operatio intellectus sit ex præexistente cognitione secundæ, & cognitio secundæ, efficitur ex præexistente cognitione primæ, ac denique cognitio primæ operationis ex præexistente cognitione sensus ortum habet, in qua demum sistimus, nec ulterius progredimur. Ad 2. tantum esse de cognitione intellectus discurrentis intelligendum, vt indicant verba Arist. inquit enim omnis doctrina, omnisq. disciplina, quæ ratione, id est, discursu perficitur, &c. At intellectus angelicus non discurret, sed omnia simplici quodam intuitu apprehendit, quare hoc axioma non erit de angelica vel diuina cognitione intelligendum, sed de sola humana, quæ per discursum efficitur, & non de quacung. sed de ea tantum quæ est ipsi naturalis, non autem de supernaturali, cuiusmodi est cognitio infusa fidei, aut prophetiæ, hæc namq. cognitiones non est necesse vt fiant ex antecedente cognitione, sunt enim supernaturales, à diuina refectione prodeuntes. Ad 3. respon. falsam esse propositionem, quia hæc tria quæ præcognoscuntur abunde satis prænosci possunt per has duas prænotiones, subiectum enim, &

principia prænosciuntur per prænotionem an sit, proprietatem vero per prænotionem quid sit. Quare non erunt plures, quam duæ prænotiones. Ad similitudinem autem de scientia & scibili respon. latum esse discrimen inter hæc vtraq., & inter prænotionem, ac rem quæ præcognoscitur, per vnā enim scientiam nequaquam valemus plura scibilia sub propria ratione comprehendere, ac proinde vnū quodq. scibile ægebit vna aliqua scientia à qua possit comprehendi: at ex iis quæ præcognoscuntur, nihil obest quo minus multa vnā, eademq. prænotione præcognoscantur. Ad 4. respon. negantes proposi. quia hæc quatuor genera quæstionum, sub his duobus generibus prænotionū continentur: sub prima quæstio an sit, & an hoc illud sit, ex quibus prior quærit de existentia subiecti, posterior vero de existentia proprietatis: sub secunda autem prænotione, scilicet, quid sit, comprehenduntur aliæ duę quæstiones, quid sit, & cur hoc illud sit. Cum igitur quæstiones hoc prædicto modo ad prænotiones reducantur numerus prænotionum nequaquam petendus erit à numero quæstionum, neque è conuerso harum numerus, ex numero prænotionum erit postulandus. Ad quintum respon. hic tantum esse loquutum Arist. de iis quæ prænosceda sunt ante demonstrationem, vt demonstratio est, nō autem vt syllogismus est, quia de hac in lib. de Priori analysi egimus luculenter: at prænoscere illationem demonstrationis, nō spectat ad illā vt demonstratio est, sed ea ratione qua syllogism⁹ est. Ad sextū respō. hæc quæ ante demonstrationem prænosci debent, esse illa quæ ratione sui, & non alterius præcognoscuntur, vel esse illa quæ distincte &

Ad 1. argumen.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

Ad

aperte

aperte intelliguntur: at conclusio ante demonstrationem non est cognita ratione sui, sed ratione præmissarum, neque ante demonstrationem aperte sed confuse tantum & in generali est cognita, ac proinde non erunt plura quam tria illa præcognita. Ad septimū respō. M. Sotus & Toletus Arist. non esse loquutum absolute, sed facta quadam comparatione inter argu. quibus utitur Dialecticus, & quibus utitur Orator. Constituit itaq. illud genus argu. quod est syllogismus apud Dialecticos, esse enthymema apud Rhetores, & quod est inductio apud Dialecticos, esse apud oratores exemplum. Nos tamen multo melius respon. enthymema esse syllogismum imperfectum, & exemplum inductionem imperfectam: quemadmodum Arist. supra lib. 2. priorū cap. 24. proficitur, quamuis enim vna species nequæat esse alia species secundum formam, vt iam in superioribus docebamus, nihil tamen repugnat vnā speciem effici aliam secundum materiam, quemadmodum enim binariam, quemadmodum enim binariam, non est ternarius secundum formam, bene tamen dici potest ternarius secundum materiam, cum sit pars materialis eius, ita etiam enthymema formaliter non est syllogismus bene tamen secundum materiam, cum ex ipso tamquam ex materia syllogismus nonnunquam efficiatur.

QVAESTIO II. AN DE
subiecto illud existere præ-
noscere debeamus.

INterea, quæ ante demonstr. præ-
noscenda esse iubet Arist. primū
est subiectum, de quo in conclusio-
ne affectione concludimus, & pro-
prietates: ac proinde primo loco exa-

minandum erit, quæ prænotiones
quæ ant illi conuenire, primoq. an
de eo antequam conficiamus de-
monstra. cognoscere debeamus nū
existat in rerum natura necne: vt
an antequam per demonstra. de ho-
mine concludamus esse capacē dis-
ciplinæ, sit prænosendum ipsum
existere à parte rei. Nam non esse
prænoscedū, sic possumus primo cō-
firmare, illud quod prænoscur ant
te demonstra. in scientiis, debet esse
necessarium, quia scientiæ solum
versantur in necessariis: at nullius
subiecti existentia est necessaria, ex-
istere enim necessario, soli Deo cō-
petit: ergo non est prænosendum
de subiecto illud existere. Deinde,
Si Deus contumperet omnes rosas
omnemque facultatem in plantis
ad easdem iterum procreandas, ad
huc de rosa in nobis scientia supe-
resset: atqui hac hypothesi constitu-
ta, neque actu, neque potestate esset
rosa: ergo non est prænosendum
de subiecto ipsum existere in rerū
natura. Præterea. Scientia est rerū
vniuersarū: at vniuersa abstrahunt
ab omni existentia, quemadmodū,
& ab omni temporis differentia, ergo
scientiæ quoque abstrahent ab
omni existentia, ac proinde non erit
prænosendum de subiecto exi-
stere. Rursus. In Philosophia agi-
mus de vacuo, & infinito: sed non
prænosimus de iis existere in rerū
natura: quia neque sunt, neq. pos-
sunt esse secundum facultatem na-
turalem: non igitur erit prænoscen-
dum de subiecto ipsum existere. Ite-
rum. Mathematicæ agunt de quan-
titate: at illæ non prænoscent quan-
tatem esse, ergo &c. Confirmatur
assumptio. Quantitas non existit ni-
si affecta qualitibus sensilibus: at
Mathematici agunt de quantitate
abstrahendo illam à qualitibus
sensilibus: ergo Mathematici non

1. Argo.

2. Argo.

3. Argo.

4. Argo.

præ-

Ad 7.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

prænoscent quantitatem existere.

6. Arg. Ultimo. Scientiæ solum agunt de re
rum essentiis, & proprietatibus, &
non de existentia vt est apertum, er
go non est prænosendum de subie
cto an sit sed solum quid sit.

1. opin. In hac quæstione explicanda M.
Soto in quæstione vnica huius cap.
in solutione ad 3. opinatur tantum
esse de subiecto prænosendam exi
stentiam secundum potestatem, vel se
cundum aptitudinem. Itaq. omnis
scientia, quæ aliquod subiectum
suscipit pertractandum, debet prius
nouisse, illud esse in rerum natura,
vel non repugnare illi, quamuis
actu non sit à parte rei, esse posse.
Hinc eandem opinionem amplexus
est Dominicus Flandren. q. 15. hu
ius 1. lib. arti. 2. Secunda opinio est
Caiet. in commenta. huius loci, Ap
pollina. q. 4. huius lib. & fere omni
um recentiorum, existimantium præ
nosendam esse de subiecto actualē
existentiam, non quidem quod sub
iectum sit actu in omni temporis
differetia, sed vel quod aliquando
ita sit, vt est scientia lib. de cælo, in
qua prænosendum est cælum esse
in omni tēporis differentia, vel pro
certa & statuta temporis differentia
vt in scientia de plantis prænoscen
dum est rosam actu existere, nō qui
dem in omni temporis differentia,
sed tempore à natura præfinito, ni
mirum in vere.

2. opin. Cæterum vt quæst. explicemus, ani
maduer. cum Caieta. & Ferrari. an
nota. 2. huius 1. lib. scientias om
nes sumi posse duobus modis, vel
in inuentione quando primo fue
runt inuentæ, vel in vsu, conserua
tione, & doctrina, quando nimirum
vel eis vtimur, vel easdem cōserua
m⁹, vel tradim⁹, vel aliis explicam⁹.
Illud etiā sciendū erit prænotionē,
(vt ex ipsius nominis æthimologia
constat) nihil aliud quam priorem,

vel antecedentē cognitionē deno
tare, vnde prænoscere ante demon
strat. de subiecto an sit, vel quid sit
(& idem dicimus de proprietate, &
principiis) nihil aliud est, quam no
uisse prius antequam ad demonstra
tiones conficiendas accedamus, sub
iectum principia, & proprietates: nā
cum ex his tribus conflentur demō
strationes, necesse est prius illa no
uisse. Quo animaduerso quæstionē
his assertionibus definimus. Pri
ma sit.

Si loquamur de scientiis in inue
ntione earum, siue in vsu prænoscen
dum est subiectum in quo versan
tur existere existentia in communi,
vt abstrahit ab existentia secundum
actum, vel secundum potestatem.
Confirmatur. Illud quod neque est
actu neque potestate nullo modo
potest sciri vt Hypocætæurns chime
ræ, & alia' mostræ igitur vt subiectū
aliquod per aliquam scientiam cog
noscat, prænosendum est prius
illud aliqua existentia existere.

Secunda conclusio. Si loquamur
de scientia in inuentione prænosce
dum est illius subiectum existere se
cundum actum, nec sufficit illud
existere secundum potestatem
prænouisse. Confirmatur primo.
Scientiæ, earumque principia inue
ta fuerunt per experientiam, vt au
thor est Arist. 2. lib. de demonstra. ca.
vlti. sed experientia solum est earū
rerum quæ actu existunt, innititur
enim in sensibus, qui tantum circa sin
gularia, & actu existentia feruntur;
ergo de subiecto in inuentione sciē
tiæ, prænosendum erit ipsum actu
existere. Deinde. Illa existentia præ
nosci debet ante demonstra. quæ
per ipsam concludi nequaquam po
test, nam quæ præcognoscuntur sūt
priora demonstra. atqui sola existi
tia secundum actum est quæ nequa
quam potest per demonstra. conclu
di.

1. Concl

3. Concl

2. Concl

di, hæc enim sensu & experientia colligitur, cum altera quæ est secundum potestatem sit nata per eandem probari, ergo sola existentia secundum actum erit in scientiarum inventionem prænotanda. Iterum. Quæstio an est prior est quæstione an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, ut Arist. 2. lib. de demonstra. cap. 1. profitetur, sed per demonstrationem concludimus de subiecto, an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, proprietatem nimirum de illo & causam ob quam illi conveniat prænotandum igitur erit ante demonstrationem de subiecto illud esse in rerum natura.

1. Concl

3. Conc.

Tertia conclusio. In usu, conseruatione, vel doctrina scientiarum, non est prænotandum de subiecto actu existere, sed tantum illud in aliqua temporis differentia esse posse. Confirmatur imprimis, Quia hi qui vel tradunt, vel sibi scientias adquirunt nihil minus quam existentiam actualem subiecti perpendunt, ita enim sæpe euenire experimur, ergo non est prænotandum de subiecto illud actu existere in rerum natura. Deinde. In hyeme perseverat in nobis scientia de rosa, de natura fulgurum, fulminum, & tonitruorum: quæ certe in hoc tempore nequaquam actu, sed sola potestate existunt, ergo in usu, vel doctrina scientiarum, non erit prænotandum subiectum actu esse. Quod intelligendum est de existentia in omni temporis differentia, nam quod in aliqua temporis differentia illud existat necesse est prænotuisse ut in scientia in qua de plantis disputamus necesse est ut præcognoscamus rosam existere in aliqua temporis differentia in vere nimirum, quamuis nequaquam sit necesse ipsam in omni tempore existere cognovisse.

2. Concl

4. Conc.

5. Conc.

Dissoluamur iam argum. in prin

cipio proposita. Ad primum responsum duplicem esse necessitatem unam physicam, & alteram metaphysicam, physica petitur à causis naturalibus, quæ iuxta prescriptum ordinem naturæ non possunt non producere suas actiones aut semper ut cœlum semper agitur in orbem, aut certis, & diffinitis temporibus, ut rosa in vere ex se flores emittit: metaphysica autem petitur à rei natura secundum se sumpta quemadmodum dicimus necesse esse hominẽ esse animal particeps rationis. Existere igitur necessario necessitate metaphysica soli Deo convenit, existere tamen necessario necessitate physica, & naturali rebus naturalibus potest convenire & hæc existentia est quam debemus ante demonstrationem novisse. Ad secundum responsum ea quæ dicta sunt à nobis intelligenda esse iuxta communem cursum, & prescriptum naturæ, nã si res sumantur prætermisissis causis iuxta facultatem earum naturalem prænotandum erit de subiecto vel actu esse, vel posse aliquando actu esse. At si Deus anihilaret rosas omnes, & facultatem plantæ ad illas iterum producendas, non prætermitteret ipse plantam suæ naturæ, quia illa iuxta suam naturam nisi fuerit impedita, semper in vere nata est flores producere, Ad tertium dicimus uniuersa abstrahere ab hac existentia particulari non tamen ab omni existentia quia quamuis illa non existant primo & per se hoc enim proprium est individuorum, existunt tamen secundario per individua scilicet, & in indiuiduis, & hanc existentiam secundariam de subiecto præcognoscendam esse docemus. Ad quartum responsum in Philosophia non disputari de vacuo, & infinito absolute, sed solû ex hypothesis, ita nimirum, quod si va-

Ad 1. argum.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Dddd cum,

cuum, & infinitum essent, hanc haberent naturam talesq. proprietates: at quando in scientiis institutum sermonem de aliquo obiecto ex hypothesi, non debemus prænoscere illud esse, sed tunc tantum quando de eo absolute & simpliciter disputamus, vel respon. erit in Philosophia non disputari de vacuo, & infinito aliquid affirmando, vel concludendo proprietatem, sed aliquid de eo negando, nam vacuū definitur locus non repletus corpore, & infinitum quantitas non habent finem, & ita non prænoscim' hæc obiecta esse, nam prænoscere quod subiectum sit, solum competit scientiis quæ agunt de obiecto, aliquid affirmando, vel concludendo proprietates. Ad quintum resp. existentiam quantitatis sumi posse primo, in genere & in communi, ita vt intelligamus quantitatem non esse nihil sed aliquid quod vel est, vel potest esse in rerum natura: & secundo in particulari, vt habet talem existentiam per qualitates sensibiles limitatam. Prænoscit igitur Mathematicus quantitatem esse in genere, & in communi, non autem in particulari, & illa prior prænotio sufficit ad obiecta disciplinarū cognoscenda. Ad sextum respon. existentiam in obiecto alicuius scientiæ non esse rem quæ pertractatur, sed conditionem pertractandi, sine qua non, sicq. præcognoscendum erit de subiecto illud existere.

QVAESTIO III. AN ALIQUA SCIENTIA POSSIT CONFIRMARE SUUM SUBIECTUM ESSE.

Superiorem q. sequitur hæc altera num aliqua scientia confirmare possit suum obiectum existere nec

nequam posse illud efficere, his argu. possumus demonstrare. Paimū. Quælibet scientia potest vti demonstratione à priori, & à posteriori, at qui potest qualibet scientia media demonstratione à posteriori confirmare suum subiectum esse, per esse etum enim, optime possumus confirmare causam esse: poterit ergo qualibet scientia confirmare suum subiectum esse. Secun. Arist. 1. lib. physicorum ostendit materiam primam esse, sicutie 4. lib. locum esse demonstrat, hæc autē obiecta sunt quæ in Philosophia naturæ per tractantur: præterea in hoc cap. demonstrat demonstrat. esse quæ tamen est horum lib. obiectum: ergo aliqua scientia confirmat suum subiectum esse. Terti. Deus est obiectum primæ Philosophiæ ac Theologiæ: at qui Metaphysi. confirmat Deum esse in 12. lib. Metaphy. idemq. præstant Theologi 1. parte. q. 2. ergo aliqua scientia confirmare poterit suum subiectum esse.

De hac q. est 1. opi. Scoti, Antonij Andrea q. 1. lib. 1. Metaphy. aliorumque Scotistarum, existimantium nullam scientiam posse confirmare à priori, & per causam, suū subiectum esse, à posteriori tamen ac per effectum bene posse illud ipsum demonstrare. Secun. opi. est Auerrois 1. lib. Physico. comment. vlti. & 2. comment. 26. D. Tho. in commenta. huius cap. & cap. 1. 6. lib. Metaphy. lecti 1. Caietani 2. lib. de Demonstratio. cap. 1. q. 2. Zimara in theorema. 5. multorumq. aliorum.

Eam igitur tamquam veriolem amplectentes pro ipsius explicacione obseruamus primo in scientiis constituendum esse duplex obiectum vnum adæquatum, & alterū præcipuum, quemadmodū in Dialectica obiectum adæquatum est

2. Solu.

Ad 5. ar
gu.Ad 6. ar
gu.

1. argu.

2. argu.

3. Argu.

1. Opi.
Scotus.2. Opi.
D. Tho.

Obiect.

2. O

n. C

2. o

Con
pet.

ens rationis logicum, præcipuum vero demonstratio. Adnotamus iterum quæst. hanc posse intelligi vel de sciētis priuatis, vt sunt philosophia naturæ, ac Geometria, vel de sciētia generali & communi, cuiusmodi est prima philosophia. His animaduertis sit prima conclusio.

2. Obse.

no. Cōclu.

Metaphysica demonstrat omnia obiecta aliarum peculiarium scientiarum. Confirmat. primum testimonis Arist. 2. cap. 1. lib. Physico vbi agens aduersus Parmenidem, & Melitum constituentes omnia quæcumque sunt esse vnum, & hoc esse immobile, docet non esse aduersus hos philosophos disputandum in Philoso. naturæ, sed in prima esse demonstrandum dari ens mobile, quod est huius Philosophiæ obiectum, & 4. lib. Metaphy. instituit confirmare esse munus Metaphy. probare per princi. contradicto. obiecta & principia omnium scientiarum particularium. Deinde. Aliæ scientiæ disputant de quadam particula entis vt Geometria de magnitudine, Philosophia nature de ente mobili, Metaphysica autem disputat de ente communi ad hæc omnia entia: atqui illa sciētia que agit de ente communissimo, confirmare potest obiecta priuata quæ sub illo obiecto continentur; ergo prima Philosophia confirmabit obiecta aliarum scientiarum.

2. conl.

Secun. conclu. Nulla ars priuata, potest, vel à priori, vel à posteriori, confirmare suum subiectum adæquatum esse in rerum natura, quia quælibet sciētia debet tamquam apertum, & manifestum constituere suum subiectum esse adeo vt sit summæ dementiæ velle in confirmando illud esse laborare. Confir. primum ex Arist. qui 2. lib Physico rum cap. 1. docet itultos esse illos qui conantur demonstrare naturā

esse, quia hoc in Philosophia naturæ (cuius obiectum est ens naturale) notum, ac manifestum esse debet. Confirmatur iterum. In omni sciētia, nihil aliud præstatimus, quam inquirere proprietates de subiecto, vel per causas, vel per effectus: si per causas ergo iam supponimus subiectum esse, illud enim cuius dantur causæ, & debet dari esse, si vero per effectus, cū illa causa sit, cuius effectus existunt debet quoq. suum subiectum esse supponere, ergo in omni sciētia supponendum erit de subiecto illud esse. Quod certe luce clarius in Philosophia naturæ licet intueri quæ non probat dari ens mobile, quod est illius subiectum, sed constituit tamquam certum illud esse, quo constituto in suis duobus primis lib. explicat principia huius subiecti, & in aliis sequentibus vsq. ad 8. illius proprietates, quæ sunt motus infinitum, locus, & tempus ac aliæ proponit, tandemq. in aliis lib. Philosophiæ huius obiecti partes assignat, quæ sunt ens mobile ad locū in lib. de cælo ad formam, in lib. de ortu, & interitu, ad quantitatem in lib. de anima, de animalibus & plantis.

Secun.

Tertia conclu. Sciētiæ priuata 3. Confirmare possunt suum subiectum in adæquatum, vel partiale esse. Hæc assertio manifesta est, Metaphy. enim confirmat Deū esse, qui est obiectum in adæquatum Philosophiæ primæ, & Arist. in hoc capite 1. confirmat demonstrationē esse quæ est obiectum præcipuum, & in adæquatum Dialecticæ. Confirmariq. illa potest in hunc modum. Obiectum partiale sub obiecto adæquato tanquam illius particula cōtinetur: sed quia obiecta peculiarium scientiarum sub obiecto Metaphy. tanquam illius particula continentur

Dddd. a. tur

1. argu.

2. argu.

3. Argu.

4. Opi.

Scotus.

2. Opi.

D. Tho.

Obse.

Confir. per.

tur confirmat illa. Obiecta aliarum scientiarum: ergo confirmabit etiā quilibet artifex priuatus, obiectum suæ artis in adæquatū, per obiecti adæquati principia.

- Ad 1. argum. 1. Solu. Occurramus iam argu. Ad 1. dicimus falsam esse assumptionem, non enim semper causam per effectum demonstramus, præsertim cum notissimum est ipsam esse, nam superuacaneum, ac stultum est, velle confirmare quod omnibus compertū est, ac exploratum. Et ita cum in qualibet scientia sit notissimum, ita vt nihil magis sit notum, quam subiectum eius esse, nō poterimus certe neq. à posteriori neq. à priori illud esse confirmare. Respon. deinde in demonstratione à posteriori, non concludi existentiam de subiecto, sed vel vnionem causæ cum effectu, vel diffinitionis cum re difinita, quæ admodum quando concludimus hominē esse animal particeps rationis, ex eo quod est capax disciplinæ, non concludimus hominem existere, sed diffinitionē de re difinita, quæ competit subiecto siue existat, siue non existat. Ad secundum dicimus hæc obiecta v. g. materia prima, & locus, esse in adæquata Philosophiæ naturæ, cuius obiectum adæquatū est ens mobile idemq. est de demonstra. respectū Dialecticæ cuius adæquatū obiectum est ens rationis. Ad tertium respon. in primis Deū in Metaphy. non esse obiectum adæquatū, sed inadæquatū, obiectum enim adæquatū eiusdem, est ens, vt ens est. Secundo resp. Soncinas 4. lib. Metaphy. q. 9. ad 2. argu. Metaphy. probare Deum esse, alieno munere, argu. scilicet à Philosophia naturæ petitis, cuiusmodi sunt ea, quæ à motu postulantur, ex motu enim confirmat Arist. Deum esse. Ad aliam partem eiusdē argu. resp.

cum Caieta. 1. p. q. 2. ar. vlti. Theologum non proprio munere aut proprio lumine, confirmare Deum esse, sed lumine, ac munere alieno, vt scilicet induit personam Philosophi naturalis, quia omnia argu. quæ confirmant Deum esse, inniuntur lumini naturæ, quamuis enim notissimum sit, Deum esse, tamen ob infinitam eius entitatem, & imbecillitatem intellectus humani, per effectum, & a posteriori, illū esse demonstramus.

QVÆSTIO III. SIT NE
de subiecto solum quid nominis, non autem rei, prænoscedum nec-
ne.

IN superioribus, luculenter de prænoscione an sit, vt subiecto demonstrationis poterat accommodari disseruimus, sequitur vt de altera quid sit disputeremus, num scilicet sit de eo tantum quid nominis prænoscedum: nam esse. Confir. Primo. Arist. solum docuit de subiecto esse prænoscedum quid nominis: perperam igitur prænoscemus de illo quid rei. Secun. Arist. 2. de anima cap. 1. proponit diffinitionem animæ, & 2. cap. huius lib. assignat diffinitionem demonstra: sed anima est subiectum lib. de anima, & demonstratio huius operis: ergo non est in scientiis prænoscedū de subiecto quid sit. Iam si ante demonstrationem esset prænoscedū de subiecto quid sit, sequeretur demonstra. esse superuacaneam: atqui hoc asserere est absurdum: igitur de subiecto minime prænoscedum erit quid sit. Cōfirmatur propositio. Essentia subiecti est causa proprietatis, at cognita causa cognoscitur effectus, ergo cognita

4. Arg.

1. Argu.

2. Argu.

1. C
clufi

cognita ante demonstra. essentia, cognoscetur proprietas quare cum per demonstrationem nihil aliud præitemus, quam cognoscere proprietatem per suam causam, & eam de subiecto concludere, si natura subiecti præcognosceretur ante demonstrationem, certe ipsa demonstra. superuacanea esset atq. superflua. Rursus diffinitio quid nominis, non est medium in demonstratione; ergo non erit ante illam de subiecto præcognosenda. **Confir.** consequentia quia diffinitio ex eo debet prænosci quia est medium concludendi in demonstratione proprietatem de subiecto.

4. Arg.

2. Opin.

2. Opin.

Obfer.

1. Conclutio.

Sunt quidam in ea sententia & opinione vt arbitrentur prænoscedum esse de subiecto quid nominis solum, & non quid rei. Hanc opinionem amplexi sūt Aegidius Romanus, Paulus Venetus, & ex recentioribus Franciscus à Toletio, Zabarel la in operibus Logicis, de præcognitis agens cap. 2. Alij existimant præcognoscendum esse de illo vtrūque, & quid nominis, & quid rei. In hac opi. extitit Porphy. teste B. Albert Mag. tractatu 1. suæ Dialecti. cap. 3 in qua eadem ipsemet quoque extitit D. Tho. in commenta. super hunc locum, Louanienteses in commentariis etiam, in solutio. 2. dubi. ta. M. Soto q. vnica huius cap. ad 3. argu. Ferrarisen annota. 2. huius libri & Caietanus hoc eodem loco, ac plerique ex recentioribus. Quia eadem vt explicemus, animaduertimus, duplicem esse demonstrationem, vnā per causam, seu à priori, & alteram ab effectu, seu à posteriori, vt abunde satis cū Arist. cap. 10. ostendemus. Hoc animaduerso sit prima conclusio.

In demonstra. à posteriori non est prænoscedum de subiecto quid rei, sed quid nominis, **Cōfirmatur.**

Illud quod concluditur per demonstrationem non est prænoscedum ante illam, solum enim prænosci debent quæ nequeunt per demonstrationem concludi: at media demonstratione à posteriori concludimus diffinitionem de re diffinita, vt videre licet in hac demonstra. Omne animal capax disciplinae, est particeps rationis: at omnis homo est animal capax disciplinae: igitur omnis homo est particeps rationis: iam ergo ante demonstra. à posteriori & per effectum non est prænoscedum de subiecto quid rei.

Secunda conclusio. In demonstratione à priori vel per causam, prænoscedum est de subiecto non tantum quid nominis, verum etiā quid rei. Hanc assertionem proponimus aduersus primam opinionem. Imprimisque prænoscedum esse quid nominis de subiecto author est Arist. in hoc cap. deinde vero prænoscedum esse de eodē quid rei, his duobus argu. (nisi fallimur) efficacissimis confirmamus. Primum est. Medium demonstratio. debet esse notum ante demonstrationem si enim ignotum fuerit, qua ratione tanquam medium ad demonstrationem constituendam poterit usurpari, sed in demonstra. per causam sepe medium demonstratio. est diffinitio rei ipsius subiecti, vt fit in hac demonstra. Omne animal particeps rationis est capax disciplinae: sed omnis homo est animal particeps rationis, ergo omnis homo est capax disciplinae. In qua medium ad concludendam capacitatem disciplinae de homine, est ipsius hominis diffinitio, ergo ante demonstrationem prænoscedum erit de subiecto quid rei. Secundo. Iuxta Arist. in hoc cap. ante demonstra. prænosci debet de principi. illa esse vera: atqui hoc fieri non potest quin præcognosca

2. Conclutio.

Confir. pri.

mus diffinitionem rei ipsius subiecti, quemadmodum in præfata demonstra. non possumus prænoscere assumptionem esse veram, nisi prius intelligamus diffinitionem hominis, esse animal particeps rationis, ergo ante demonstra. prænoscedum est de subiecto quid rei.

Ad 1. argum. Iam ad argu. proposita in principio. Ad primum respō. in primis cū Ferrarien. in loco superiori Arist. tāquam apertum illud prætermisisset, docuit autem de subiecto præcognoscendū esse quid nominis, quia illud poterat magis dubium esse, ex quo recte licebit colligere, si prænoscedum est de subiecto quid nominis, quod minus necessarium est ad ipsam demonstra. (cum non sit talis prænotio mediū illius) ergo prænoscedum quoque erit de eodem subiecto quid rei, quippe cum hæc prænotio existat ad demonstra. constituendas magis necessaria.

Ad 2. argum. Respō. deinde cum Louanensibus Arist. fecisse mentionem de prænotione communi ytrique demonstrationi, qualis est prænotio nominis: omisisse autem prænotionem propriam demonstra. à priori, qualis est prænotio quid rei, quia demonstr. à posteriori solum præcognoscit de suo subiecto quid nominis de eodem quid rei prætermisso. Ad secundum dicimus, in demonstra. à priori, semper esse prænoscedum de subiecto quid sit, in scientiis vero non est id in prima earum parte præstandum, in qua diffinitiones, explicantur, sed in secunda in qua suppositis his diffinitionibus, aliisque necessariis, opus ipsum aggredimur uti supra in prolegom. huius operis docebamus. Ad tertium respon. causam alicuius effectus sumi posse duobus modis, primo absolute, ut nondum est applicata effectui, secundo ut est eadem coniu-

cta. Est autem discrimen inter naturam subiecti cognitam, ante, vel intra demonstrationem, quia ut cognoscitur ante demonstra. cognoscitur absolute & nō ut causa munus & officium causæ exercens at vero ut cognoscitur intra ipsam, intelligitur ut causa, & ut effectui applicata. Ob idque non erit demonstra. su peruacanea (quamuis cognoscamus naturam subiecti ante demonstra.) eoquod intra demonstra. cognoscimus illam, ut est causa applicata effectui, & proprietati, & ut exercet munus & officium causæ quod nō assequimur ante demonstrationem. Ad quartum negamus consequentiam: nam illa diffinitio tantum prænosceditur ut medium quod declarat naturam subiecti: at diffinitio nominis non est huiusmodi, neque ex eo prænosceditur quasi ut medium sed quia explicat nobis subiectum demonstra. si enim illud ignorarem, nihil plane de eo per demonstr. concludere possemus.

**Q V AESTIO V. AN DE
proprietate quid rei uel quid
nominis, prænoscere debeamus.**

HAstenus de subiecto, qua nimirum ratione ante demonstrationem prænosci debeat disseruimus, sequitur ut de affectione, vel proprietate disputemus, primoque an de illa quid rei, vel solū quid nominis prænoscere debeamus: nam non esse prænoscedum quid rei, sed nominis. Confirmatur primo. Illud quod concluditur per demonstrationem non est prænoscedum ante illam: sed per demonstra. (cuius medium est diffinitio subiecti) concludimus naturam & essentiam proprietatis de subiecto, quia concludimus

Ad 4.
argum.

Arg.

mus in hærentiam eiusdem tam a-
ctu, quam aptitudine in subiecto,
quæ profecto in hærentia, est natu-
ra proprietatis, licuti & omnium a-
liorum accidentium: non igitur præ-
gnoscendum erit quid rei de proprie-
tate. Secundo. Quaestio an est prior
est questione quid est, vt author est
Arist. 2. lib. cap. 1. at de proprietate
prænosciamus per demonstra an sit,
vt ostendamus quæst. sequenti: er-
go ante demonstra. non prænosce-
mus quid rei de illa. Tertio. Arist. in
hoc cap. tantum docuit proprietate-
temprenoscendam esse prænotione
quid nominis: non igitur de ipsa
erit prænosendum quid rei.

2. argu.

3. argu.

Ad 4.
argu.

1. Obsc.

2. Obsc.

Exploratum est apud Arist. in
hoc cap. prænosendum esse de pro-
prietate quid nominis: controuer-
sum tamen est apud interpre. sit ne
de ea prænosendum quid rei, nam
fere omnes cõstitutiunt non esse præ-
nosendum, quamuis nonnulli asse-
rãt debere in aliqua demonstra. præ-
nosci de proprietate quid rei. Cete-
rum vt hanc controuerfiam diffini-
re valeamus animaduer. primo in
demonstra. à priori (de qua sola hic
loquimur, nam in demonstra. à po-
steriori non est necesse præcognos-
cere, quid rei de proprietate) duplex
est medium, subiecti nimirum, &
proprietatis diffinitionem. Itaque
demonstra. à priori, quædã est quæ
progreditur per diffinitionem sub-
iecti, tanquam per medium: altera
vero quæ procedit per diffinitio-
nem proprietatis vt 2. lib. cap. 8. o-
stendemus. Annotamus etiam tri-
bus modis posse cognosci proprie-
tatem, primo in communi, & abso-
lute, vt res quædam est, vt cum co-
gnoscimus proprietatem non esse
nihil, sed aliquid esse. Secundo pau-
lo contractius, vt cognoscitur sub
proprio conceptu proprietatis, ea
scilicet ratione qua concipitur vt

proprio subiecto in hærens. Tertio
denique, ea ratione qua concipitur
vt causa per quam aliqua alia pro-
prietas suo proprio subiecto conue-
nire quæat. Illud præterea sciendũ
erit naturam proprietatis duobus
modis posse cognosci perfecte, pri-
mo modo quando cognoscitur per
diffinitionem essentialem, secundo
autem quando per proprias causas
à quibus dimanar. intelligitur: his
enim duobus modis potest aliquis
effectus perfecte cognosci, velut ho-
mo perfecte cognosci dicitur, vel
quia est animal particeps rationis,
vel quia est animal ex corpore & a-
nima tanquam ex suis partibus con-
stans.

3. Obsc

Sit iam prima conclu. In demon-
stra. cuius medium est diffinitio
proprietatis quid rei erit de illa præ-
nosendum. Confirmatur. Medium
demonstra. prænosendum est ante
demonstra. ergo in illis demonstra.
quarũ mediũ est diffinitio proprie-
tatis ante demonstra. natura proprie-
tatis est prænosceda vnde in hac de
monstra. omne animal quod habet
infitam facultatem ridendi potest
ridere, sed omnis homo est animal
quod habet infitam facultatem ri-
dendi, ergo omnis homo poterit ri-
dere, in qua concludimus proprie-
tatem de homine per diffinitionem
proprietatis, prænosendum erit
quid sit illa, per diffinitionem illius
essentialem, quæ est animal quod
habet infitam facultatem ad ri-
dendum.

Secunda conclusio. In demonst.
quarum medium est diffinitio sub-
iecti, non est necessario prænoscen-
da natura proprietatis, quod autem
præcognoscatur interdum, vel præ-
cognosci possit nullum est absur-
dum. Huius conclu. 1. pars (scilicet
non esse necessario præcognoscen-
dam naturam proprietatis ante hoc

genus demonstra.) ita potest confirmari. Ex eo natura proprietatis aliquando est prænotanda, quia est medium in aliqua demonstra. ergo ubi illa non fuerit medium (sed natura subiecti) non erit necesse quod prænotetur ante illam, secunda eiusdem conclusio pars nimirum nõ esse impossibile prænotari proprietatem ante demonstra manifesta est, aliquando etenim ante omnem demonstrationem intelligere possumus naturam proprietatis. Verum cum dictũ sit a nobis duobus modis intelligi posse eius naturam, uno modo per diffinitionem, & altero per causam, intelligenda erit hæc pars de cognitione proprietatis per diffinitionem, non per causam: potest enim aliquis instructus arte de diffinendi (qui tamen nõdum aliquid de parte analytica nouit) essentiali diffinitione diffinire proprietatem vt capacitatem disciplinæ facultatem hominis ad percipiendas disciplinas, & ita poterit perfecte intelligere naturam proprietatis ante demonstra. per illius diffinitionem.

Ad 1. argum.

Iam superest vt argum. occurramus. Ad primum dicimus in demonstra. concludi de proprietate in hærentiam ad subiectum per medium quod est causa, non per medium quod est diffinitio proprietatis, & ita præcognoscimus ante illam (cuius medium est diffinitio subiecti) naturam proprietatis per diffinitionem, non per causam, in demonstra. vero cõcludimus naturam proprietatis de subiecto per diffinitionem subiecti, tanquam per causam: nam hæc est vera & legitima illius in hærentiæ in subiecto causa, atque origo. Ad secundum respon. q. an sit, distinctam & apertam proprietatis, posteriorem esse quæst. quid illa sit quæstionem tamen an sit confusam & obscuram eiusdem prioris esse

Ad 2.

quæ sit, quid sit, & ita non erit cur non possit prænotari ante demonstr. quid rei de proprietate, quia hæc prænotio prior est prænotione distincta an sit proprietatis, quæ sola per demonstra. colligitur. Altera enim prænotio an sit proprietatis, quæ est cognitio confusa antecedit ipsam demonstra. vt quæ sit, sequenti ostendemus. Ad tertium negamus consequentiam eo quod Arist. tanquam apertum prætermissit esse prænotandum de proprietate quid rei nam si prænotandum est de illa quid nominis, quæ quidem prænotio non est ita necessaria ad demonstrationem vt altera quid rei, a fortiori præcognoscendum erit de proprietate quid rei, cum natura proprietatis significata per essentiali diffinitionem, aliquando sit indiffinitio ne a priori medium ad aliquid concludendum necessarium.

Ad 3.

QVAESTIO VI. AN DE
proprietate prænotari de-
beat an sit.

Proximum est vt de eadem proprietate queramus, num ante demonstra. debeat illa prænotari an sit, nam hoc fieri posse ita suademus. Primo. Astrologi ante inuentam scientiam eclipfis lunæ, per demonstra. iam cognouere lunam pati eclipfim: at eclipfis est proprietatis lunæ, ergo ante demonstra. optime possumus cognoscere proprietatem existere a parte rei. secundum. Arist. tantum ait in hoc cap. de proprietate prænotandum esse quid sit, ergo nulla ratione erit de eadem an sit prænotandum, vt postea in conclusionibus ostendemus.

1. Argum.

2. Argum.

Ferrariensis annota. 2. huius lib. docet de proprietate sepe esse prænotandum quid sit, an vero existat a parte rei nõ semper debere prænotari quam-

Opinio
Ferrari.

Op

Iter
Obf

Opinio

quamuis nonnunquam effici ut illud sit necesse. Caieta. vero acute quæst. hanc adhuc modum definit. Proprietas inquit duobus modis sumi potest, primo ut res quædam est, secundo vero modo sub conceptu proprio, ac peculiari proprietatis. Si primo modo sumatur ante demonstrationem, cognoscere, possumus proprietatem existere, secundo vero modo nulla ratione id effici poterit quia proprietas ut proprietatis, significat dependentiam à principiis à quibus fluit, quæ sola applicantur proprietati intra demonstrationem. Verum ut hæc opinionem explicemus, animaduertimus primo, duplex esse subiectum proprietatis, adæquatum, vnum & alterum inadæquatum. Adæquatū dicitur illud quod conuertitur cum proprietate, ut homo est adæquatū subiectum risibilitatis: inadæquatū vero quod cum eadem minime recipitur, velut Petrus est subiectum inadæquatum eiusdem risibilitatis. Adnotandum est iterum, duplicem esse cognitionem alicuius effectus, vnam confusam, & alteram distinctam, distincta est qua media cognoscimus effectum illius cognita causa, confusa vero vocatur, quando cognoscimus effectum eius causa ignorata, ut quando cognoscimus eclipsem lune, non cognita interpositione terre, inter solem & lunam, dicitur huiusmodi cognitio confusa, vel obscura eclipsem lune, at vero cum cognoscimus eclipsem cognita interpositione, talis cognitio est distincta cognitio illius. Preterea adnotandum est esse maximum discrimen, inter scientias quæ vtuntur demonstrationibus in inuentione, scilicet, quando primo excogitate fuerunt à veteribus, & in traditione, vel doctrina ea nimirum ratione qua traduntur à præceptoribus, vel in lib. addiscuntur. Primo

enim modo progredimur in scientiis à cognitione confusa effectuum, qui sunt notiores nobis ad cognitionem suarum causarum, quæ sunt notiores natura: in traditione vero contrario modo progredimur, à causis, & principiis ad effectus & principia, ut Arist. 1. lib. phys. ca. 1. testatur. His animaduertis sit prima conclusio.

Ante demonstrationem cognoscere possumus cognitione confusa proprietatem existere in rerum natura. Confirmatur in primis. Cognoscere effectum ignorata causa est cognoscere illum cognitione confusa: at qui ante demonstrationem cognoscere possumus proprietatem eius causa ignorata, ut lune eclipsem ignorata interpositione terre inter ipsam & solem, quæ eius est vera, & legitima causa: igitur ante demonstrat. cognoscere poterimus obscura cognitione, proprietatem existentem in rerum natura. Preterea. In inuentione scientiarum cognoscimus proprietatem ante demonstrationem, quia cognoscimus effectum causa adhuc ignorata: at qui in huiusmodi scientiarum inuentione, à cognitione confusa ad distinctam progredimur ob eandem rationem, quia progredimur à cognitione effectuum ad cognitionem causarum, ergo ante demonstrationem in inuentione scientiarum, obscura cognitione proprietatem existere poterimus intelligere.

Secunda conclusio. In illa demonstratione, in qua concludimus proprietatem de subiecto adæquato, non potest proprietas ante eam cognitione distincta an in rerum natura existat necne? vlla ratione cognosci. Confirmatur duobus arg. Primū. Cognitio distincta effectus dependet à cognitione cause ea ratione qua causa applicatur effectui: sed per demonstrationem tantum cognoscimus proprietatem per propriam causam illi

Lddd § appli.

Iterum
Obseru.

Ad 3.

1. Arg.

2. Arg.

Opinio
Fertur.

applicatam, ergo non poterimus ante demonstra. distincta cognitione prænoscere proprietatem existere. Secundo. Illud quod concluditur per demonstra. nequaquam prænoscitur ante illam: atqui per demonstra. concludimus proprietatem inherere subiecto adæquato, quæ inherencia nihil aliud est, quam existentia proprietatis in rerum natura: igitur ante demonstra. non cognoscemus proprietatem existere.

3. Conc.

Tertia conclu. Ante demonstra. in qua concludimus proprietatem de subiecto mediato & remoto possumus distincte cognoscere proprietatem existere à parte rei: vt antequam concludamus risibilitatem de Petro, qui est subiectum mediatum, cognoscere possumus cognitione distincta, illam existere in rerum natura. Confirma. Antequam concludamus proprietatem aliquam de suo subiecto mediato, iam prius illam de subiecto immediato concludimus: atqui quando concludimus proprietatem de subiecto immediato per demonstrationem, aperta, & distincta cognitione iam illam existere intuemur: igitur ante demonstra. in qua concludimus proprietatem de subiecto mediato, nihil obest, quominus cognitione distincta, & aperta, illam habere esse in rerum uatura cognoscamus. Ex his colligere poterimus in primis proprietatem ante demonstrationem vel in scientiarum inuentione, cognosci posse quod existat in rerum natura, vt res quædam est, quemadmodum Caieta. docebat, quia ante demonstra. cognoscitur proprietas conceptu confuso, qui certe nõ est alius, quam conceptus eiusdem et proprietatis vt res quædã est. Colligimus secundum proprietatem sub proprio conceptu proprietatis, nõ

posse nisi per demonstra. cognosci, nam tunc temporis sub conceptu proprietatis cognoscitur, quando per suam causam intelligitur, hoc autem solum fit intra demonstra. & hac eadem ratione in tradendis scientiis explicantur proprietates sub conceptu scilicet proprietatis, eo quod illæ expositis prius causis, & principiis à quibus fluunt, explicantur.

Ad argu. igitur. Ad pri. resp. illud tantum confirmare posse proprietatem cognosci interdum confusa cognitione ante demonstra. quod nos libenter fatemur. Ad secun. negamus consequentiam, quia Arist. non docuit de proprietate non esse prænoscendum an sit, sed esse prænoscendum quid sit: at argu. ab auctori, negatiua nullius est roboris.

1. Arg.

2. Arg.

QVÆSTIO VII. AN DE
principijs solum prænosci
debeat illa esse
uera.

Qværendum etiam est num de principiis tantum prænoscere debeamus illa esse vera, necne? Hoc namq. solum, & nihil aliud de eis prænoscendum esse ex eo possumus confirmare, quod Arist. nullam aliam præter hanc de ipsis prænotionem agnouerit. Vt igitur dubitationem hanc dissoluamus, illud in primis sciendum erit, principia posse aut secundum se tota vsurpari, aut quoad aliquas tantum partes, quæ sunt subiectum, & affectiones, vel proprietates quæ de illo in conclusionem demonstrationis colliguntur. Erit etiam ad memoriam reuocanda diuisio illa prænotionis in quid nominis, & rei. Sit iam prima conclusio. Ante demonstrationem prænosci debet de principiis an
sint,

sint, id est illa esse vera. Ita docet Arist. in hoc cap. extatq. huius rei hæc apertissima ratio. In demonstratione ex falsis verum colligi minime potest, vt cap. sequenti ostendimus: at conclusio demonstrationis est vera: ergo cum illa ex principiis colligatur, nullo certe modo falsa illa esse poterunt, quare prænoscendum erit de illis, esse vera.

1. Arg.
2. Arg.
3. Conclu.
4. & vlti. conclu.

Secun. conclu. de principiis prænoscendum est quid nominis, ante demonstra. Confirmatur qui ignorat principiorum significationem, non poterit ea ad aliquid colligendum vsurpare: atqui principia necessario sunt in demonstra. ad conclusionem colligendam sumenda: ergo quid nominis illorum ignorari nequaquam debebit, quare hoc erit prius prænoscendum.

Tertia conclusio. Si loquamur de principiis secundum partes, erit quid rei de illis præcognoscendū. Confirmatur partes principiorum sunt subiectum, ac affectiones: at confirmauimus in superioribus, tam de subiecto quā de proprietatibus prænoscendum esse quid rei: ergo de principiis secundū partes quid rei erit prænoscendum.

Vltima conclusio de principiis secundum se tota nequaquam possumus quid rei ante demonstrationem prænoscere. Confirmatur argumento haulto ex D. Tho. Complexa & coniuncta carent definitione quid rei, illam enim sola simplicia possunt habere vt Arist. 7. Metaph. cap. 5. profitetur, quemadmodum homo (v. g.) qui est res simplex obtinet definitionem, sicuti & albedo etiam, cæterum hoc coniunctum, homo est albus nullam habet definitionem: sed principia rem aliquam coniunctam significant: ergo illa secundum se tota minime poterunt prænotionem quid

rei obtinere, ac proinde neq. de ipsis erit quid rei ante demonstrationem prænoscendum. Sed contra aliquid ita aget. Enuntiatio est quid complexum: at qui illa fuit 1. lib. per hierme. cap. 4. essentiali diffinitione diffinita: ergo complexa habere possunt essentialem diffinitionem, & ita de principiis quamuis sint complexa prænoscere poterimus quid rei. Respon. enuntiationem sumi posse, vel pro secunda notione, vel pro prima, id est pro rebus per eam significatis. Primo modo enuntiatione est aliquid simplex, & hac ratione diffinitur: secundo vero modo est quid coniunctum, quia significat multa, qua ratione diffinitur nullo modo poterit.

Obiec.

Solutio.

Ad argu. quod in principio effeceramus negamus consequentiam, quamuis enim Arist. nequaquam hoc docuerit, nihilominus argu. ab authoritate negatiua nullius esse roboris nemo est qui ignoret.

Ad argu.

QVAEST. VIII AN CONCLU. demons. cognosci possit ante demonstrationem:

Agimus in superioribus de prænotionibus, & de ijs quæ antedemonst. sunt prænoscenda, sequitur, vt de ratione qua conclusio demonstr. cognoscatur disputemus: Etenim illam non posse ante demonstrationem cognosci his argument. confirma. Primum. Si conclusio cognosceretur ante demonstrationem fieret ipsam esse superuacaneam, cum absq. illius ope possemus consequi quod illa nobis præstat: atqui hoc dicere est absurdum: nõ igitur cognoscemus conclusionem ante demonstra. Secun. Nihil aliud beneficio demonstra. asequimur quàm cognos-

Tertiū

cognoscere conclu. ergo si ante illā conclusio iam esset præcognita in præmissis nulli certe vsute a nobis esset, quod tamen perabsurdum est. ergo conclusio non cognoscetur ante demonstra. Tertium. Si conclusio cognoscetur ante demonstra. (in præmissis nimirum) igitur vel præcognoscetur prænotione an sit, id est esse veram, vel quid sit, id est, quænam sit eius natura: at nullo ex his modis potest præcognosci, imprimis non prænotione an sit, quia conclusionem esse veram per solam demonstra. colligimus, deinde neque prænotione quid sit, quia res coniunctæ (de quarum numero est conclusio per demonstrationem colligenda) non habent quid res: iam igitur conclusio non cognoscetur ante demonstrationem. Quartum. Si ante demonstra. essetiam conclusio in præmissis cognita sequeretur esse quatuor præcognoscenda ante ipsam: at hoc repugnat Arist. tria tantum præcognosci præcipienti, ergo conclusio minime præcognoscetur in præmissis ante demonstra. Confirmatur propositio, nam imprimis ante demonstrationem præcognoscuntur tria illa proposita ab Arist. ac præterea esset etiam præcognoscenda conclusio in præmissis: iam ergo quatuor essent præcognoscenda. Quintum. Si conclusio cognoscetur in præmissis ante demonstra. sequeretur illam nobiliori modo cognosci ante ipsam demonstrationem quam intra eandem cognoscatur: atqui hoc est omnino falsum, ergo conclusio minime cognoscetur ante demonstra. Confirmatur propositio. Conclusio in præmissis cognoscitur per habitum primorum principiorum, in demonstratione vero per habitum scientiæ: at habitus primorum principiorum, multo nobilior est, habitu scien-

Quintū

tia, & ex consequenti quæ per illū cognoscuntur perfectiori modo cognita erunt quam quæ per habitum scientiæ, intelliguntur, nam quo nobilior fuerit aliquis habitus tanto perfectior est cognitio eorum quæ per illum percipiuntur, ergo nobilior multo cognoscetur conclusio ante demonstra. quam intra ipsam intelligatur. Hæc sunt argumenta quæ veram sententiam labefactare videntur, vt tamen nostrum in hac re iudicium proponamus. Animaduerti mus, duobus modis posse cognosci conclusio, alicuius demonstra. vel effectum quemlibet, primo modo virtute, & confusa cognitione, quando scilicet cognoscitur in alio, vt in sua causa: secundo vero actu & formaliter, ac distincta cognitione, vt quando in seipso cognoscitur. Hoc animaduerso vnica conclusione rem hanc ita explicamus.

Conclusio demonstra. extra demonstra. non actu, & formaliter sed sola virtute, & confusa cognitione potest ante demonit. cognosci. Confirmatur imprimis testimonio Arist. docentis conclusionem in præmissis aliquo modo esse scitam, & aliquo modo ignotam, quod nequit alio modo intelligi, nisi dicamus conclusionem in præmissis esse cognitam virtute, & cognitione, confusa & esse actu, & secundum se ignotam. Confirmatur præterea ratione haulta à D. Tho. Eodem prorsus modo continentur conclusiones in principiis, quo effectus in virtute suarum causarum: nam quemadmodum est in causis facultas quædam producendi effectus, ita etiam est in præmissis facultas quædam inferendi conclusiones: at cognita causa cognoscitur etiam effectus, non actu, & secundum se, sed sola virtute, & confusa cognitione

obserua

Vnica conclusio

Ad
gum

Ad

Ad

Ad

Ad

312

tione, cogitis igitur præmissis, etiam conclusio non actu & secundum se sed sola virtute cognoscitur.

- Ad 1. ar gumcor Reliquum est iam ut argu dissoluamus. Ad primum dicimus ante demonstrationem cognosci conclusionem confuse: at per demonstrat. cognosci eandem distincte, ob idq. minime erit demonstra. superuacanea. Ad secundum respond. per demonstra. sciri conclusio, quæ iam ante ipsam cognita erat, alio tamen & alio modo, nam ante demonstra. cognoscebatur confusa tantum cognitione, post demonstra. autem aperte, ac manifeste, eadem intelligitur. Ad tertium respon. conclusio ante demonstra. utroque modo præ cognosci nimirum præcognitione an sit, & quid sit non rei sed nominis quamuis id confuse, solum & indistincte fiat, nam distincta, & clara eiusdem cognitio per solam demonstra. haberi potest. Ad quartum dicimus falsam esse propositionem, quia quæ sunt ante demonstra. præ cognoscenda distincta, & aperta cognitione præcognosci debent, si simplicia fuerint simplicia, si vero composita coniuncta & composita prænotione: at conclusio nequaquam præcognoscitur cognitione distincta, sed confusa dumtaxat, & indistincta, quare non erunt quatuor præcognoscenda. Ad quintum negamus propositionem, ad probationem dicimus si cætera fuerint paria, ea quæ cognoscuntur per habitum nobiliorem, nobiliori modo cognosci quam quæ per ignobiliorem habitum cognoscuntur quod tamen falsum est si reliqua fuerint imparia at hic non sunt omnia paria nam per habitum primorum principiorum solum cognoscimus conclusionem, cognitione confusa, cum tamen per habitum scientiæ eandem clare ac aperte, intelligamus, nobi-

lius autem est (ex parte rei) ipsam cognosci distincte, per habitum ignobiliorem, quam confuse per habitum nobiliorem, quia cognitio distincta alicuius rei, nobilior multo est cognitione confusa eiusdem consulat qui voluerit de hac quæst. Caietanum in postrema parte huius cap. & Flandrensem quæst. 7. huius lib. art. 1.

QVAESTIO IX. AN PROpositio cognoscatur prius tempore quam conclusio.

ET quidem vno eodemque instanti temporis propositionem ac conclusionem cognosci his argumentis conuincimus. Primum. Relata simul tempore cognoscuntur, ex Arist. in catego. relatorum; sed propositio, & conclusio sunt relata, cum ex propositione inferatur conclusio, ergo propositio, & conclusio simul tempore cognoscuntur. Secundum. Quæ eodem actu cognoscuntur simul tempore cognoscuntur, quemadmodum lux, & color, simul tempore cognoscuntur, eo quod eadem actione videndi cognoscuntur: sed dictum est in superiori quod conclusionem cognosci ante demonstrationem in præmissis per eandem actionem intellectus per quam cognoscimus præmissas, ergo propositio & conclusio simul tempore cognoscuntur. Tertium. Causa, & effectus, simul tempore, sub ratione causæ, & effectus cognoscuntur, sed propositio, & conclusio, sic se habet ut propositio sit causa & conclusio effectus ergo propositio & conclusio, simul tempore cognoscuntur.

1. Argu

2. Argu

3. Argu

In hac quæst. non est sermo de cognitione confusa, sed de distincta, & aperta, atque ita in explicationem sit conclusio. Cognitio distincta,

obserua

Vnica conclusio

Vnica conclusio

sta,

eta propositionis in demōstra. prior
est tempore cognitione clara, ac di-
lucida conclusionis. Confirmatur
primo, illæ cognitiones nequæunt
esse simul tempore, inter quas inter-
cedit aliqua media cognitio atqui
inter cognitionem propositionis, &
conclusionis, media est cognitio as-
sumptionis: igitur duæ illæ cog-
nitiones nequaquam simul tempore
esse poterunt quin potius cognitio
propositionis, cognitionem conclu-
sionis, tempore antecedar. Deinde.
Cognitio distincta causæ tempore
præcedit cognitionem claram effe-
ctus: at propositio est causa conclu-
sionis: prius igitur tempore erit cog-
nita propositio, quam conclusio co-
gnoscat. Hanc eandem indicare
videtur Aristo. in hoc cap. docens
quædam esse quæ simul tempore
cum aliis cognoscantur, alia vero
esse quorum cognitio aliorum cog-
nitionem antecedit. Quæ quidem
verba iuxta Latinorum interpretū
sententiam, de cognitione propo-
sitionis, & assumptionis, respectu cō-
clusionis sunt intelligendi, assumptio
namque simul tempore cum con-
clusionis in ipsa demonstratione co-
gnoscutur, cum tamē cognitio pro-
positionis, tempore cognitionem
conclusionis antecedar.

Præfatis autem argum. ita sigilla-
tim satisfacimus. Ad primum admit-
timus propositionem de relatis, vt
relata sunt, quam eandem de rela-
tis sub conceptu absoluto diffite-
mur. Propositio igitur vt ad conclu-
sio refertur non est certe illa prior,
at eadem secundum se, ac naturam
suam accepta, in quantum scilicet
ex subiecto, & attributo constitui-
tur, verumque significat, qua ratio-
ne hic de illa agimus, tempore ip-
sam conclusio præcedit. Ad secun-
dum respon. si loquamur de cog-
nitione confusa conclusionis verum

esse eadem actione qua cognoscei-
mus principia cognosci, quoque cō-
clusionem si vero loquamur de cog-
nitione distincta falsum id esse: alia
namque distincta actione cognos-
cuntur præmissæ, atq. alia conclusio-
nes: hic autem non de confusa cog-
nitione, sed de distincta disputam⁹
quare propositio & conclusio mini-
me per eandem actionem cognos-
centur. Ad tertium distinguimus
propositionem causa enim sumi
potest, vel vt non est adhuc appli-
cata effectui, vel vt iam est eidem
coniuncta: primo modo dicitur cau-
sa potestate, secundo vero modo
causa actu nuncupatur. Vnde si pro-
positio intelligatur primo modo,
neganda profecto erit, quia causa
non applicata seu causa potestate,
prior est effectui, si autem secundo
modo accipiatur, merito erit admit-
tenda, assumptio tamen erit ne-
ganda, quia propositio, vt per se
profertur, antequam sub illa sublu-
mam assumptionem, non est cau-
sa applicata, media enim assumptio-
ne ad conclusionem inferendam,
accommodatur. Cum autem dici-
mus propositionem prius tempore
cognosci, conclusione de illa vt nō
dum est applicata, disputamus.

**QVÆST. X. AN CON-
clusio simul cognoscat
cum præmissis.**

IAm disparemus in commu. de *i. Arg.*
præmissis, cognoscantur ne ille
prius tempore conclu. necne nam
non cognosci ita ostendo. Primo
omnis causa efficiens est prior tem-
pore suo effectui, quemadmodum
generans prius est re genita: at præ-
missæ, sunt causæ colligentes conclu-
sionem: ergo pr us tempore cognos-
centur, quam conclu. intelligatur.
Secun-

2. Arg. Secun. Arist. 2. lib. Topico. cap. 4. proficitur posse nos multa scire nihil tamen amplius, quam vnum ex eis intelligere: sed in demōstra. præmissæ, ac conclusio sunt multa, & non quid vnum: ergo non poterūt simul tempore, per eandemq. actionem cognosci. Terti. si conclu. simul tempore cum præmissis intelligeretur, fieret inde vt aliquis haberet in intellectu scientiam simul ac errorem, hoc autem est absurdū igitur conclu. non cognoscetur simul cum præmissis. Confir. propositio. Sit aliquis habens errorem circa hanc conclu. Omnis homo est capax disciplinæ, illiq. hæc demonstr. fuerit proposita. Omne animal rationis particeps est capax disciplinæ: atqui omnis homo est animal rationis particeps: ergo omnis homo est capax disciplinæ. Rogo. Is cognita propositione, & assumptione, cognoscat ne conclusionem illamq. inferet ex præmissis, vel ignorabit potius ipsam: si non cognoscat eam iam ergo præmissis cognitis, conclusio minime cognoscetur, quod si cognoscat, consequaturq. scientiam de illa, cum iam prius haberet errorem de eadem, certe idem homo habebit simul scientiam, & errorem de eadem conclusione. Quartū Arist. 2. lib. prio. cap. 14. inquit posse nos intelligere propositionem & assumptionem, quin tamen agnoscamus conclusionem, quemadmodū nouisse possumus omnem mulam esse sterilem, & hanc esse mulam, & nihilominus ignorare hanc esse sterilem: non ergo cognita propositione & assumptione statim absq. vlla temporis mora, cognoscetur conclusio. Quintum. Nequit idem esse in via, & in termino, sequeretur enim idē moueri, & non moueri, nam qui est in via mouetur, qui autem in

termino non mouetur: sed si conclusio simul tempore cum præmissis cognosceretur idem esset in via, & in termino, qui enim præmissas cognoscat in via est, nihil enim aliud ipsarum cognitio est, quam via quædam ducens nos in cognitionē conclusionis, qui autem cognoscit conclusionē est veluti in termino: ergo non poterit conclusio simul cum præmissis agnosci. Sextū. Eodem modo mēte concipiuntur propositiones demonstrationis, quore proferuntur: sed in demonstratione diuersis temporibus præmissas, & conclusionem proferimus: igitur conclusionem ac præmissas, diuersis quoq. temporibus cognoscemus. Septimum. Quæ per diuersas species intelliguntur, nequæunt simul intelligi, diuersæ enim species diuersas etiam producunt intelligentes: atqui præmissæ, & conclusio, intelliguntur diuersis speciebus, sunt enim res diuersæ, & quæ natura distinguntur, diuersas etiā species fortiuntur, non igitur poterunt præmissæ, & conclusio simul tempore cognosci.

Quidam recentiores censent, nō posse conclusionem simul cum præmissis intelligi, quia hæc per discursum cognosci debent, qui quidem non vno & eodem, sed diuersis temporibus efficitur. Cōtra tamē illi multo verius arbitrantur conclusionem in demonstratione simul cognosci cum præmissis, ita plane vt eodem temporis momento quo cognoscimus præmissas, statim quoque nulla interposita mora, conclusionem intelligamus. Horum sententiam vt explicemus animaduertimus quæst. propositam intelligendam esse de simultate temporis, nō autem naturæ, etenim præmissas esse prius natura cognitatas, quam conclusio sit intellecta, satis est apertū.

1070.3

6. Arg.

Ad 76

1070.4

& ma

1. Arg.

2. obser. & manifestum, est si quidem præmissarum cognitio causa efficiens cognitionis conclusionis: at cognitionem causæ saltim natura cognitionem effectus antecedere debere, nulli est dubium. Illud etiam adnotan. erit propositiones in demonstra. debito ordine esse sumendas vt ita conclusio simul cum præmissis intelligi queat: quin etiam & habitudo quæ inter præmissas, & conclusionem, quo ad illationem intercedit, cognosci necessario debet quod si vnum ex his vtrisque fuerit, haud quaquam poterit conclusio simul cum præmissis agnoscī. Vnde fit, vt quamuis homini imperito proponantur propositio, & assumptio alicuius demonstr. nequaquam adhuc conclusio intelliget. Eo quod habitudinem quæ est inter præmissas & conclusionem perspectam non dum habeat. Esse autem hanc actionem necessariam ad id quod nunc diximus, author est D. Tho. 1. lib. Perhiermenias lecti. 13.

3. conclu. Sit igitur pro explicatione hæc vnica conclusio. Si duo hæc in demonstra. obseruentur, nimirum, vt & quælibet sumptio, suo loco contineatur, & habitudo quo ad illationem inter præmissas, & conclusionem interueniens cognoscatur, dubium esse non debet, quin conclusio simul tempore, cum præmissis intelligatur, ita vt eodem temporis momento, quo cognoscimus præmissas, simul haud dubie conclusionem quoque cogituri. Confirmatur his argum. Primum petium est ex Aristote. in hoc capit. qui inquit cognita hac propositione, omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, & cognita hac assumptione hoc quod est depictum in semicirculo est triangulum illico sine ulla temporis mora nos cognoscere illud quod est depictum

in semicirculo habere tres angulos pares duobus rectis. Secundum argum. Causa sufficiens ad producendum aliquem effectum, & non impedita, si ad illum producendum applicetur eodem temporis momento, quo applicatur est apta illum producere: sed intellectus est sufficiens causa ad cognoscendam conclusionem; cognitis semel propositione, & assumptione, ergo impedimentis sublati, (vt reuera sunt impedimenta) eodem temporis momento quo applicatur ad præmissas cognoscendas, cognoscet quoque conclusionem. Præterea. Quando vnum refertur ad aliquid tanquam in finem, eodem actu simulque tempore cognoscitur vel appetitur cum fine, tam in facultatibus appetendi, quam cognoscendi, in actibus appetendi, vt quia medicina refertur in optimam valetudinem tanquam in finem, eodem actu voluntatis, ac simul tempore quo volumus medicinam, volumus etiam salutem: deinde in actibus cognoscendi quia lumen refertur ad colores manifestandos, tanquam ad finem, eadem actione videndi eodemque tempore quo intuemur lucem, intuemur etiam & colores: sed principia demonstrationis referuntur ad conclusionem manifestandam tanquam in finem: eadem ergo actione, eodemque tempore quo principia cognoscimus, cognoscemus etiam, & conclusiones. Superest vt argu. satisfaciamus. Ad primum quidem admittimus propositionem de causa non applicata, seu potestate, non autem de causa actu siue applicata: nam causa in actu, & effectus in actu sunt simul tempore, & ita cum in demonstratione propositio, & assumptio, sumantur vt causæ ad inferendam conclusionem applicatæ, cognitio propositionis, & assumptionis, non erit

Secund.

Tertio.

Ad I.

Ad 2. argum.

Ad 3. argum.

Ad 4. argum.

Ad 5. argum.

Ad 6. argum.

ccund.

Ad 2.
argum.

Ad 3.
argum.

Certio.

Ad 4.
argum.

Ad 5.
argum.

Ad 1.

Ad 6.
argum.

erit prior, sed simul tempore cum cognitione conclusionis. Ad secundum dicimus multa, ut multa sunt non posse simul intelligi, at si multa sub ratione vnius considerentur nihil obstat quo minus vna, & eadem actione intelligi possint. Ad tertium respon. huiusmodi hominē comparaturū fore verā scientiā conclu. Neq. sequitur in eodē esse simul scientiā, & errorē, quia scientia adueniente errore circa eandem conclusionem, statim euanescit, quemadmodum luce nostrum emispherium irradiante statim tenebrę dissipantur. Ad quartum respon. Arist. intelligendum esse, vel quando est aliquod impedimentum ad inferendam conclusionem, vel quando habitudo inter præmissas, & conclusionem, ad eandem inferendam ignoratur. Ad quintum aimus, actiones quæ per motum comparantur, in dupici esse differentia, nam quædam sunt instantaneæ, quæ simul fiunt & factæ sunt, cuiusmodi est illuminatio, simul namque aer illuminatur, & est illuminatus: aliæ vero sunt quæ in tempore efficiuntur in quibus fieri præcedit factum esse. In actionibus igitur ptimi generis, optime potest vna, & eadem res esse in via simul, ac termino, nequaquam tamen id in actionibus secundii generis effici potest, cum in eis aliud sit cale fieri, & aliud calefactū esse, cale fieri enim, actio est antecedens hoc quod est calefactum esse. Cum itaque actio intellectus sit actio primi generis (instantanea nimirum) non erit rationi dissonum, asserere illum esse in via intelligendi dum principia intelligit, in termino vero cum primam conclusionem cognoscit. Ad sextum respō. propositionem posse intelligi, vel in ordine ad res significatas per proprietates, vel in ordine ad tempus in quo

illæ proferuntur, si primo modo intelligatur, vera certe est, nam quem admodum ore proferimus omnem hominem esse animal particeps rationis, ita quoque id ipsum mente concipimus: si vero secundo modo intelligatur, est omnino falsa, potest enim intellectus multa simul tempore, (obscurā eximiam in cognoscendo vim & facultatem) intelligere: at lingua aliæque loquendi instrumenta, nequeunt multa simul tempore proferre, maxime cum tempore, ac illius differentis sint subiecta. Ad septimum respon præmissas & conclusionem, iuxta naturā propriam diuersas habere species, at vero ut eandem constituunt demonstrationem, per vnā, & eandem speciem demonstrationis, representari, & hac ratione cognoscitur conclusio simul cum præmissis, ut nimirum, per eandem speciem demonstrationis representatur.

Ad 7.
argum.

QVAESTIO XI. AN EADEM actione intellectus cognoscantur præmissæ & conclusio.

Vltimo sequitur ut num conclusio, & præmissæ eadem actione intellectus cognoscantur disputemus: nam non cognosci his argumentis confirmamus Primum. Quæ cognoscuntur diuersis habitibus, diuersis quoque cognitionibus intelliguntur at principia, & conclusiones, diuersis habitus cognoscuntur ut auctor est Arist. 2. lib. posterio. cap. vlt. & 6. ethico. cap. 3. nam principia cognoscuntur per habitum intelligentiæ, conclusiones vero per habitum scientiæ, ergo principia, & conclusiones in demonstratione, non poterunt per eundem actum cognosci. Secundum. Quæ cognoscuntur per discursum nequeunt ea

1 Arg.

2 argu.

Eccc dem

dem actione intellectus cognosci: sed præmissæ, & conclusiones cognoscuntur per discursum syllogisticum, in quo ab vno ad aliud progredimur, ergo non poterunt præmissæ, & conclusiones per vnam, & eandem actionem intellectus cognosci. Confirmatur propositio ex discrimine inter cognitionem simplicem & discursiuam interueniente, quia in simplici, per vnam actionem possumus multa intelligere, in discursiua vero debent multæ necessario interuenire. Tertium. Idem non potest esse causa sui ipsius sed cognitio præmissarum est causa cognitionis conclusionis, ergo non poterimus per eandem actionem præmissas, & conclusionem intelligere.

3. Arg.

Quorū opinio.

1. Obse.

2. Obse.

In hac quæst. quidam in ea sunt sententia, & opinione vt arbitrentur conclusionem, & præmissas, diuersis actionibus in eodem temporis momento prænosci ab intellectu. Cæterum vt quæst. hanc explicemus, animaduertimus prius duobus modis posse aliquid clare, ac distincte cognosci, primo in se, ea nimirum ratione qua primo & per se terminat actionem intelligendi: secundum in alio, eo scilicet pacto vt vno prius cognito, secundo aliquid aliud in eo intelligamus, vt Petrum aliquando cognoscimus in se, quando nempe illum facie ad faciem intuemur, aliquando vero in alio, vt cum illum in speculo contemplamur. Rursus sciendum erit præmissas in habitudine ad conclusionem, habere se, veluti lux ad colores, & speculum ad imaginem in eo relucentem sese habent ad eum nāque modum quo adueniente lumine, colores in tenebris antea dilitescentes oculis contemplandi obiciuntur. ad eandem etiam rationem, præmissarum splendore illucescente,

conclusio demonstrationis quæ prius obscura erat, manifesta, & conspicua ipsi intellectui efficitur. His adnotatis, has in quæstiones explanationem, subiicimus assertiones, quarum prima sit.

Si loquamur de cognitione conclusionis, vt in se cognoscitur, per aliam actionem distinctam illa intelligitur ab ea, qua præmissæ cognoscuntur. Cognoscitur autem conclusio in se, quando in demonstrationis propositione, ac assumptione, sigillatim quoque ac seorsum, conclusio ipsa proponitur nam tunc temporis cognoscimus illam in se, subiectum, & attributum, distincte, ex quibus illa constituitur animaduertendo. Confirmatur in hunc modum conclusio. Dum assignamus aliquam demonstrat. singulis, eius præmissis, de conclusione sigillatim seorsumque propositis, alio certe actu propositionem, alio assumptionem, ac demum alio conclusionem cognoscimus: sed hoc pacto contingit conclusionem in se ipsa intelligi: cum ergo cognoscimus conclusionem in se, actione profecto illam intelligemus, ab ea valde distincta, ac diuersa, qua in præmissarum cognitionem deuenimus.

Secunda conclusio. Quando conclusionem in alio (in præmissis nimirum) intelligimus, certum esse debet per eandem actionem numero, illa secundario intelligi per quā primo, & per se, præmissas cognoscimus: vt quādo propositis propositione, & assumptione, ibi sistimus, nec conclusionem inferimus, per eandem actionem numero per quā cognoscimus primo, & per se assumptionem secundario etiam in ipsa assumptione, conclusionem intelligimus. Confirmatur duobus argumentis. Primum est. Quando vnum est ratio cognoscendi alterum, per eandem actionem

1. Concl.

2. Concl.

Constr. prim.

Secu

Ad
gum
1. So

2. So

nem vtrūque cognoscitur, vt quia lumen est ratio cognoscendi colores, per eandem actionem videmus lumen, & colores, at præmissæ sunt rationes cognoscendi conclusionē: per eandem ergo actionem per quā præmissas cognoscimus, conclusionem quoque intelligemus. Secundum argum. Conclusiones continentur in præmissis, eo modo quo imago in speculo est contenta atqui per eandem actionem per quam cernimus speculum, imaginem etiam intuemur, ergo per eandem actionem per quam præmissas cognoscimus, conclusionem etiam intelligemus.

Secundo

Ad 1. argum.

1. Solu.

2. Solu.

Reliquū est vt argumentis adductis satisfaciamus. Ad primum respon. imprimis propositionem esse veram, nisi vnus habitus sit ratio alterum cognoscendi, at in demonstratione habitus intelligentiæ, siue principiorum, est ratio cognoscendi conclusionem: quare eodem actu per hos duos habitus principia, & conclusiones intelligemus: quemadmodum eadem actione videndi intuemur lumen, & colores, eo quod lumen sit ratio videndi colores. Ita respon. huic argu. Dominicus à Fland q. 6. lib. 1. arti. 1. Resp. deinde ad assumptionem, principia duobus modis sumi posse, primo in se, & absolute sumpta, secundo ea ratione qua inferunt conclusionem, & in demonstratione ad illam colligendam applicantur. Præterea conclusio aliis quoque duobus modis sumi potest, primo vt in se & absolute consideratur, ea nimirum ratione, qua est quædam propositio, actu, & formaliter à propositione, & assumptione distincta: secundo vero ea ratione qua in principis relucet non alio modo quam eo, quo imago in speculo repræsentatur. Si principia, & conclusio primo modo vsurpentur, non est du-

bium quin per diuersos habitus cognoscantur, principia per intelligentiam, conclusiones vero, per scientiam: si autem accipiantur eadem secundo modo, nihil oberit quominus per vnum ac eundem habitum nobis innotescant, & quia hoc secundo modo principia, & conclusiones in demonstra. collocantur, propterea poterant per eundem actum, & habitum cognosci. Sed rogabit aliquis quisnam sit huiusmodi habitus per quem in demonstratione simul principiorum, & conclusionū cognitionem assequimur est ne ille habitus scientiæ, vel potius intelligentiæ? Respon. primum, illum esse habitum scientiæ, etenim quamuis principia absolute sūpta, nequeant per habitum scientiæ cognosci, eadem tamen vt in demonstra. ad inferendam conclusionem adiuuentur, & applicantur, optime per habitum scientiæ cognosci poterunt. Itaque habitus scientiæ, primo, & per se, tantum fertur in conclusiones, ad præmissas vero cognoscendas, secundario etiam sese extendit ea nimirum ratione qua illæ ad conclusionem intra demonstrationem colligendam applicantur. Ita docet D. Tho. 12. q. 57. art. 2. ad 2. argum. Respon. præterea hunc habitum esse habitum intellectus, nam licet conclusio absolute sumpta, nequeat per habitum intelligentiæ cognosci, nihilominus ipsa mer in quantū in præmissis intra demonstra. intelligitur medio habitu intelligentiæ per quem principia cognoscuntur, probe poterit cognosci. Vnde hic habitus, primo, & per se, tantum fertur in præmissas, secundario tamē, sese ad cognoscendas conclusiones in præmissis diffundet. Hanc solutionem assignat Soncinas 6. metaphy. quaest. 10. in solutione 1. argu. Ad secundum respon. conclusionē

Percom
ta.

1. respō.
D. Th.

2. respō.
Sonci.

Ad 2.

Ecce 1. sumi

1. Concl.

2. Concl.

Confir.
prim.

sumi posse vel ut in se cognoscitur vel ut in præmissis intelligitur. Primo modo, discursus quo medio præmissas & cōclusionem intelligimus non efficitur per eandem actionem: secundo vero modo conclusio non cognoscitur in assumptione per discursum, sed per simplicem apprehensionem. Fatemur quidem nos progredi discurrendo, etiam hoc secundo modo à propositione ad assumptionem, verum cognita assumptione, absque ullo discursu per solum quandam simplicem intuitum, ferimur in conclusionem cognitam in principiis, quemadmodum etiam in eadem facultate videndi, per ean-

dem simplicem actionem, & speculm, & imaginem in eo splendentē; intuemur. Ad tertium dicimus, si conclusio sumatur ut in se cognoscitur, cognitionem præmissarum esse causam cognitionis conclusionis: si vero accipiat ut in præmissis intelligitur, id ipsum diffitemur non enim ex cognitione præmissarum, velut ex causa, ortum habet conclusionis cognitio, quin potius vna ac eadem actione cognoscendi & præmissas & conclusionem in eis perspicimus, principia primo, & ratione sui, conclusionem vero secundo, & ratione præmissarum.

Ad 3.

C A P. S E C V N- dum de diffinitionibus sciē- tiæ & demonstrationis.

ARGUMENTVM CAP.

Scientiæ, & demonstrationis necessitate, in superiori cap. explicata, iam in hoc de his duobus (illorum diffinitiones proponens) differit luculenter. Dividit autē cap. in tres partes præcipuas, in quarum prima nobis scientiæ diffinitionem proponit, in secunda duas tradit diffinitiones demonstrationis, & tandem in vltima de principiis ex quibus debeat constari demonstratio agit.

COMMENTARIA.

Explicaturus Aristot. scientiæ, & demonstra. naturam, non aliunde quam à definitione exorditur, imprimisq. in prima parte cap. diffinitionem scientiæ his verbis peripicuum paronymum ita proponit.

Diffini.
Scire.

A. *Plane autem & perfecte, &c. Scire*

est rem per causam intelligere, & ita rei causam esse ut illam aliter se habere non posse arbitremur. In qua diffinitione tres particule continentur, prima est cognitio rei per causam etenim ut nos perfecte, & non Sophistarum more, scientiam consequamur alicuius effectus, illum per analysim vsq. ad prima principia, & prim

Inte
præ
Alb
M.
æer

Inte
præ
Tho

Conf
præ
diffi.

¶ prima elementa resolvere debemus vt Arist. 1. lib. Physico. cap. 1. profitetur. Secunda particula est *rei causam esse* quæ ita est intelligenda. Ad scientiam de aliquo effectu comparandam, non sat est nouisse causam illius, vt res quædam est. Verum etiam erit ipsamet causa ea ratione qua est applicata ad eum ipsum producendum præcognoscenda hoc enim pacto causam sub ratione & conceptu causam intelligimus. Vltima particula est vt rem aliter se habere non posse arbitremur. Hanc Auerroes & B. Albert, Mag. ad causam per quam demonstratio progreditur referendam esse arbitrantur, nec enim sufficit ad alicuius effectus scientiam acquirendam causam eius quomodocumq. nouisse & quod talis effectus causa sit perspectum habere, sed etiam cognoscendum erit, illam ita esse causam huiusmodi effectus, vt ab alia causa quam ab ea, ipsum nullomodo prouenire posse arbitremur. At vero D. Tho. & Themistius hanc particulam referunt ad rem quæ scitur, vt enim alicuius effectus scientiam consequamur non tantum nouisse debemus illius causam verum etiam de eo cognoscendum erit, vt nullo modo possit aliter se habere. B. Nam quod rem scire, &c. Confirmat Arist. hanc definitionem scientiæ esse accuratam, argumento à signo petito, omnes enim tam periti, quam imperiti, tunc temporis se scire arbitrantur, quando intelligunt causam, a qua deriuatur effectus. Quæuis sit latum discrimen, inter peritos & imperitos, quia periti, existimant se scire per propriam, & legitimam rei causam, & re vera sciunt eam: at vero imperiti quamuis existiment se veram rei causam apprehendisse, nequaquam tamen illam apprehenderunt.

C. Itaq. res, &c. Postquam Arist. agit de scientia, tradens nobis quid illa sit, diffinit quid sit illud quod sub scientiam cadit, vt interpretatur D. Tho. illud igitur, quod scitur, est quod ita est necessarium vt nulla ratione aliter se possit habere vt scimus triangulum habere tres, angulos æquales duobus rectis & hominem esse capacem discipline quæ sunt ita necessaria, vt aliter se habere nullomodo quæant.

D. Ac sine aliud quidem, &c. Postquam Arist. docuit scire esse rem per causam intelligere, concludit postea inuestigandum esse an præter hunc modum qui est rem per causam intelligere, possit alius modus sciendi assignari quæ verba referenda sunt ad demonstrationem petitam ab effectu: nam etiam scimus rem aliquam (vt causa) per suum effectum, verum deturne hic modus sciendi deinde inuestigandum erit, scilicet cap. 10. vbi de vtraq. demonstratione, & modo sciendi, tam petito à causa, quam ab effectu erit disputandum.

E. Demonstrationem autem voco, &c. His explicatis tradit Arist. in 2. par. cap. duas definitiones demonstrationis, quarum prima petitur à fine, altera vero à materia est decepta quæ à fine petitur huiusmodi est. Demonstratio est syllogismus generans scientiam, hic enim est finis, & scopus, in quem tota pars analitica referri debet, vt nimirum perfectam rei scientiam consequamur. F. Si igitur idem scire, &c. Secunda diffinitio est petita à materia. Demonstratio est ratiocinatio, constans ex veris primis, & immediatis notioribus, prioribus, & causis conclusionis. Quæ diffinitio ex eo petitur à materia, quia propositiones ex quibus constat, tanquam ex materia demonstratio, debet esse prima

2. pars cap.
1. diffinitio demonstratio.
2. d. diffinitio demonstratio.

Interpret. B. Albert. M. & Auerrois.

Interpret. D. Tho.

Confirmat diffi.

veræ, immediatæ &c. at huius generis esse debere propositiones demonstrationis, ex alia diffinitione hoc modo poterimus demonstrare. Ad consequendam scientiam alius effectus debent esse propositiones veræ, primæ immediatæ, &c. sed finis demonstrationis est scientia, ergo constare debet demonstratio ex veris primis, immediatis, &c. Annotat tamen Arist. non esse prætermittendam particulam illam, propriis, quia sub iis particulis traditis aperte ipsam poterimus intelligere.

Explicatur prima pars causa.

G. *Ac veras quidem, &c.* Proposita diffinitione, explicat Arist. singulas illius particulas. Prima est ex veris, quam convenire demonstrationi, ita confirmat: id quod non est, vel illud quod est falsum, nulla ratione potest aliqua scientia comprehendere, aut illius esse causa, ut nulla ratione scire poterimus diametrum quadrati esse commensurabilem coste, vel hominem esse hinnibile quia hoc est falsum, sed per demonstrationem nobis ipsis rerum scientiam haurimus, ergo demonstratio non ex falsis, sed ex veris tantum propositionibus componetur.

Explicatur quædam particula diffinitionis.

H. *Primas vero, &c.* Secundam & tertiam particulam, quæ sunt ex primis, & immediatis referre debemus, ad unam, & eandem rem, alio & alio modo consideratam, propositiones etenim demonstrationis ea ratione qua nequeunt concludi per alias, vocantur immediatæ, id est medio carentes per quas concludi valeant, ea tamen qua ex illis conclusiones in demonstra. colliguntur, vocantur primæ, quod intelligendum erit in demonstrationibus accuratissimis, in quibus prima rerum principia, & elementa proponuntur. Nam in aliis in quibus tantum principia proxima continentur, non debemus ex primis & im-

mediatis, sed ex iis quæ ex primis & immediatis fidem habent procedere, ut Arist. 1. lib. topico. cap. 1. proficitur, in quo loco diffinit demonstracionem, ratiocinationem, constantem ex primis, & immediatis, vel ex iis quæ à primis, & immediatis fidem habent: Conflandam autem esse demonstracionem ex huiusmodi principiis, ex eo licebit colligere quia si non constaret progredieremur in infinitum: nam si hæc demonstratio non constat ex primis, & immediatis, sed probatur per aliam demonstracionem, & neq. illa constat, ex primis, & immediatis, sed probatur per aliam demonstracionem, & neque altera tertia constat ex primis, & immediatis, sed per aliam demonstracionem confirmatur, in infinitum haud dubie progredieremur: Quare necesse est demonstracionem constare ex primis & immediatis.

I. *Sed etiam ut cause sint, &c.* Ante quam quartam, & quintam particulam explicet Arist. posteriore prius exponit, eo quod ex illi^o explicacione, duarum aliarum particularum dependeat explicatio. Confirmat igitur demonstracionem constare ex causis, quæ est vltima particula, ad hunc modum. Demonstratio est syllogismus generans scientiam, sed scire est rem per causam intelligere ergo demonstratio constabit ex causis conclusionis, ex qua particula duas alias antecedentes, ex prioribus nimirum, & notioribus, ita confirmat. Omnis causa prior est, & notior effectu, sed demonstratio constat ex causis conclusionis, ergo constare debet ex prioribus, & notioribus. Non solum ex notioribus iuxta nominis significationem, verum etiam, ex notioribus iuxta rei naturam, & essentiam.

K. *Dicuntur autem priora, &c.* Animad-

Explicat tres vltimas particulas.

Obser-

uer.

uertit tamen Arist. duobus modis aliqua vocari priora natura, & nobis. Illa vocantur priora & notiora nobis, quæ sunt sensibus vinciora vt singularia, quia cum nostra cognitio ortum habeat à sensibus, illa nobis erunt notiora, quæ sensibus sunt viciniora, vt sunt singularia. Priora & notiora natura vocantur illa, quæ à sensibus sunt remotiora, qualia sunt omnia vniuersa, vt homo animal, & substantia. Cum igitur his duobus modis aliqua priora, & notiora dicantur, demonstratio constabit ex prioribus, & notioribus natura, & nõ ex prioribus & notioribus nobis, quia constat ex subiectis, & attributis vniuersis, quæ iacere priora natura exposuim⁹.
L. Prima enim & principia, &c. Respondet Arist. tacitæ cuidam obiectioni, potest enim aliquis aduersus posteriorem diffinitionem ita argumentari. Illa diffinitio est vitiosa, in qua aliqua particula necessaria. Præmittitur, sed in hac diffinitione præmittitur hæc particula necessaria, quæ est, constare demonstrationem ex principijs: ergo erit illa vitiosa diffinitio. Huic obiectioni respondet Arist. nõ esse prætermittam hanc particulam, eo quod illa intelligenda sit sub secunda particula, quæ est, ex primis, quia primum in vnoquoq. genere, & principium, sunt vnum, & idem.
M. Est autem principium &c. Ex hac obiectione desumpta occasione Arist. in postrema parte capituli disputat de principijs demonstrationis, proponens diffinitionem, tradens diuisiones, & nonnulla theorematata. Diffinitio est. Principium est propositio immediata, idest propositio quæ caret medio, per quod possit demonstrari: vt est hæc propositio. Omne totum est maius sua parte. Propositio vero. Diffinitur quædam

pars, idest, species enunciationis, in qua vnum dicitur de altero, idest, attributum effertur de subiecto, quæ duplex est, Dialectica & demonstratiua. Dialectica vtramque partem contradictionis, aientem scilicet, & negantem suscipit explicandam, demonstratiua vero, tantum vnam partem, veram scilicet, & necessariam, proponit. Enunciatio est contradictionis vtramque pars, idest, enunciatio quædam est aiens, alia negans. Tandem contradictio diffinitur propositio in qua medium medium reperitur, vt homo, non homo, leo, non leo, quia inter hominẽ, & non hominem, nullum est medium. Hæc omnia sunt à nobis breuiter proposita quia 1. lib. priorũ cap. 1. & 1. lib. de Interp. fuerunt vberius enarrata.

N. Principia immediata, &c. Proposita diffinitione principij proponit Arist. illius diuisiones quarum prima est. Principium aliud est positio, vt thesis, & aliud axioma, vt pronuntiatum. Positio diffinitur principium immediatum, quod tamen non est ita apertũ vt nõ egeat aliqua explicatione, cuius generis sunt principia priuata cuiusq. artis, vt in Dialectica est hoc principium. Diffinitio conuerti debet, cũ re diffinita. Axioma est principium ita omnibus notum, vt neq. per demonstrationẽ confirmari queat, neque vlla egeat explicatione, vt sunt hæc principia. Omne totum est maius sua parte & si ab æqualibus æqualia demas, quæ super sunt erũt equalia nã cognitis terminis, siue vllaprobatione, vlexplicatione huiusmodi principia cognoscuntur.
O. Sed & positiones, &c. Secunda diuisio est, positiones quædam vocantur hypotheses, vel suppositiones, alia vero dicuntur diffinitiones. Hypotheses sunt, positiones quæ

Propo-
nuntur
quæ sunt
diuisiones
nes, pri-
ma.

2. diuisio

Ecce 4 signi-

Obiectio.

Tradetur quædam diffinitio.

Explicat tres vltimas particulas.

Obser.

significent rem esse, vel non esse, veritatem, vel falsitatem, vt est hæc propositio in Geometria. Omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam in circulo, sunt æquales; nam hæc propositio significat rem esse, & veritatem. Diffinitiones vero sunt positiones, quæ non explicant rem esse, vel non esse, veritatem vel falsitatem vt est hæc diffinitio, animal particeps rationis.

P. Quoniam autem ob id, &c. Tandem proponit Arist. tria theoremata ad principia demonstrationis spectantia. Primum est. Principia in demonstratione debent esse notiora, vel veriora, & certiora conclusionem, quod theorema ad hunc modum confirmat Arist. Propter vnum quodq. tale, & illud magis debet esse tale, sed in demonstratione conclusiones, & principia, sunt nobis nota, & certa, & conclusiones sunt notæ, & certæ, propter præmissas, ergo præmissæ erunt certiores, & notiores conclusionem. Propositionem exemplo quodam confirmat Arist. Diligit pater discipulū, diligit quoque & magistrum, & diligit magistrum propter discipulum, igitur multo magis diligit discipulum quam magistrum, iam igitur propter vnum quodq. tale & illud magis debet esse tale. Assumptionem autem ita possumus suadere in omni ratiocinatio, conclusio est nobis nota, & certa propter præmissas: sed demonstratio est quædam ratiocinatio: ergo in demonstratione conclusio erit certa & nota propter præmissas. Adhibet tamen Arist. hanc particulam *aut in omnibus, aut in quibusdam*, principia esse certiora, & notiora conclusionem. Quæ verba ita sunt interpretanda. In Mathematicis disciplinis in omnibus demonstrationibus principia sunt notiora conclusionem, nos enim multo me-

lius cognoscimus in his artibus principia, quam conclusiones: in quibusdam vero, vt in Philosophia naturæ, quamuis aliquando sint principia notiora conclusionem, aliquando tamen conclusio est nobis notior, vt in illa demonstratione, in qua concludimus lunam pati eclipsim, eo quod terra est interposita inter solem & ipsam, conclusio nobis est notior principis, visu enim intuemur lunam pati eclipsim, non tamen terram esse interpositam inter solem & ipsam conspicimur.

Q. Si igitur hæc principia, &c. Secundum theorema. Principia debent esse cognita ante conclusionem. Hoc ita confirmari possumus. In demonstratione conclusio nobis est cognita: ergo si non essent antea cognitæ præmissæ sequeretur vt quod est minus notum, & certum, esset cognitum, & quod est certius & euidentius, esset ignotum, quia conclusio quæ est minus nota, & certa, esset cognita, & principia quæ sunt certiora, & notiora essent incognita, hoc autem est omnino absurdum, erit igitur verum theorema, scilicet in demonstratione ante conclusionem cognoscendas esse præmissas, quod ad hunc modum fieri debet, si in demonstratione aliqua principia mediata fuerint contenta, debent illa prius per aliam demonstrationem per quam concludamus talem propositionem cognosci. Si vero in ea principia immediata fuerint comprehensa, cognosci debent alio longe nobiliori modo quam per demonstrationem, nimirum per habitum primorum principiorum: nam beneficio huius habitus, principia immediata sunt à nobis cognoscenda.

R. Qui igitur per demonstrationem &c. Tertium theorema, ille qui scientiam sibi comparat per demonstrationem, debet

1. theo.

2. theo.

3. theo.

debet

debet esse ita affectus ad illius principia vt eis nihil verius esse arbitretur, & contrariis principiis nihil falsius posse reperiri existimet, quod theorema ita poterit confirmari, ille qui aliquid scit per demonstrationem, debet ita firmiter inherere illius principiis, vt omnino sit immutabilis circa ea, sed qui est immutabilis circa aliqua principia, debet ita esse dispositus, vt nihil verius eis esse arbitritur, & nihil falsi

us posse reperiri quam sint contra-ria principia: ergo ille qui scit debet esse ita affectus ad principia de- monstrationis, vt illis nihil verius esse arbitretur, & cōtrariis nihil falsius esse existimet. Nonnulla potera- mus in hoc cap. obseruare verum quia omnia illa in disputationibus proponuntur, hoc loco ne eadem semper repetamus omisimus: ac proinde nulla erunt in hoc cap. scholia subiicienda.

Disputatio in ea quæ ab Ari-
stotele in hoc cap. 2. de Demons-
tratione tradita fuerunt vnica se-
ctione comprehensa.

ARGVMENTVM.

MVLTAE, ex quæ grauissimæ quæstiones se-
offerunt hoc loco de demonstratione, scien-
tia & propositionibus immediatis profigan-
dæ ac proinde boni consulent candidi lecto-
res, si in hoc cap. & quæstio. paulatim immoremur. Sit
igitur I. quæst.

Quæstio prima sintne vera ea quæ tradita sunt ab
Arist. in hoc cap.

ANtequam circa ea quæ de scien-
tia demonstratione, & principiis
sunt tradita ab Arist. grauiore quæst.
proponamus explicandæ erunt in
hac quæstione nonnullæ dubitatio-
nes, in quibus videtur Arist. agens
de notioribus nobis, & natura, cum
his quæ alio loco sunt ab eo explica-

ta sibi non obscure aduersari. Pri-
ma est aduersus diuisionem quæ di-
uidit notius in illud quod est no-
bis, & natura notius, videtur enim
hec diuisio in tractatione de demō-
stratione esse minus accommodata,
quia omnis demonstratio per suam
causam progreditur, est enim syllo-

I. diffi-
cul.

Eccc 3. gilius

- gismus generans scientiam & scire nihil, aliud est quam rem per causam intelligere: sed omnis causa est prior, & notior natura sua effectu, ergo omnis demonstratio constat ex iis quæ sunt notiora natura, & ita in demonstratione non est tradenda diuisio notioris in illud, quod est nobis, & natura notius. **2. Diffi.** Secunda est Arist. 1. physico. cap. 1. inquit eadem esse nobis & natura notiora, at vero in hoc cap. distinguit notiora in ea quæ sunt nobis, & natura notiora, sibi ergo ipsi repugnat. Tertia est, In eodem 1. physico. cap. 1. constituit Arist. vniuersa esse notiora nobis, singularia autem notiora natura, hic vero contrariū docet singularia scilicet, esse notiora nobis, vniuersa vero esse notiora natura, sibi igitur aduersatur. **4. Diffi.** Quarta est, Arist. in eodem 1. physico. docet esse nobis innatam viam vt progrediamur à notioribus nobis ad notiora natura, non igitur ac commodate docet in hoc cap. in demonstrationibus progrediendū esse à notioribus natura. Quinta est, Principium est propositio, sed diffinitio non est propositio, cum non constet verbo, sicuti propositio, ergo diffinitio non erit principium, vt Arist. profiteretur.

His tamen difficultatibus nihil impediens, asserendum erit ea quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt verissima esse atque ita sigillatim & seorsum erit his difficultatibus satisfaciendum. Ad primam respondemus duplicem esse causam vnam in cognoscendo, vt fumus est causa ignis, & alteram in essendo, vt idem ignis est causa caloris. Illud etiam adnotandum erit duplicem esse demonstrationem vnam à priori, vel propter quid; & alteram à posteriori, vel quia, quæ duo genera demonstrationis ex eo differunt,

quia demonstratio propter quid, progreditur per causam in essendo, demonstratio vero quia, per alteram in cognoscendo. Dicimus igitur omnem demonstrationem progredi per causam, vel in essendo, vel in cognoscendo, negandum tamē erit, omnem causam esse priorē suo effectu, & notioerem, sed solum causam in essendo, quia causa in cognoscendo, posterior est natura suo effectu, & nobis notior, vnde ac commodata est distinctio in id quod est nobis, & natura notius. Ad secundam respondemus in his quæ abstrahunt à materia sensibili, & quæ progrediuntur per causam formalem, vt sunt mathematicæ, eadem esse nobis & natura notiora. In illis enim causa, & secundum suam naturam, & nobis, notior est suo effectu: in aliis vero quæ non abstrahunt à materia sensibili, vt sunt res naturales, non esse eadem nobis & natura notiora, in illis enim effectus notior est nobis sua causa, hæc vero est notior natura suo effectu. Quare alia erunt nobis & natura notiora, Arist. vero 1. physico. iuxta primum modum, in hoc vero iuxta secundum est loquutus. Ad tertiam respondemus ipsam ortum habere ex ambiguitate huius vocis, *singulare*, & ex duplici facultate cognoscendi, quæ in nobis reperitur. vna sensus & altera intellectus. Est enim hoc nomen *singulare* ambiguum, aliquando enim significat *singulare* certum, vt *petrum*: & aliquando significat minus vniuersum, vt 2. li. de demonstra. cap. 14. cum inquit Arist. *facilius esse definire singularia*, idem significat quod minus vniuersa hæc enim *facilius diffiniuntur* quam magis vniuersa. In hoc igitur loco *singulare* sumpsit pro *singulari certo*, agitque de vtraque cognitione, tam sensus quam intellectus

Ad secundam diffi.

Ad tertiam diffi.

Ad

Ad

lectus. Voleat itaque sibi dicere, singularia certa, cognitione sensus, sunt notiora nobis quam vniuersa cognitione intellectus. Quia cum cognitio sensus prior sit cognitione intellectus, singularia quæ per sensum apprehenduntur, notiora nobis erunt, quam vniuersa, quæ à solo intellectu apprehendi possunt. Primo autem lib. physico, sumpsit singularia re pro minus vniuerso, tantumque de cognitione intellectus est loquutus, est enim in illa hic ordo observandus, vt attributa vniuersaliora prius apprehendantur, quam minus vniuersa, nam in homine verbi gratia prius apprehendimus attributū entis quam substantiæ, & substantiæ quam corporis & sic de aliis & ita vniuersaliora sunt nobis notiora singularibus, quia prius per intellectum apprehenduntur quam singularia, hoc est minus vniuersa. Alij dicunt, cognitione confusa, singularia esse prius nobis cognita magis vniuersis, cognitione vero distincta, vniuersaliora esse notiora nobis, quia cognitio distincta singularium, à cognitione distincta magis vniuersorum dependet. Est igitur de cognitione confusa locutus in hoc cap. Arist. de distincta, vero 1. physico; Ad quartam respondemus Arist. 1. lib. physico, locutus fuisse de cognitione rerum naturalium, in quibus sæpissime ab effectu progredimur ad causas, & quia effectus sunt notiores nobis suis causis, ideo erit in illis à notioribus nobis ad notiora natura progrediendum. At in hoc cap. locutus est de cognitione rerum mathematicarū, in quibus exactissimæ demonstrationes reperiuntur, in illis enim progrediendum erit à notioribus natura ad nobis notiora quia progredimur à causa in essendo quæ certe prior natura est suo effectu. Ad quin

tam respondemus diffinitionem per se sumptam neque esse principium neque propositionem, sumptam tamen cum re diffinita, esse principium demonstrationis, & propositionem, quia diffinitio cum re diffinita, est aliqua ex sumptionibus demonstrationis, sumptio autem & est propositio, & principium. De his dubitationibus consulite D. T.

QVAEST. II. SITNE OPTIME tradita scientiæ diffinitio.

Nonnulla sese hoc loco offerunt argumenta, aduersus diffinitionem scientiæ, quæ erunt in hoc loco à nobis antequam vterius progrediamur dissoluenda. Primum est. Si scientia esset cognitio rei per causam sequeretur in sciendo progressum in infinitum esse admitendum, qui certe admitti nequam debet. Confirmatur propositio, quemadmodum scimus effectū ita quoque scimus causam illius effectus, ergo si scientia est cognitio rei per causam, cognoscemus causam per aliam causam, & illam per aliam, & sic progrediemur in infinitum. Secundum est. Quælibet demonstratio generat scientiam, vt constat ex prima illius diffinitione, sed aliqua demonstratio non progreditur per causam, sed per effectum, vt est demonstratio à posteriori, ergo non omnis scientia est cognitio rei per causam. Tertium est si scientia esset cognitio rei per causam, de illis non esset scientia, quæ nullam habent causam, sed ens rationis nullam habet causam: quia si haberet esset rei, vt quando de eo egimus docebamus. Ergo de ente rationis non esset scientia, atqui hoc falsissimū est, cum dialectica quæ versatur in eo, sit

1. argu.

2. Argu.

3. Argu.

Ad 4.

Ad 5.

Ad secundam diffin.

Ad tertiam diffin.

4. Arg. fit vera scientia, ergo scientia non est cognitio rei per causam. Quartum argumentum est. De Deo Optimo Maximo datur vera scientia, ut Theologia, & Metaphysica, sed Deus nullam habet causam: ergo scientia non erit cognitio rei per causam.
5. Arg. Quintam Philosophi, & Astrologi habent veram scientiam grandinis niuis, & aliorum effectuum naturalium, sed hæc possunt aliter se habere ut est a pertum, ergo illud quod scitur non recte definitum est, esse quod aliter se habere nullo modo potest. Sextum. In Deo Optimo Maximo in angelis datur vera scientia sed neque Deus neque Angeli sciunt rem per causam, ergo scire non est rem per causam intelligere. Confirmatur assumptio Qui cognoscit rem per causam discurnit, at neque Deus neque Angeli discurnunt, ergo non cognoscunt rem per causam. Septimum. Quidquid habet definitionem potest habere proprietates, quæ de illo concludantur, sed scientia habet definitionem, ergo potest habere proprietates quæ concludantur de ea, tum vltius progredior, de omni eo de quo concluduntur proprietates, potest esse scientia, sed de scientia concluduntur proprietates, ergo de scientia poterit esse scientia. Præterea rogandum erit de hac secunda scientia, an sit de ea scientia necne; nam cum sit scientia, obtinebit definitionem, & proprietates & ita de illa erit scientia, per aliam scientiam, unde abibimus in infinitum, quod cum sit absurdum, scientia nullam obtinebit definitionem.
8. Arg. Octauum. Si scientia esset cognitio rei per causam, fieret vltimus habitus scientiæ esset longe nobilior habitu primorum principiorum, hoc autem esse falsum ostendemus deinde, ergo scientia non erit cognitio rei per causam. Confirmatur propositio

fitio. Per habitum primorum principiorum, cognoscimus causas, per scientiam vero causam & effectum, quia scire est causam & effectum cognoscere: sed nobilior est cognoscere causam, & effectum, quæ solam causam. Ergo si scientia esset cognitio rei per causam, sequeretur illa esse nobiliorem habitu primorum principiorum.

His tamen non obstantibus, sit pro explicatione huius questionis hæc conclusio. Hæc definitio scientiæ proposita ab Aristotele, optima est & accurata, hanc, & illius testimonio, & omnium dialecticorum suffragiis, veram esse possumus confirmare: quam etiam in hunc modum suademus. Illa definitio est optima, cuius particulæ rei distinctæ conueniunt, sed particulæ propositæ in hac definitione conueniunt scientiæ, ergo erit optima, & accurata definitio. Minorem propositionem singulas particulas percurrêdo ita possumus confirmare. Primum quæ erat (rem per causam intelligere) ita confirmamus. Scientia est cognitio rei certa, sed scire aliquid certo, est rei causam intelligere ergo scientia erit cognitio rei per causam. Secundam particulam, quæ est (& ita rei causam esse, id est, causam esse applicatam effectum) ita suademus. Scientia est cognitio rei distincta, non obscura, neque confusa sed quando cognoscimus effectum per causam, non applicatam, cognoscimus confuse, quando vero per causam applicatam cognoscimus distincte, ergo in scientia cognoscere debemus causam esse effectus causam. Tertiam particulam, quæ est (ut rem aliter se habere non posse credamus) confirmamus hoc modo. Scientia est cognitio rei infallibilis, sed illud quod aliter se habere potest, est fallibile, ergo scientia debet esse eius quod aliter

Vltima conclusio

Confirmatio assumptio
Quo ad primum
Quo ad secundum

Quo ad Tertiam

Quo ad alio finis

Ad gum

Quædã
alio dif-
finitio.

aliter se habere nõ potest. Sunt qui hanc aliã diffinitionem proponãt. *Scientia est habitus verus, certus, & evidẽs eiusdem, ex propriis rei causis genitus.* In qua diffinitione habitus habet locum generis, scientia enim in genere habitus continetur, reliquæ particulæ habent locum differentia. Secunda est verus per quam particulam separatur scientia ab errore, qui est cognitio quædam falsa. Tertia est certus per quam ab opinione, quæ est habitus incertus, secernitur. Quarta est (eiusdem) per quã à fide, quæ est habitus in eundem, longo distat interuallo. Quinta est (*Genitus ex propriis rei causis*) Quæ ipsam ab habitu principiorũ distinguit, qui quamvis sit certus, & evidens, nõ tam generatur ex propriis rei causis, sed ex simplici cognitione terminorum. Animaduertendũ est tamen, hanc diffinitionem non esse diuersam ab ea quæ traditur ab Arist. sed esse quãdam illius explicationem, quia particula illa cognoscere quæ proponitur in diffinitione Arist. non est intelligenda secundum actum, sed secundum habitũ, reliquæ particulæ (*Rem per causas cognoscere. & ita rei causam esse, &c.*) Idem significant quod habitus verus, certus, & evidens: nam qui rem per causam, cognoscit, cognoscitq. esse eam illius causam, certo, & evidenter, eandem necesse est vt cognoscat.

Ad 1. ar-
gumen.º

Tam ad argumenta. Ad primum respondemus falsam esse propositionem, ad cuius confirmationem dicimus, per scientiam vere & propriè dictã tantum cognosci effectus & non causas, nam causæ per habitum primorum principiorum sunt nobis notæ, & ita non erit progressus in infinitum, quia in scientia si stimus in cognitione causæ, neque ulterius abimus, causam vero dein

de non proprie scimus, sed communi quadam ratione: vt scire, & cognoscere aliquid infallibiliter, vñ, & idem significant, per habitum scilicet primorum principiorum. Ad secundum quidam respondent etiã in demonstratione à posteriori nos progredi per causam in cognoscendo, quamvis non progrediamur per causam in essendo, quia in diffinitione scientiæ vtraque causa, tam in essendo, quam in cognoscendo intelligi debet. Alij dicunt demonstrationẽ à posteriori, vere, & proprie, non generare scientiam, sed solam demonstrationẽ à priori, & ita nõ cognoscimus in ea rem per causam, sed per effectum, quia per eam proprie nihil scire possumus. Ad tertium respondemus ens rationis, directe, & per se, non habere causam efficiẽtem quam si haberet, esset ens rei, quẽadmodũ in eodem loco dixim⁹ luculenter, habere tamen causam formalem, quæ nihil est aliud, quã ratio ob quam aliquid attributum de ente rationis, prædicatur & ita esse in multis, est causa formalis (id est) ratio ob quã prædicari de multis conueniat vniuerso; nam ex eo vniuersum dicitur de multis, quia est in multis, in diffinitione vero scientiæ, nomine causæ, omne genus cause intelligimus, & non tantum causam efficiẽtem. Ad quartum respondemus in Deo non esse causam efficiẽtem, vel finem, aut materiam, esse tamen aliquo modo causam formalem id est rationem quandam, propter quam vnum ex attributis, de ipso ratione alterius prædicatur quemadmodum eternitas prædicatur de Deo, propter immutabilitatem: quia ex eo Deus est æternus, quia est immutabilis, & potestas infinita dicitur de Deo, quia est actus purus, & hæc causarũ genera, ad scientiam alicuius rei cõsequẽ

Ad 2º

Ad 3º

Ad 4º

Vnicã
conclu.

Confir-
allump-
Quo ad
primũ.
Quo ad
Secun.

Quo ad
Tertiã.

sequendam sufficienti: verum hanc eandem dubitationem inferius quādo agemus, num in demonstratione progredi debeamus per veras & reales causas, an tantum per causas in cognoscendo, proponemus. Ad quintum respondemus in primis, in hac diffinitione tantum esse diffinitum obiectum quod scitur in sciētis accuratissimis, in illis enim vt sunt mathematicę, obiectum ita est necessarium, vt aliter se habere nullo modo queat. Verius tamen respon. tribus modis aliqua aliter se habere non posse. Primo neque per potestatem naturalem, neque per supernaturalem, vt hominem esse animal particeps rationis. Secūdo per potestatem naturalem, non tamen per supernaturalem, vt hominem esse risibilem, nam per naturam non potest non esse risibilis, quamuis per facultatem supernaturalem, possit non esse. Tertio regulariter, & vt in plurimum: vt hominem nasci cum quinque digitis, & in ætate tempus in calefcere in hie me vero rigere. Ad scientiam igitur necesse est vt obiectum non possit aliter se habere, aliquo ex iis tribus modis, neque enim est necesse, vt omnes scientiæ in obiecto necessario, ex æquo versentur, hoc enim fieri nulla ratione potest, & ita Philosophia & Astrologia per quas in ætate futuram grandinem, vel colorem cognoscimus, versantur in obiecto quod aliter se habere non test, regulariter, & vt in plurimum loquendo respon. tandem, hæc omnia secundum existentiam aliter se posse habere non tamen iuxta habitudinem ad sua principia, & proprietates, qua ratione in Philosophia naturæ contemplatur. Ad sextum respondemus longe aliud esse cognoscere effectum ex causa, & eūdem in causa nouisse: quia cognos-

cere effectum ex causa, est ex cognitione causæ, in cognitionem effectū deuenire, cognoscere vero ipsum in causa, est per actum per quem cognoscimus causam effectum quoque cognoscere, elle igitur qui cognoscit effectum ex causa discurret: qui vero cognoscit illum in causa, non discurret, quare neque Angeli, neque Deus discurrūt, quia effectum non ex causa, sed in causa cognoscunt. Ad septimum respondemus scientiam in communi esse illam quæ diffinitur, & de qua concluduntur proprietates & de qua quoque est scientia, verum hæc secunda scientia per quam primam illam cōmunem scimus neque diffinitur, neq. habet proprietates, neq. scitur primo, & per se, quia est singularis, & singularium primo, & per se, neque scientia, neque diffinitio esse potest, vnde nō sequitur progressus in infinitum, quia sistimus in scientia, communi & generali quæ scitur, & diffinitur. Ad octauum respondemus falsam esse propositionem, ad confirmationem dicimus, per scientiam tantum cognosci effectum, & non causam, cōclusionē, et nō præmissas, quia causæ, et præmissæ, per solum habitum primorum principiorum cognoscuntur, vnde quando diximus, scire esse rem per causā intelligere, non est ita intelligendū vt per scientiam, causam, et effectū cognoscamus, sed vt quod quoties cunque rem aliquam scimus, debemus quoque causam, et effectū nouisse, per diuersos tamen habitus, causam nimirū per intelligentiā, et conclusionem ipsam per scientiam.

QVAESTIO III. SIT NE
accurata prima diffinitio de
monstrationis.

Demon

Ad 5.
2. Solu.

2. Solu.
Et veri.

Ad 7.

Ad 8.

I. Ar

2. A

3. A

4. A

5. arg

6. arg

Demonstrationem duabus diffinitionibus vnam à materia, & alteram, à fine petitam diffinierat Arist. quas æquū est vt in his quaestionibus sintne rectæ, vel vitiosæ exanimemus, in primisq., illam quæ à fine petitur, quæ ita habet (syllogismus generans scientiam) nō esse accuratam, in hunc modum suademus. Primo. Illa diffinitio est vitiosa, quæ cōpetit alteri à rediffinita, sed hæc diffinitio est huiusmodi, competit si quidem obiecto, & intellectui: nam scientia generatur ab obiecto immitente species, & ab intellectu agente illuminante fantasmata, tum à patibili, species intellectuales recipiente, ergo hæc diffinitio erit vitiosa. Secundo. Scientiæ inter se finibus differunt, sed finis scientiarum speculatiuarū est scire, & contemplari veritatē, vt author est Arist. 2. lib. Met. cap. 1. ergo nō erit hic finis demonstrationis, & partis analyticae. Tertio effectus nulla ratione potest esse causa, sed scientia est effectus demonstrationis, ergo non erit finis illius, & ex consequenti neque causa, cum omnis finis sit causa. Præterea ens rei, non potest esse effectus entis rationis, quia causa aut est maioris, aut æqualis entitatis cū effectu, at vero ens rationis, est minoris entitatis quam ens rei: sed sciētia est ens rei, continetur enim in categoria qualitatis, demonstratio vero est ens rationis: nam est instrumentum Logicum. Ergo scientia non poterit esse effectus productus à demonstratione. Iā. In Deo & Angelis, vera scientia repetitur, atqui illa non est acquisita per demonstrationem, nam in demonstrante includitur discursus, qui neq. in Deo, neque in Angelis potest reperiri: ergo sciētia nō erit effectus productus à demonstratione. Iterum. Hæc argumenta

tio necessaria, omne animal est substantia, omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia, generat scientiam: nam generat certā, & euidentem cognitionē, sed apertum est illam non esse demonstrationem: ergo scientia non erit effectus à sola demonstratione productus. Postremo. In argumentatione necessaria cognoscimus conclusionē per præmissas, sed præmissæ sunt causæ conclusionis, ergo quoque in argumentatione necessaria, cognoscimus, effectum per suam causam.

Sit tamen in explicationem prima conclusio. Prima diffinitio demonstrationis, nimirum, *Syllogismus generans scientiam*, optima est, & accurata, ita enim & ab Arist. & à communi omnium Dialecticorum consensu fuit demonstratio diffinita. Iam illa diffinitio est accurata, quæ petitur ex aliquo genere cause, sed hæc diffinitio est huiusmodi, nam petitur à generatione scientiæ, inquam tanquam in finem omnis. Demonstratio reuocatur erit igitur optima & accurata diffinitio.

Secunda conclusio. Hæc diffinitio apud Dialecticum est essentialis, apud Metaphysicum vero accidentaria, vt hanc facilius intelligere possimus, animaduertendu m erit, ex D. Tho. aliquid nuncupari essentialē apud Dialecticū, quod apud Metaphysicum nequit ita vocari, quod certe ortū habet ex diuerso vtriusq. instituto, & ex diuersa ratione res ipsas pertractandi quia cum dialecticus de rebus agat iuxta rationem subiecti, vel attributi, illud omne dicit esse essentialē, quod poterit responderi ad interrogationem effectam per quid, hæc si quidem interrogatio de sola rei natura, & essentia fieri solet, & quia ad hanc interrogationem, per

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. argu.

6. argu.

7. Argu.

1. Concl.

2. Concl.

omnia quatuor genera causarum possumus respondere (Si enim quis interroget quid est homo, per materiam respondebimus, esse animal constans corpore, ex quatuor elementis, & humoribus compositum, per formam esse animal constans anima compota rationis, per finem esse animal ad beatitudinem assequendam productum, & tandem per efficientem, esse animal à Deo optima maximo procreatum. Ob hanc causam apud Dialecticum, quatuor genera causarum erunt de essentia rei, ac prinde quælibet diffinitio quæ ex illis postulabitur, essentialis nuncupabitur, cæterum quia Metaphysicus, non ita agit de rebus, sed sub ratione entis, id est, ut habent essentiam, illa tantum appellat essentialia, quæ sunt nata rem intrinsecè, & secundum essentiam constitutere, qualia sunt genus, & differentia, materia & forma, reliqua vero extrinsecè, etiam si fuerint causæ, ut sunt efficiens, & finis, non vocat essentialia, sed accidentalia. Hoc igitur sic constituto, confirmamus in primis hanc diffinitionem apud Dialecticum esse essentialem. Illa diffinitio apud hunc artificem est essentialis, quæ traditur per aliquod genus causæ, sed hæc diffinitio est huiusmodi: nam traditur per scire, qui est finis demonstrationis, ergo erit diffinitio essentialis. Rursus non esse apud Metaphysicum ita vocandam, constat aperte: quia scientia per quam traditur hæc diffinitio, non est intrinsecè demonstrationi, neque enim est pars, ut genus, vel differentia, illam componens.

Ad 1.
argum.
Solutio.

Superest ut argumenta quæ in initio proposuimus dissoluamus. Ad primum Respondemus in primis non conuenire totam diffinitionem, obiecto, & intellectui, quia

in illa genus est syllogismus, differentia generare scientiam, at neque intellectus, neque obiectum sunt syllogismi. Respon. deinde scientiam fieri ab obiecto & intellectu tanquam à causis præcipuis, à demonstratione vero tanquam ab instrumento, quia intellectus demonstratione tanquam instrumento ad aliquid sciendum accommodato, maxime utitur; in proposita vero diffinitione, generare scientiam, non est intelligendum de causa præcipua, sed de illius instrumento, & ita non conuenit & hæc diffinitio obiecto, vel intellectui. Ad secundum Respondemus diuersarum scientiarum, quarum vna non est instrumentum alterius, neque sub altera continetur, diuersos esse fines, si tamen vna sit alterius instrumentum, bene poterit esse illarum vnus, atque idem finis, ac proinde cum demonstratio sit instrumentum omnium scientiarum, obtinebit cum illis communem finem, unde quamuis finis earum sit scire, & veritatem contemplari, idem quoque erit finis demonstrationis. Ad tertium respondemus diuersa ratione idem esse effectum, & finem, nam ut est futurum in rerum natura, dicitur finis, ut autem est productum à parte rei ab agente, effectus nuncupatur. Et ita scientia ut est futura per demonstrationem, vocatur finis, ut autem actu est producta, & genita vocatur effectus. Ad quartum respondemus ens rei non posse esse effectum entis rationis, ita ut ab illo tanquam à causa præcipua oriatur, bene tamen posse esse effectum illius, tanquam causæ instrumentariæ, potest enim aliqua causa rei, sumere tanquam instrumentum ens rationis, ad aliquem effectum rei producendum, & ita scientia sit ab obiecto, & intellectu, tanquam à causis præcipuis

2. Solutio.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

præcipuis, à demonstratione vero
 tanquam ab instrumento ipsius in
 intellectus. Ad quintũ respondemus
 negantes consequentiam quia non
 omnis scientia est effectus per de-
 monstrationem comparatus sed so-
 la scientia discursiua, quæ neq. in
 Deo, neq. in Angelis, locum habet.
 Vnde in proposita diffinitione, quã
 do dicimus demonstrationem esse
 syllogismum generantem scientiã,
 nomine scientiæ, non intelligimus
 omnem scientiam, sed illam tantũ,
 quæ per discursum comparatur.

Ad sextum respondemus scientiam
 fumi duobus modis, primo modo
 pro cognitione certa, & infallibili,
 vt distinguitur ab opinione, quæ
 est incerta, & fallibilis cognitio: se-
 cundo modo pro cognitione certa,
 & infallibili rei per suam causam,
 quæ secunda est propria huius no-
 minis significatio. Vnde quamuis
 per argumentationes alias neces-
 sarias comparemus scientiam, in pri-
 ma significatione, pro cognitione
 certa, & infallibili, non tamen com-
 paramus scientiam in secunda sig-
 nificatione, vt cognitionem effe-
 ctus per suam causam significat.
 Ad vltimum respondemus dupli-
 cem esse causam, vnam illationis,
 vel consequentiæ, & alterã rei, vel
 consequentis, vnde præmissæ sunt
 causæ illationis, & consequentiæ,
 non tamen consequentis, at vero
 vt aliqua cognitio vere, & proprie
 scientia, in secunda significatione
 nuncupetur, debet esse cognitio ef-
 fectus per causam rei, & consequen-
 tis, & non tantum illationis, & con-
 sequentiæ.

QVAESTIO IIII. SITNE
 diffinitio secunda demonstra-
 tionis accurata
 necne.

Illustrior sane multo hæc quæ-
 stio apparebit, si ea, quæ aduer-
 sus hanc secundam diffinitionem
 demonstrationis se offerunt, argu-
 menta proponamus. Sit igitur pri-
 mum. Illa diffinitio non com-
 petit demonstrationi a posteriori,
 (quæ sub demonstratione compræ-
 henditur) nam non progreditur per
 causam sed per effectum: ergo non
 erit hæc accomodata diffinitio. Se-
 cundum. Illa diffinitio est vitiosa
 cui defunt aliqua particulæ ad ex-
 plicandam rem diffinitam neces-
 sariæ, sed in hac diffinitione de sunt
 hæ particulæ necessariæ, vt scilicet
 demonstratio constet ex per se, &
 necessariis, ex quibus omnis demõ-
 stratio construi debet: ergo erit hæc
 vitiosa diffinitio. Tertium. Vnius
 rei vna est diffinitio, quia vnica tã-
 tum est essentia explicata per diffi-
 nitionem: sed demonstratio est
 vna res ergo tantũ erit vnica illius
 diffinitio, & ita non sunt recte pro-
 positæ duæ diffinitiones. Quartũ
 Auctor est Arist. 2. lib. de priori
 analysi in capitibus primis, ex fal-
 so posse colligi verum, ergo non re-
 cte docuit præmissas demonstratio-
 nis debere esse veras quia ex falsis
 non potest colligi verum. Quintũ.
 Primum & immediatum inter se ad-
 uersantur, quia immediatum idem
 est quod proximum, primum autẽ
 idem quod remotum: remotum au-
 tem & proximum inter se contrariã-
 tur: ergo si demonstratio constat ex
 immediatis, non constabit ex pri-
 mis, vel si ex primis componitur,
 ex immediatis constare nullo mo-
 do poterit. Sextum. Scientiæ subal-
 ternatæ sunt vere scientiæ, sed illæ
 nõ progrediuntur ex propositioni-
 bus immediatis, quia quam plures
 proposi. scientiæ subalternatę in scie-
 tia superiori, & subalternatę, confir-
 mantur, ergo non omnis demõstra-

Ffff tio

Ad 5.

1. Arg.

Secun.

Tertiũ.

Quar-
 tum.

Quin-
 tum.

Sextum

2. Solu.

Ad 2.

Ad 6.

Ad 3.

Ad vlt.

Ad 4.

Septim. tio ex principiis immediatis progre-
dietur. Septimum. Scire aliquid per
demonstrationem, est scire rem per
causam, & hanc esse causam huius
effectus; sed per demonstrationem
non scimus hanc esse causam hu-
ius effectus: ergo per demonstratio-
nem non scimus rem per suam cau-
sam. Cōfirmatur assumptio. In hac
demonstratione, omne animal par-
ticeps rationis est capax discipline,
at omnis homo est animal parti-
iceps rationis, ergo omnis homo est
capax disciplinæ, non dicimus ani-
mal particeps rationis esse causam
capacitatis disciplinæ, ergo non sci-
mus in ea effectum per suam cau-
sam. Octauū. Omnis causa est prior
suo effectui, ergo cum dictum sit de
monstrationem consistere ex causis,
superflua est illa particula ex prio-
ribus. Hæc tamen argumenta ne-
quaquam nos à verissimis Aristote-
lis sententiis debent remouere, qua
mobrem æquum erit vt illico ligil-
latim & seorsum eisdem satisfaciamus.
Ad primum respondemus dif-
finitum huius, & superioris diffini-
tionis, solum esse demonstrationē
à priori, nam altera quæ est à poste-
riori, tantum est demonstratio se-
cundum quid, ac proinde in his dif-
finitionibus nequaquam comprē-
hendetur. Ad secundum responde-
mus has particulas, sub illis propo-
sitis ab Aristotele contineri, nam si
constat demonstratio ex veris, de-
bet quoque ex necessariis consistere,
cum omne necessarium sit verum;
& si constat ex primis & immediatis,
ex propositionibus per se quoque
componetur, quia omnis propo-
sitiō per se in primo modo est imme-
diata. Ad tertium respondemus vnus
rei, tantum esse vnica diffinitio-
nem Metaphysicam, vel constan-
tem, ex genere & differentia. Logi-
cam vero vel petitam à causis esse

multiplicem, quia tot possunt esse
diffinitiones petitæ à causis, quot
sunt genera causarū, & ita sunt po-
sitæ duæ diffinitiones, quarum pri-
ma à fine, & hæc secundam materia
posulantur. Ad quartum respon-
demus in ratiocinatione absolute,
de qua eo loco loquebatur Arist. ex
falso posse colligi verum, at in de-
monstrat. hoc certe nequaquam fiet,
quia in ratiocinatione soli⁹ restitu-
dinis consequentiæ (vt scilicet illa in
modo & in figura disponatur) est
ratio habenda, siue consequens ve-
rum, siue falsum extiterit: at vero
in demonstratione præter restitū-
dinem consequentiæ, est quoque ve-
ritas consequentis attendenda, quæ
ex eo ortum habet, quod in præmis-
sis causa vera & legitima ei⁹, quod
concluditur in consequenti, vsur-
patur, & quia falsum non potest ef-
fe causa veri, falsum etenim nō est,
verum autem est: id autem quod
non est, non potest esse causa eius
quod est, propterea in demonstra-
tione ex falsis non poterit colligi
verum. Ad quintum respondemus
in compositione idem esse proximum,
& immediatum, primum, &
remotum: vt in Petro pater. gene-
nerās est causa immediata, & pro-
xima, Deus autem est causa pri-
ma, & remota: in resolutione vero
res e contra se se habet, nam in illa
idem est primum, & immediatum,
resoluendo siquidem effectum, tã-
dem ad primam causam deuenimus
quæ & prima dicitur & immedia-
ta: etenim quia in illo genere om-
nes causæ inferiores ab illa depen-
dent, vocabitur prima, & quia eadē
supra se non habet aliquam cau-
sam mediam, immediata nuncupa-
bitur. Cum igitur demonstratio sit
quædam resolutio effectus in suas
causas, in hac diffinitione demon-
strationis, idem erit primum, & im-
media-

4. Arg.

5. Arg.

Ad 6. mediatum. Ad sextum responde-
demus principia scientiæ subalter-
nata posse duobus modis sumi, pri-
mo ut principia sunt illius scientiæ,
secundo ut sunt quadam conclu-
siones in scientia superiori confir-
mata. Primo modo huiusmodi
principia erunt immediata, quia in
illa scientia nullum est medium à
priori ad illa confirmanda accomo-
datum, secundo vero non sunt im-
mediata, verum demonstratio non
vritur illis secundo modo, sed pri-
mo modo, quia scientia subalterna
ta ad suas conclusiones inferendas
has propositiones assumit, non ut
sumptiones sunt scientiæ superio-
ris, sed ut sunt principia ex quibus
propriæ conclusiones colliguntur.

Ad 7. Ad septimum respon. duobus mo-
dis posse fieri hanc esse causam hu-
ius effectus, primo modo in actu
signato, significado per aliquã ora-
tionem hanc esse causam illius rei,
secundo modo in actu exercito cõ-
cludendo nimirum per eam effe-
ctum per suam causam, quãuis hæc
esse causam verbis nõ nominemus.
In demonstratione igitur cognos-
cimus effectum per causam in actu
exercito, non autem in actu signa-
to, neque enim hoc secundum est
necessarium, sed illud tantum pri-
us est sufficiens.

Ad 8. Ad octavum res-
pon. esse duo genera causarũ, quia
quadam sunt causæ in essendo, &
aliæ in cognoscendo, causæ in essen-
do sunt priores effectu, aliæ vero in
cognoscendo sunt posteriores.
Ut itaque explicaret Arist. demon-
strationem non progredi per omne
genus causæ, sed tantũ per causam
in essendo, maioris explicationis
gratia constituit illam particulam,
ex prioribus, ac si aperte diceret,
demonstratio progreditur ex causis
non quidem omnibus, sed ex iis tã-
tum quæ sunt priores effectu, cuius

generis causæ in essendo esse iudi-
cantur.

**QVAEST. V. NVM DE-
monstratio per solam causam
in essendo progre-
diatur.**

NEquaquam debere demonstra-
tionem per causas in essendo se
per progredi, sed posse aliquãdoper
causas in cognoscendo procedere
sũ chec argu. Pri. est. Theologia pro-
greditur demonstratio, à priori est
enim illa vera scientia: sed non pro-
greditur per causas rei, quia in Deo,
qui est subiectum theologiæ, non
dantur causæ huius generis: ergo
non erit in demonstrationibus à
priori per causas rei progrediendũ.
Secundum, Metaphysica est vera
scientia, & vritur demonstrationi-
bus à priori, sed non progreditur
per causas rei, quia causa rei differt
re ipsa ab effectu, at nihil differt re-
ipsa ab ente, quod est subiectum me-
taphysicæ, ergo in demonstrationi-
bus nõ progreditur per causas rei.

Sæpe fuit à nobis causa, in causã
in cognoscendo tantum, & in cau-
sam in essendo simul, & cognoscẽdo
distributa. Causa in essendo & cog-
noscẽdo dicitur illa aqua effectus se-
cundũ scire & esse dependet, ut ig-
nis est causa caloris, quia calor secũ-
dũ suũ esse dependet ab igne: causa
vero in cognoscẽdo vocatur a qua
esse effectus nõ depẽdet, sed sola co-
gnitio quemadmodũ sumus est cau-
sa ignis, quia est medium quo in il-
lius cognitionem devenimus nullũ
tamen esse cõfert illi. Præterea ani-
mã duertimus causas in essendo ad
huc esse in duplici differentia, quia
quædã sunt secundũ actum, & aliæ
secundũ virtutẽ, vel potestãtẽ, cau-
sæ in essendo actu illæ vocatur, quæ

Confir.
his arg
1. Arg.

2. Arg.

Obfer.

actu producant effectum in rerum natura à se reipsa distinctum, vt ignis est causa ipsius caloris, producit enim ipsum in rerum natura à se reipsa distinctum: causæ vero in essendo sola virtute sunt illæ, quæ actu nullū effectum ex se emittunt, habent tamen vim, & facultatem illum producendi, si huiusmodi effectus natus esset produci, vt in Deo, immutabilitas secundum essentiam, causa est æternitatis, non actu, quia in Deo actu nihil est productum, sep sola potestate, quia si aliqua ratione in Deo æternitas posset produci, à nulla alia causa, quam ab immutabilitate prodiret. His igitur adnotatis sit prima conclusio.

1. cōclu.

Si loquamur de demonstratione in communi, vt vtramque demonstrationem, tam à priori, quam à posteriori amplectitur, medium illius est causa vtroque modo, aut in essendo, aut in cognoscendo tantum. Hæc assertio est aperta, quia in demonstratione à priori, per causam in essendo, in demonstratione vero à posteriori, per aliam in cognoscendo progredimur.

2. Conclusio.

Secunda conclusio. In demonstratione à priori quæ sola hoc nomine est simpliciter insigniēda medium est causa in essendo, & non tantum in cognoscendo. Confirmatur his duobus argum. Primū. Mediū potissimæ demonstr. debet esse causa propria, & non metaphorica: at sola causa in essendo est propria, & non metaphorica, illa enim quæ tantum est causa in cognoscendo, metaphorice, & improprie nomine causæ ornatur, quia nullum esse cōfert effectui: demonstratio ergo à priori, per causam in essendo progredietur. Secundum. Illa causa est mediū in potissima demonstratione, quæ ex se, & à parte rei emittit effectū, & à qua ille dependet: atqui hæc est

2. Argu.

sola causa in essendo, quia altera in cognoscendo, neque effectum producit, neque ab illa dependet effectus, ergo demonstratio à priori per causam in essendo progredietur. Cæterum cum dictum fuerit ex his causis quasdam esse actū, & alias virtute, vel potestate, hanc tertiam subiicimus assertionem.

Tertia conclusio. Demonstratio à priori aliquando progreditur per causas in essendo actu: aliquando vero per easdem in essendo virtute, vel potestate. Prima pars huius assertionis satis est aperta, intuemur siquidem in plerisque demonstrationibus, eas nō progredi, per causas quæ ex se & à parte rei effectū emittunt, quæ profecto sunt causæ in in essendo: vt in ea demonstr. in qua colligimus capacitatem disciplinæ de homine, per hoc medium quod est esse animal particeps rationis, in illa enim medium producit effectum in rerum natura, à se reipsa distinctum, & in hac altera in qua confirmamus arbores in autumno defrondescere, quia deest eo tempore humor in radicibus foliorum, nā quādo arbores sunt huiusmodi humore in radicibus destituta, debet illæ defrondescere: at in autumno destituuntur huiusmodi humore: ergo in autumno arbores defrondescunt. Alteram partem eiusdem assertionis hoc pacto suademus. Theologia & Metaphysica sunt vere scientiæ, sæpeque demonstrationibus à priori vtuntur: at in illis medium non est causæ effectus secundum actum, sed secundum solam virtutem: ergo aliquādo per causam in essendo secundum virtutem progrediemur. Confirmatur a sumpt. Theologi & Metaphysici, confirmant Deū esse eternū, quia est immutabilis, hoc argum. Quod est immutabile secundum essentiam, est æternum, sed

3. conclusio

Confir.
I. pars.Confir.
SecundaIn
con
tari
s.

sed Deus est immutabilis secundū
 essentiam, ergo Deus est eternus, in
 qua plane immutabilitas est causa
 eternitatis, quam de Deo colligim⁹,
 sed non est causa secundū actum,
 sed secundum virtutem, quia in
 Deo nihil est effectum, neque pro-
 ductum; ergo in demonstrationib⁹
 Theologicis, & metaphysicis, per cau-
 sam secundum virtutem & faculta-
 tem progrediemur. Annotat tamen
 Caicranus esse duo genera demon-
 strationum à priori, nam quedam
 sūt à priori ex parte rei quę scitur,
 alię vero ex parte scientis, demon-
 stratio ex parte rei quę scitur est il-
 la, cuius conclusio suapte natu-
 ra, & quoad nos, non potest alio mo-
 do quam per demonstrationem, &
 legitimam causam intelligi, vt est
 omnis propositio mediata: qualis
 est hec, omnis homo est capax disci-
 plinæ: nam hæc non potest alio mo-
 do sciri, & secundum se, & quo ad-
 nos, nisi per demonstrationem in
 qua concludimus illam per veram
 causam, vt per hanc demonstratio-
 nē. Omne animal particeps rationis
 est capax disciplinæ, omnis homo
 est animal particeps rationis, ergo
 oīs homo est capax disciplinæ: illa
 vero p̄greditur per causam ex parte
 scientis, quę ex sua natura, est im-
 mediata, potestque sine discursu de-
 monstratiuo cognosci, at quia intel-
 lectus ob imbecillitatem, nō potest
 aliquando intelligere sine medio,
 ea quę ex se non habent medium,
 hinc fit, vt huiusmodi proprietates
 sint respectu nostri mediatę cū per
 verā & legitimam causam in demō-
 stratione colligantur, cuius generis
 sunt illę propositiones in quibus
 definitio petita à materia prædica-
 tur de re definita, sunt etenim illę
 immediatę, & quę sine causa cog-
 nosci quęant, quia definitio imme-
 diate prædicatur de re definita, ye

rum à nobis in demonstratiōne per
 aliam definitionem eiusdem subie-
 cti, à fine petitam colliguntur, vt
 concludimus de domo esse edificium
 ex lapidibus, lateribus, & pa-
 rietibus cōstruētū, per finem illius,
 qui est nos ab inclementiis cœlorū
 vindicare adhuc modum. Quid
 quid nos vindicat ab Iniuriis cœlo-
 rum, debet costare ex parietib⁹, & te-
 ctis, sed domus vindicat nos ab in-
 iuriis cœlorum, constabit igitur ex
 parietibus, & tectis. Cū igitur den-
 tur hæc duo genera demonstratio-
 num, vt quę debet progredi, per
 causam rei, vel secundum virtutē,
 vel secundū actum, & non tantum
 illud quod per causam ex parte rei
 quę scitur progreditur. Ex his quę
 dicta sunt, haud difficile erit diso-
 luere argumēta, quę in initio propo-
 suimus. Ad primū respon. Deo non
 dari causam rei à se, dari tamē cau-
 sam secundum virtutem, quia im-
 mutabilitas est causa secundū vir-
 tutem eternitatis. Ad secundū res-
 pondemus, causas rei per quas pro-
 greditur Metaphysica, non esse se-
 cundum actum, sed secundum vir-
 tutem: cæterum causę virtute, non
 differunt re ipsa à suis effectibus, &
 ita neq. eas re ipsa differt à suis pro-
 prietatibus. Ex his omnibus colli-
 gere licebit proprietates quę con-
 cluduntur per demonstrationem,
 esse induplici differentia, nam quę
 dam vocantur proprietates rei, &
 demonstrabiles, vt sunt illę quę
 actu producantur à suis causis, &
 differunt re ipsa ab illis, de quarum
 quę essentia, non est causa, vel sub-
 iectum, quamuis contineatur tan-
 quam additum in eorum definitio-
 ne, & quę concluduntur per verā
 demonstratiōnem de subiecto, cuius
 generis sunt risibilitas, & calor quę
 cluditur de homine, & calor quę de
 igne demonstratur. Alię vero sunt

1. Arg.

2. Arg.

Cōsect.

3. conclu

In his
 commē
 sariis c.

2. p̄dū

Confir.
 1. pars.

Confir.
 secunda

tantum demonſtrabiles, & non rea-
les quæ dicuntur demonſtrabiles
ex eo, quia per veram demonſtra-
tionem à priori de ſubieſto conclu-
duntur, non ſunt autem rei, quia
non differunt reipſa à ſubieſto, ne
que actu producantur à ſuis cau-
ſis, ſed ſola virtute, & in earum eſ-
ſentia, continetur ſubieſtum, nõ
tanquam additum, ſed tanquam at-
tributum eſſentiale, cuius generis
ſunt proprietates entis, vnum ve-
rum, bonum, quæ in *Metaphyſica*
de ente demonſtrantur, non ſunt
tamen actu ab eo productæ, ſed ſola
virtute, à quo non differunt reipſa,
& de quibus ens ſecundum eſſen-
tiam prædicatur. Verum de his duo-
bus generibus proprietatum, legi po-
terit *Soncinæ* 4. lib. *Metaphyſico*.
quæ ſt. 17. & quæ nos diximus ſe-
cundo lib. *Transcendentium* cap.
13. vnde vt aliqua ſcientia veræ,
& legitime vocetur ſcientia, nõ eſt
neceſſarium vt concludat de ſuo
ſubieſto proprietates rei, ſed ſuffi-
cit vt de eo alias demonſtrabiles cõ-
cludat, per veram cauſam in eſſen-
do virtute, vel per rationem forma-
lem: ac proinde *Metaphyſica*, erit
vera ſcientia, quia concludit de ente
proprietates demonſtrabiles, vnum
verum, bonum, per legitimam cau-
ſam ſecundum virtutem, vel ſecun-
dum rationem formalem.

**QVÆSTIO. VI. AN DE
monſtratio ex notioribus no-
bis, vel natura progred-
diatur.**

IN hac quæſtione ſit primum ar-
gumentum. *Ariſt.* in hoc cap ſe-
parat ea quæ ſunt notiora natura
ab iis quæ ſunt nobis notiora, ergo
non recte dicemus poſtea, eadẽ eſſe
nobis & notiora natura. Secundum
Ariſtoteles docuit demonſtrationẽ

non progredi per ea quæ ſunt no-
tiora nobis, ſed per ea quæ ſunt no-
tiora natura, ergo nullo modo per
ea quæ ſunt notiora nobis progredie-
tur. Tertium idẽ *Ariſt.* 2. lib. prio-
rum cap. 19. docet in inductione,
progrediendum eſſe à notioribus
nobis, ad notiora natura, in ſyllo-
giſmo vero, e contra à notioribus
natura, ad notiora nobis, ſed demõ-
ſtratio eſt quidam ſyllogiſmus: er-
go in demonſtratione tantum pro-
grediemur per ea quæ ſunt natura
notiora.

Quidam (e quorum numero eſt
Themistiſtus 1. lib. de demonſtra-
tione cap. 4.) cenſit demonſtratio-
nem progredi tantum per ea quæ
ſunt natura notiora. Alij vero vt
D. Tho. lectio. 4. huius capituli, &
pleriq. Latini exiſtimant, demon-
ſtrationẽ progredi per ea quæ ſunt
ſimul nobis, & natura notiora: quã
ſententiam vt explicemus animad-
uertendum eſt, notionem, & cogni-
tionem pro vna & eadem re uſur-
pari, & ita cum ſit in nobis duplex
cognitio, vna ſenſus, & altera intel-
lectus, duobus modis aliqua pote-
runt vocari notiora nobis, primo
ſecundum ſenſum. Secundo iuxta
intellectum, notiora ſenſibus ſunt
ſingularia, quia illa ſunt quæ pri-
mo per ſenſum apprehenduntur,
notiora vero intellectu ſunt vni-
uerſa, quia intellectus eſt qui illa
primo contempletur.

Annũtiandum eſt deinde notiora
natura hoc loco illa vocari ab *Ari-
ſt.* ex quibus aliorum dependet co-
gnitio, illa enim quæ ſumuntur tan-
quam medium ad illa cognoscẽda,
debent eſſe illis longe notiora, & ita
cum cognitio minus vniuerſa, à co-
gnitione magis vniuerſa, dependeat
& cognitio eſſeã, à cognitione ſue
cauſe oriatur, tam magis vniuerſa,
quam cauſe, erunt notiores natura
minus

Senci.

378

380

382

384

386

388

390

2. Arg.

3. Arg.

2. Opin.
them.2. opinio
D. Tho.I. C.
elu.

2. C.

1. Obſer

2. Obſer

I. A.

2. A.

min' vniuersis, & effectis ab eis producentibus. Notiora vero nobis dicuntur illa, quæ prius à nobis iuxta intellectum cognoscuntur (quia hic tantum est sermo de cognitione intellectus.) & quia per intellectum prius magis vniuersa, quam minus vniuersa cognoscuntur vt Arist. primo physico. cap. 1. profitetur, profectio magis vniuersa erunt quoque notiora nobis. Vnde colligere licet, eadē esse nobis, & natura notiora, vt auctor est Arist. in eodē loco, quia magis vniuersa vt explicuimus sunt & nobis, & natura notiora.

His constitutis sit prima conclusio si loquamur de demonstratione à posteriori in illa à notioribus nobis tantum, ad notiora natura erit progrediendum, confirmatur Effectus sunt nobis notiores, & non natura, suis causis, quoniam notius est nobis ignē calefacere, quam habere facultatem calefaciendi, sed in demonstratione à posteriori ab effectu ad suam causam progredimur, ergo in huiusmodi demonstratione à notioribus nobis ad notiora natura progrediemur.

I. Conclu.

2. Con.

Secunda conclusio in demonstrationibus a priori, progrediendum erit ab iis quæ & natura, & nobis sunt notiora, & non tantum ab iis quæ sunt natura notiora hæc est aduersas themittium. Confirmaturque imprimis progredi ab his quæ sunt nobis notiora his argum. Primum est propter vnumquodque tale & illud magis debet esse tale, sed in demonstratione conclusiones sunt nobis notæ, propter præmissas, ergo præmissæ per quas progredimur in illa, non tantum erunt natura verum etiã nobis notiores. Iam. Ante demonstrationem prenosendum est præmissas esse veras, vt in cap. superiori docebamus sed quod prenositur debet esse nobis notum, er

go præmissæ demonstrationis debent esse nobis notæ, vnde cum in demonstratione progrediat præmissis progrediendum erit ab iis quæ sunt notiora nobis. Tertium argumentum. Lex est optimæ definitionis, vt ea si fieri potest per illa quæ sunt nobis, & natura notiora proponatur, vt auctor est Arist. 6 topico. cap. 3. sed in demonstratione progredimur à definitione, vel subiecti, vel proprietatis, vt ostendemus secundo loco cum Arist. ergo in demonstratione progrediendum erit ab iis quæ sunt nobis notiora.

Præterea progrediendum esse ab iis quæ sunt notiora natura confirmamus duobus argumentis. Primum est. Quando progredimur à causa ad effectum, progredimur ab iis quæ sunt natura notiora, sed in huiusmodi demonstrationibus progredimur à causa ad effectum, ergo progredimur ab iis quæ sunt natura notiora. Secundum argumentum. Vniuersaliora sunt priora natura minus vniuersis sed in huiusmodi demonstrationibus progredimur ab vniuersalioribus, ergo progrediemur ab iis quæ sunt natura notiora.

Iam ad argu. quæ proposuimus, Ad primū respondemus Arist. tantū separare ea quæ sunt nobis notiora per sensum, ab iis quæ sunt notiora natura, nõ autē alius quæ sunt notiora nobis per intellectum, nam hæc eadem sunt nobis & natura notiora. Ad secū. respondemus Arist. intelligeddū esse de notioribus nobis per sensum, non per intellectū itaq; demonstratio nõ progreditur per ea quæ sunt sensu nobis notiora, nam hæc sunt singularia, de quibus neque est sciētia, neq; demonstratio, progreditur tamē per ea quæ sunt nobis notiora, per intellectū. Ad tertium respondemus admittē

I. Arg.

2. Argu.

3. Arg.

1. Arg.

1. argu.

1. Arg.

2. argu.

3. argu

di per ea quæ sunt natura notiora at hæc eadem sunt nobis notiora per intellectum, est enim latum discrimen inter inductionem, & syllogismum, quia in inductione, progredimur per ea quæ sunt nobis notiora per sensum, qualia sunt singularia, at in syllogismo progredimur per ea quæ sunt nobis notiora per intellectum, cuius generis sunt magis vniuersa.

QVAEST. VII. NUM PROPOSITIO IMMEDIATA SIT ILLA QUÆ NÔ HABET MEDIÛ A QUO QUÆAT CÔFIRMARI.

ET quidem non esse propositionem immediatam illam quam proposuimus, quæ nimirum caret medio, a quo confirmari quæat, his argumentis poterimus demonstrare. Primum est. Illa propositio in qua prima proprietas predicatur de subiecto, est immediata iudicio omnium Philosophorum, sed illa potest confirmari per aliam priorem, scilicet, per diffinitionem subiecti, vt si ex hypothese constituamus admirationem esse proprietatem primam hominis, hæc propositio, homo est admiratiuus, est immediata, quæ tamen confirmatur per aliam, ergo non est illa propositio immediata, quæ non potest per aliam confirmari à priori. Secundum argumentum. Illa propositio in qua diffinitio predicatur de re diffinita, est immediata, quia inter diffinitionem, & diffinitum, nullum est mediū, sed potest illa confirmari per alteram diffinitionem, vt diffinitio petita à materia confirmatur de illa, per alteram à sine petita, ergo non erit illa propositio immediata, quæ caret medio supra se, per quod possit confirmari. Tertium metaph. per principium contradictionis confirmat omnium artium principia, auctore Arist. 4. lib. metaph. sic, sed illud quod supra se habet

principium per quod confirmetur, non est immediatum, ergo principia aliarum artium non erunt immediata, vel si fuerint, non recte diffinitur principium immediatum, quod supra se caret medio à priori. Itaque Arist. docet primo libro topicorum cap. 2. Dialecticum confirmare principia omnium aliarum disciplinarum, ergo principia immediata aliarum scientiarum confirmari poterunt per aliquod medium superius. Præterea hæc propositio Deus est, est immediata, sed illam confirmat Theologi r. p. q. 2. ergo propositio immediata non carebit medio per quod possit confirmari.

Illam in hoc loco docuit Arist. esse propositionem immediatam, quæ nullum habet mediū per quod quæat confirmari, quâ diffinitionem explicans D. Tho. inquit illam esse propositionem immediatam, in qua attributum est de essentia subiecti, quæ certe interpretatio difficilis est, nam ita ago aduersus eam. Illa propositio in qua prima proprietas predicatur de subiecto, vocatur immediata, sed in illa attributum non est de essentia subiecti, non igitur illa vocabitur propositio immediata, in qua attributum est de essentia subiecti. Quidam igitur vt hanc diffinitionem tueantur constituunt illud nomen de essentia, esse nomen ambiguum, nam aliquando idem significat quod attributum essentialia, vt animal in hac significatione est de essentia hominis, eo quod est illius attributum essentialia, aliquando vero significat illud quod fuit ab essentia subiecti vt sunt proprietates, quæ immediate ab ea deriuantur (interdum enim nomen causæ, tribuitur effectui, & ita nomen essentialia quæ est causa proprietatis, tribuitur proprietati in obliquo, vnde dicimus proprietatem esse de essentia subiecti) Quam

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

5. Arg.

Obser.

Quorundam
interpresFeri
opinOpi
Caic

I. I.

do ergo D. Tho. inquit, illā esse propositionem immediatam, in qua attributum est de essentia subiecti, nomine essentia, complexus est vtrāque significationem, & non solum primam, & ita erūt duo genera propositionum immediatarum, quēdā in quibus attributum est essentiale subiecto, vt quando illud fuerit definitio, aut pars definitionis essentialis, alia vero erunt in quibus attributum est prima proprietates, quę immediate fluit ā subiecto: hanc interpretationem amplexus est Ferrar. in annotationib⁹ huius primi libri annotatione 6. & primo lib. Cōtra Gentes cap. 11. Alij tamen (eorum numero est Caietanus in commentariis huius loci) censent D. Th. per illa verba, non proposuisse definitionem propositionis immediatę, sed tantum docuisse propositionem illam in qua attributum est de essentia subiecti, esse immediatam, non tamen omnem immediatam debere esse in qua attributū sit de essentia subiecti; nam in propositionibus in quibus prima proprietates prædicatur de subiecto, vel vna categoria negatur ab altera, reperitur ratio propositionis immediatę, in quibus attributum non est de essentia subiecti: erit autem hæc definitio propositionis immediatę. Propositio quę caret medio in suo genere, per quod possit confirmari, quam quidem esse accuratam ostendem⁹ deinde. Proposita igitur definitione propositionis immediatę, equū erit vt nonnullās illius diuisiones proponamus, quarū prima est. Propositio immediata, quædam est immediata secundum se, & altera est immediata respectu nostri. Immediata secundum se dicitur illa, quę ex sua natura caret medio ā priori per quod possit demonstrari quamuis habere possit mediū ā po-

steriori; qualis est hæc propositio: Deus est, nam in illa, non datur mediū ā priori per quod possit concludi, cum esse Dei, sit eius natura, datur tamen mediū ā posteriori, & quoad nos: nā per effectus nobis notiores colligere possumus ipsum esse. Illa vero propositio est immediata respectu nostri, quę ex se mediū habet per quod possit colligi, quāuis respectu nostrę cognitionis, nullum mediū obtineat, vt est hæc propositio. Hic est homo, digito demonstrando Petrum: nam hæc propositio, colligi potest per definitionem hominis, & ita ex sua natura est mediata at vero respectu nostrę cognitionis, nullum obtinet mediū nam oculus immediate intuemur hunc quem demonstramus digito esse hominem. Secunda diuisio est, propositio immediata quædam est quę constat ex vocibus communissimis; vt est hæc, impossibile est idē simul esse, & nō esse, alia vero est immediata quę cōstat ex vocibus particularib⁹, vt est hæc, ois homo est animal; nā hæc duę voces, homo, & animal, sūt particulares. Tertia diuis. Propositio immediata quędā est simpliciter immediata, quę nulla ratione potest cōfirmari ā priori, alia vero est immediata tantū in aliquo genere, quę quāuis absolute possit per aliqua propositionē cōfirmari. at in tali genere, nō potest per aliam superiorē confirmari. Prioris generis est hæc propositio: Deus est, posterioris vero, illa propositio in qua definitio petita ā materia, prædicatur de re definita: quia illa in genere causę materialis, non potest cōfirmari per alia superiorē propositionē, potest tamē cōfirmari per aliud gen⁹ causę, vt per definitiōem petita ā sine. Quar. Propositio immediata quædā est immediata secundū causam, in qua inter causam & effectū

4. Arg.

5. Arg.

Oblers

Quorū interpret

Ferrar. opinio.

Opinio Caieta.

1. Diuis.

2. Diuis.

3. Diuis.

4. Diuis.

nulla intercedit causa media, alia vero est immediata secundum attributionem, quando in propositione attributum sine alio subiecto medio vnitur cum subiecto, vt est hæc propositio homo est animal.

Quinta propositio immediata, quædam est aïens, aïia negans. Aïens est in qua attributum affirmatur de subiecto, vt est hæc omne totum est maius sua parte. Negans vero est in qua attributum negatur a subiecto, quæ vel est quando vna categoria negatur ab altera, vt substantia non est quantitas, vel quando vna diffinitio alicuius speciei a tomene negatur ab altera diffinitione, vt quædo ita dicimus, animal particeps rationis, nõ est animal capax hinnitû, in qua propositione, negamus diffinitionem hominis, a diffinitione equi tandem, propositio immediata, quædam est immediata in materia necessaria, & alia in materia contingenti, quæ secunda nihil aliud est, quæ quædam propositio in mediata in opinionibus, dantur enim quoque in opinionibus propositiones quædam immediate, vt in cap. penultimo huius libri ostendimus.

2. Diui.

3. Conc.

4. Argu.

5. Arg.

His constitutis sit prima conclusio. Propositio immediata in vocibus vniuersis optime diffinitur illa, quæ simpliciter, & absolute, caret medio, per quod possit confirmari, hanc assertionem confirmamus duobus argumentis. In propositionibus non est progrediendum in infinitum, sed si huiusmodi propositiones non carerent medio, per quod possent confirmari, esset progressus in infinitum, ergo talis propositiones dicuntur immediate quia supra se simpliciter, & absolute, caret medio per quod possint confirmari. Secundum voces ex quibus componuntur huiusmodi propositiones, sunt omnium communissi-

me, vt sunt hæc duæ, esse, & non esse, ex quibus constat hæc propositio. Impossibile est idem, simul esse, & non esse, sed supra voces communissimas, non possunt dari alie communiore per quas possint confirmari a priori, ergo hæc propositiones dicuntur immediate, quia simpliciter, & absolute, carebunt medio per quod possint a priori confirmari.

Secunda conclusio illæ propositiones immediate quæ constantur ex vocibus particularibus, ex eo dicuntur immediate, quia in suo genere carent aliqua propositione a priori per quam possint confirmari quamuis absolute, & simpliciter, super eas detur in alio genere alia propositio, per quam possint a priori confirmari. Hanc assertionem confirmamus exemplo quodam adhibito, hæc propositio domus est edificium, constructum ex fundamentis, parietibus, & tectis, in qua prædicamus diffinitionem petitam a materia, de re diffinita est immediata in genere causæ materialis, quia in hoc genere non potest per aliam superiorem confirmari, est tamen mediata in alio genere, quia potest concludi de re diffinita, per diffinitionem petitam a fine, ad hunc modum, omne illud quæ est destinatum ad protegendum nos ab iniuriis cælorum, constare debet ex fundamentis, parietibus, & tecto, sed domus est destinata ad protegendum nos ab iniuriis cælorum, ergo domus constabit ex fundamentis, tectis, & parietibus.

Ex his omnibus facillimum erit dissolvere argumeta proposita. Ad primum respondemus propositionem illam in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, nõ esse simpliciter, immediatam sed tantum secundum attributionem: quia proprie-

2. Conc.

Ad arg.

Ad tar

gum.

prietas sine medio subiecto, competit subiecto, verum quæ est immediata secundum attributionem, est mediata secundum causam, & ita illa propositio erit in hoc genere causæ mediata, quia inter subiectum de quo dicitur, & ipsam datur naturam subiecti tanquam mediæ causæ, a qua illa dimanat. Ad secundum respondemus illam propositionem in qua prædicatur diffinitio petita a materia de re diffinita, non esse immediatam simpliciter, & absolute, sed tantum esse immediatam in illo genere: ita illa quæ est immediata in aliquo genere confirmari potest per aliam propositionem alterius generis. Ad tertiam respondemus metaphysicum per principium contradictionis tantum confirmare principia aliarum artium argumento ducente ad incommodum, non est autem contra rationem principij immediati, ut confirmetur argumento ducente ad incommodum, sed ut confirmetur a priori argumento, per se & directe concludente. Ad quartum respondemus Dialecticum tantum a posteriori, & per argumenta probabilia confirmare principia aliarum scientiarum, non autem a priori, non est tamen contra rationem principij immediati, ut confirmetur illud a posteriori, & per effectus, sed ut confirmetur a priori. Ad quintum respon. Deum esse tantum confirmari a posteriori, & per effectus, non autem a priori, vel per causam, hoc autem non repugnat rationi propositionis immediatæ. Ex his omnibus colligendum erit, demonstrationem constare ex principijs immediatis, aliquando quidem simpliciter, & absolute, & aliquando in aliquo genere, & aliquando secundum attributionem, & aliquando alij modis in quaestione explicatis.

QUESTIO VIII. SITNE
verum illud pronuntiatum, Arist. propter unum quodque tale & illud debet esse magis tale.

ADVERSUS hoc pronuntiatum propositum ab Arist. est primum argu. Homo est ebrius propter vinum: ergo vinum est magis ebrius. Hæc consequentia nulla est; non ergo propter unum quodque tale & illud magis debet esse tale. Secundum. Hæc consequentia non est optima, Petrus est homo propter Paulum, ergo Paulus est magis homo: fuit ergo præfatum pronuntiatum. Tertium. Hæc consequentia non est accurata. Homo est cæcus, propter oculum: ergo oculus est magis cæcus: non ergo erit verum axioma propositum. Quartum. Hæc consequentia est inepta. Homo videt propter oculum: ergo oculus magis videt: non ergo propter unum quodque tale & illud debet magis esse tale. His & alijs argu. ut satisfaciant interpretes, innumeris propemodum modis explicant pronuntiatum hoc Arist. Nos varijs interpretationibus prætermisissis, duas tantum proponemus quarum prima petita est ex varijs authoribus, secunda vero ex Paulo Veneto. Prima interpretatio est huiusmodi. Ut hæc propositio Arist. vera sit, requiruntur hæc quatuor conditiones. Prima ut attributum sit commune causæ, & effectui: secunda ut recipiat magis, & minus: tertio ut sit attributum positivum: & quarta ut sit attributum diversum numero in causa & effectui. Vnde hæc consequentia erit legitima, aqua est calida propter ignem, ergo ignis est magis calidus, quia hoc attributum quod est calor, in primis natum est aquæ, & igni convenire: deinde illud recipit magis & minus: tertio est attributum

Ad 2.

3. Arg.

4. Arg.

5. argu.

1. argu.

2. argu.

3. argu.

4. argu.

1. interpretatio

2. Conco.

Ad arg.
Ad utrum
argum.

rum positium: quarto alius calor numero est in aqua calefacta, & alius in igne, si vero ex his quatuor conditionibus aliqua defuerit, non erit verum pronuntiatum. Ob defectum itaq; primæ conditionis, nullum est argu. primo loco effectum, quia hoc attributum quod est esse ebrium, non est natum conuenire vino formaliter. Ob defectum secundæ conditionis secundum argu. nullum est, quia homo qui est attributum Petri, & Pauli, non recipit magis, nec minus. Ob defectum tertie conditionis, dissoluitur tertium argu. quia esse cæcum est attributum priuarium & non positium. Et tandem ob defectum quartæ conditionis, quartum argu. nullius est roboris, quia visio non est alia numero in oculo, & alia in animali, sed per eandem visionem per quam oculus videt, & animal etiam videt.

*2. intera
præratio
Veneti,*

Secunda interpretatio est Pauli Veneti, quam ut intelligamus animaduertendum est, hanc particulam propter, contetam in pronuntiato semper rogare causam alicuius effectus: & ita cum sint quatuor genera causarum, poterit esse dubium si hæc pronuntiatum hoc intelligendum de omnibus generibus, vel de quibusdam tantum. Inquit igitur Paulus Venetus, non esse intelligendum, neq; de materia, neq; de forma, neq; de fine, sed de sola causa efficiente præcipua, & à qua secundum essentiam dependet effectus, ita ut sit illi subalternatus. In primis non esse intelligendum de materia, constat quia hæc consequentia non est optima, homo interit propter materiam: ergo materia magis interit, quia materia nunquam interit: deinde neq; de forma, quia hæc consequentia non est optima, homo est albus propter albedinem, ergo albedo est magis alba, quia albedo

non est alba: neq; est iterum de fine intelligendum, quia hæc consequentia non est optima, homo deambulat propter optimam valetudinem, ergo optima valetudo deambulat. Erit igitur vera propositio præfata in solis causis efficientibus præcipuis, quibus subordinatur effectus secundum essentiam. Subordinari autem secundum essentiam, nihil aliud est, quam ita dependere effectum à sua causa, ut causa remota illico debeat effectum amoueri. Et ita optima erit hæc consequentia, aqua est calida propter ignem: ergo ignis est magis calidus, quia in primis ignis est præcipua causa caloris: deinde vero calor aquæ, secundum essentiam subordinatur, calori ignis, quia amoto igne statim euanescit calor in aqua. Cæterum hæc consequentia nulla est. Homo calefit, propter motum multo igitur magis motus calefiet, ob defectum primæ conditionis, quia motus non est præcipua causa caloris sed instrumentaria. Deinde neq; hæc altera consequentia est accommodata, hic ignis genitus est calidus propter generantem ignem: ergo ignis generans calidior erit igne genito, quia ignis genitus non est effectus essentialiter subordinatus igni generanti, cum possit ille existere in rerum natura absque igne generante. Adnotat tamen Paulus Venetus attributum, quod est commune causæ & effectui, aliquando conuenire vtrique formaliter, ut calor qui competit igni, & aquæ: & aliquando conuenire vnitantum virtute, quem admodum calor conuenit Soli virtute, his vero inferioribus formaliter, & secundum essentiam. Unde propositio intelligi debet ad hunc modum. Propter vnum quodque tale, & illud magis debet esse tale, vel formaliter, vel virtualiter. Et ita hæc

1. arg

2. arg

3. arg

4. Ar

Quor
dam

hæc consequentia. Hæc inferiora sunt calida propter solem; ergo sol erit illis calidior, nam intelligendū est solem esse calidiorē virtualiter quam uis non sit formaliter. Ex his facillimo negotio dissolui poterūt argu. in initio propofita.

QVAES. IX. AN INTELLECTUS CERTIUS, EUIDENTIUS, & INTENSIVUS FERATUR IN PRINCIPIA QUAM IN CONCLUSIONES.

Ferri certius, & intensius intellectum in conclusionem, quam in præmissas, his argumentis possumus confirmare. Primū illa in quæ ferimur per demonstrationē, sunt certiora, his in quæ ferimur sine illa, sed conclusio scitur per demonstrationem, præmissæ non sciuntur per illam, ergo conclusio certior erit et euidentior præmissis. Secundum argumentum. Illa quæ magis sciuntur, certiora sunt his quæ min⁹ sciuntur, sed conclusio magis scitur, quam præmissæ, quia scitur per demonstrationem quæ est proprium instrumentum sciendi, ergo conclusio erit certior præmissis. Tertium argumentum. Quæ per eundē actū cognoscuntur, eadem certitudine euidencia, & intentione cognoscuntur: sed dictum est in superioribus, conclusionē, & præmissas, cognosci per eundem actum, ergo præmissæ non erunt certiores, aut euidentiores conclusionē. Quartum causa naturalis producit effectum sibi parē, & æqualem, ut ignis, generat ignē sibi æqualem, sed præmissæ sunt causæ naturales ad inferendam conclusionem, ergo generabūt effectū sibi parē, & æqualem in certitudine, & euidencia.

Quorundam opi

Quidam (ut author est Magister Sotus in quæstione huius capituli)

conferunt intellectū, certius, & euidētius ferri, in principia, quam in conclusiones, non tamē intensius. Cæterum ipsemet Magister Sotus, & multi alij existimant, intellectū certius euidētius, & intensius ferri in principia quam in conclusiones. Quā opinionem tanquam ueriores amplectimur, illamque ut declarem, explicanda erunt tria illa nomina propofita in titulo, scilicet, certitudo, euidētia, & intensio. Certitudo diffinitur à D. Tho. 3. lib. sententiarum dist. 23. q. 2. art. 2. quæstionum tertia, firma, & constans adhæsiō intellectus, absq. vlla hæsitatione. Euidētia diffinitur ab eodē ut colligitur ex 22. q. 1. art. 4. clarum, & manifestū iudicium alicuius rei. Intensio uero diffinitur, propensio intellectus, qua media maiori conatu fertur in res quasdam, quam in alias intelligendas.

Quibus explicatis sit prima conclusio. Intellectus certius, fertur in principia quam in conclusiones, nisi illæ adiutæ fuerint aliquo lumine exteriori. Confirmatur in primis autoritate Arist. in hoc capite, ita docentis expresse. Confirmatur deinde. Illud quod est tale per se, est magis tale, quam illud quod est tale per aliud, quemadmodum ignis qui est calidus per se, est magis calidus, quam aqua quæ est calida per aliud: sed in demonstratione præmissæ, & principia, sunt certa per se, cōclusio uero est certa propter principia: ergo intellectus certius, fertur in principia, quam in conclusiones. Dictum est autem nisi fuerint illæ adiutæ, aliquo lumine exteriori: nam si fuerint adiutæ, fieri poterit ut intellectus certius feratur in conclusionem, quam in principia; quemadmodum in hac demonstratione theologica. Omne in finitum secundum essentiam est unum, sed

nio ex
M. Soto
2. opinio
uerior.

T. Com
clu.

Deus

Deus est infinitus secundum essentiam, ergo Deus est vnus, conclusio certior est præmissis, eo quod adiuuatur illa a lumine fidei, docet enim fides Deum esse vnum.

2. con-
clusio.

Secunda conclusio intellectus euidentius fertur in principia, quã in conclusiones. Confirmatur assertio adhunc modum. In demonstratione tam principia, quam conclusio sunt nobis euidentia, sed conclusio nobis est euidentior propter principia, ergo principia erunt nobis euidentiora conclusione. Confirmatur consequentia, quia propter vnumquodq. tale, & illud magis debet esse tale. Hanc eandem assertionem suadere possumus, auctoritate Arist. in hoc cap. assertentis, maiorem fidem & credulitatem adhibendam esse principiis, quam conclusioni.

3. Con.

Tertia conclusio. Intellectus intentius quoque fertur in principia, quã in conclusiones. Confirmatur aduersus auctores citatos. Intellectus intentius fertur in ea quæ sunt magis intellectilia, quemadmodum visus intentius fertur in ea quæ sũt magis visibilia: sed principia sunt magis intellectilia, quam conclusiones: ergo intellectus intentius fertur in principia, quam in conclusiones. Confirmatur assumptio. Illud quod est intellectibile per se, est magis intellectibile, quam quod est intellectibile per aliud: sed principia sunt intellectilia per se, conclusiones vero per principia: ergo principia erũt magis intellectilia, quam conclusiones.

4. Con.

Quarta conclusio. Inter conclusiones quæ inferuntur ex primis principiis, illæ sunt certiores, euidentiores, & intensiores, quæ maxime accedunt ad prima principia. Confirmatur. Illud quod accedit ad id quod est maxime tale, debet esse magis tale sed præmissa, & principia (vt proba-

tum est) sunt maxime talia: ergo conclusiones illæ quæ maxime accedunt ad huiusmodi principia prima, erũt certiores, euidentiores, & intensiores.

Iam ad argumenta. Ad primum 1. arg. respondetur falsam esse propositionem, quia ea quæ sciuntur per habitum primorum principiorum, certiora sunt his, quæ sciuntur per demonstrationem, quia sciuntur per se, & ea quæ, sciuntur per demonstrationem, sciuntur per aliud. Ad secundum respondemus ex his quæ 2. argu. possunt sciri per demonstrationem, illud esse certius, quod per eam scitur: at vero si vnum ex illis possit sciri per eam, & alterũ sine illa, per habitum longe nobiliorem, non erit quod scitur per demonstrationem certius, & ita cum præmissæ cognoscantur per habitum primorum principiorum, qui est longe nobilior habitu conclusionum, non erunt conclusiones certiores, & euidentiores præmissis. Ad tertium respondemus quod si illa quæ 3. argu. per eundem actum cognoscuntur per eundem quoque habitum cognoscantur, per æqualem certitudinem & euidentiam cognoscetur, si tamen cognoscantur per diversos habitus, & vnus sit alio certior, & euidentior, non cognoscantur illa per æqualem certitudinem, & euidentiam, & ita cum principia cognoscantur per habitum intelligentiæ, qui est euidentior, & certior, habitu scientiæ, per quam cognoscantur conclusiones, nõ cognoscantur per æqualem certitudinem, principia, & conclusiones. Respondemus deinde propositionem esse veram, si illa quæ per eandem actionem intelliguntur ex æquo cognoscantur, at vero per actum per quem cognoscimus præmissas, non cognoscimus ex æquo conclusiones, quia præmissa 2. Solu.
sunt cog-

se cognoscuntur primo & per se cōclusiones vero secundario. Ad 4. respondemus propositionem tantum esse veram in causis synonimis, vt est ignis, esse tamen falsam in causis homonymis, vt sol qui nō producit effectum sibi parē & equalem: quare cum præmissæ sint causæ quædam homonymæ, sunt enim alterius speciei à conclusionē, cum sciatur per intelligentiā quæ specie differt à scientia, per quam sciuntur conclusiones, non producēt præmissæ effectum sibi parem in certitudine, & euidētia.

QVABSTIO. X AN H
bitus principiorū sit nobilior
habitu conclusio-
num.

1. Arg. NON esse, his argumētis demonstramus. Primū includens nobilior est inclusio, sed habitus conclusionum includit habitum principiorum: ergo erit nobilior habitu conclusionum. Secundū. Fini nobilior est mediis quæ ad illum destinantur, vt optima valetudo est nobilior potione amara: sed conclusio est finis demonstrationis, præmissæ vero sunt quædam media ad assequendum hunc finem: ergo præmissæ erunt ignobiliores conclusionē, & ita habitus principiorū ignobilior erit habitu conclusionum. Tertium ea quæ sunt vniuersaliora sunt ignobiliora, quemadmodū animal est ignobilius homine: sed præmissæ sunt vniuersaliores conclusionē: ergo habitus principiorū erit ignobilior habitu cōclusionū. Quartū. Cognitio in actu nobilior est cognitione potestate alicuius rei: sed per scientiam cognoscimus conclusionem in actu per principia vero sola potestate, & virtute: ergo

scientia nobilior erit habitu primorum principiorum.

Nonnulli ex Veteribus existimant habitum conclusionum, esse nobiliorem habitu principiorum. Verū D. Tho. B. Albertus Magnus, Caietanus Paulus Venetus & fere omnes alii Latini existimant habitum principiorum esse nobiliorem habitu conclusionū. Vt tamen hanc sententiam explicemus, animaduertendum est prius, hanc quæstionē à plerisq. latinis tractari sub huiusmodi titulo, num intelligens sit melius dispositus quam sciens: nam in versione Argilopyli hæc verba proponuntur in Arist. Animaduertendum est deinde per habitum cōclusionum intelligēdam esse scientiā, per habitum vero principiorum intelligentiā, vt auctor est Arist. 6. lib. Ethic. ca. 3. Et ita quando quærimus an habitus principiorum sit nobilior habitu conclusionum, idem est ac si quæretemus, an intelligentia sit nobilior scientia. Denique animaduertendum est duobus modis posse hos habitus inter se comparari, primo præcise, vt vnus eorum distinctus est a balio, & terminatur ad diuersā cognitionē, ea nēperatione qua habitus principiorū tantum & præcise proponit nobis cognitionem primorum principiorum, & habitus scientiæ tantum & præcise tradit nobis cognitionem conclusionis. Secundo vero modo comparari possunt, ea ratione qua vnus alterum includit, vt scilicet habitus conclusionum includit habitū primorum principiorum: nam quemadmodum conclusiones colliguntur ex præmissis, ita quoq. habitus conclusionum, includere debet habitum primorum principiorum.

Quibus annotatis sit prima conclusio. Habitus conclusionis vt in-

1. Opin

2. opin.
D. Tho.

1. Obser

2. Obse

3. Obser

1. Conc

piorum

1. arg.

2. argu.

3. argu

1. Solut

2. Solut

4. argu.

piorum, est nobilior, habitu principiorum. Hęc assertio est aperta quia omne includens nobilior est inclusio, & ita habitus conclusionis ea ratione qua includit habitum principiorum, erit longe nobilior illo.

- Secunda conclu. Si loquamur de his habitibus præcise, ea ratione qua vnus non includit alterum, habitus primorum principiorum, est multo nobilior habitu conclusionum. Confirmatur in primis auctoritate Arist. qui iuxta interpretationem Argyropoli expresse profitetur, intelligentem esse melius dispositum ipso sciente, sed per habitum primorum principiorum (qui vocatur intelligentia) sumus intelligentes, per habitum vero conclusionum (qui dicitur scientia) sumus scientes: ergo intelligentia erit nobilior scientia. Secundum. Ille habitus qui est certior, euidentior, & intensior, est longe nobilior, sed probatum est in quæstione superiori, habitum primorum principiorum, esse certiorē, euidentiorē, & intensiorē habitu conclusionū, ergo habitus primorum principiorū, erit nobilior habitu conclusionū. Tertium esse aliquid per se, & sine dependentia ab aliquo est maxima nobilitas, sed principia sunt talia per se, & non dependent à conclusionibus, habitus vero conclusionū sunt tales per habitum principiorū & dependent ab illo: ergo habitus principiorum erit præstantior habitu conclusionum. Quartum in causis quo illæ sunt superiores, eo sunt nobiliores, quemadmodum cælum est causa nobilior quam ignis, & Deus quam cælum, sed in demonstratione præmissæ sunt causæ vniuersaliores conclusionē, vt est apertum: ergo habitus principiorum, nobilior erit habitu conclusionum.

Igitur nostra opinione explicata æquum est vt argumentis popositis satisfaciamus. Ad primum iam satisfacimus in prima assertione. Ad secundum respondemus falsam esse assumptionem: quia quamuis præmissæ destinantur ad conclusionē, non tamen destinantur ad ipsam quemadmodum media destinantur ad finem, sed ea ratione qua causa homonyma destinatur ad producendum effectum: nam his duobus modis potest aliquid ad alterum destinari, scilicet vel tanquam mediū ad finē, vt potio amara destinatur ad valetudinē, & virtutes ad beatitudinē comparandā: vel tāquā causa ad producendum effectum quemadmodum orbis cœlestes destinantur ad hæc inferiora producenda, tanquam causæ vniuersales illorum, & nō tāquam medium ad finem, & hoc secundo modo destinantur præmissæ in demonstratione ad inferendam conclusio. nimirū tanquam causæ ad producendam conclusionem non synonymæ sed homonymæ, vt docuimus in quæstione superiori: At quod hoc modo destinatur ad aliquid producendum, non est ignobilius, sed e conuerso multo nobilior: quemadmodum orbis cœlestes sunt nobiliores his corporibus inferioribus. Ad tertium responderetur quædam esse vniuersaliora in prædicando, vt animal est vniuersalior homine, alia vero esse vniuersaliora in causando, vt cælum est vniuersalior igne, illa igitur quæ sunt vniuersaliora primo modo, sunt ignobiliora, alia vero quæ sunt vniuersaliora secundo modo, sunt nobiliora, quia causæ quo fuerint vniuersaliores, eo sunt nobiliores: præmissæ vero sūt vniuersaliores conclusionē in causando, non autem in prædicando, & ita erunt illa nobiliores. Ad quartum

Ad 1.
argum.

Ad 3.
arg.

Argu.
tollen
scicu.

rum respondemus, si habitum principiorum & scientiæ referamus ad conclusionem intelligendam, nobiliorem esse habitum scientiæ habitum principiorum, ut probat argumentum, verum nihil contra nos, quia in hac quæstione non de his habitibus respectu conclusionis, sed de habitu principiorum respectu primorum principiorum, & de habitu scientiæ respectu conclusionum disputamus,

quo modo sumptis his habitibus, dicimus habitum principiorum, qui est destinatus ad cognoscenda prima principia, esse multo nobiliorem habitu conclusionum qui ad cognoscendas conclusiones refertur. Disputare etiam poteramus num evidentiæ sit de ratione scientiæ: verum hanc quæst. in cap. penultimo huius lib. de opinionibus disputantes proponemus.

CAP. TERTIVM

in quo quidam errores refutantur.

ARGVMENTVM CAP.

Distributum est cap. in tres partes, in quarum prima duas veterum de scientiâ refert opiniones, in secundâ primam rejicit, & in tertiâ alteram explodit elegantissime.

COMMENTARIA.

Postquam in cap. superioribus constituit Arist. demonstrationem esse, & quid illa sit, in hoc cap. quorundam veterum errores circa scientiam & demonstrationem erudite confutat. Nam ex veteribus quidam auferebant omnino scientiam, alij è contra illam mittebant, hac tamen lege, ut illa per demonstrationem in orbem esset comparanda. Qui utriq. in hos errores ex eodem concepto falso fundamento prolapsi fuerunt, tantum scilicet posse aliquid per demonstrationem scribi nihilq. sine illa posse cognosci.

A. Primum enim qui, &c. Illi qui auferebant scientiam rerum hoc argu.

utiebant. Aut in demonstrationibus progrediendum est in infinitum aut tandem ad aliqua prima principia deveniendum erit: si in infinitum progredi debeamus, tollitur penitus è medio scientia: tum primo quia infinita mente percurrinequeunt, tum deinde quia in infinito non datur aliquid primum, at in quibuslibet rebus ignorato primo, necesse est cetera omnia ignorari, cum cognitio subsequentiu à cognitione antecedentiu, ac primum, dependeat: si vero sit tandem ad aliqua prima principia deveniendum, vel illa possunt colligi per demonstrationem, vel non possunt, si possunt, ergo non erunt prima, quia ea vocantur prima principia,

¶¶¶¶ ¶¶¶

Ad r. argum.

Ad 3. argu.

Argu. tollen. scien.

quæ nequæunt per alia demonstra-
ri, & confirmari: si vero nequæunt
colligi, ergo neque sciri etiam pos-
sunt, quia quidquid scitur, per de-
monstrationem scitur, & ita nulli-
us rei erit scientia, nã ignoratis pri-
mis principiis, necesse est cætera
omnia, quæ ab illis dependent ig-
norari.

B. *Alij autem, &c.* Secunda opinio
erat aliorum constituentium dari
scientiam de rebus, hanc tamẽ per
solam demonstra. comparari posse
asserbant, in quo cum aliis Philo-
sophis conueniebant, docebant
nihilominus hanc demonstra. esse
circularem, ita vt ex principiis col-
ligerentur conclusiones, & ex con-
clusionibus principia iterum dedu-
cerentur.

C. *Primum enim non omnem, &c.* In
hac 2. p. cap. 1. opinio. huiuscemo-
di argu. refellit. Demonstratio con-
stare debet ex prioribus: atqui dan-
tur multa quæ prima sunt, nulla
alia supra se priora continentia: iã
igitur non erit omnium quæ sciun-
tur demonstratio. Confirmatur as-
sumptio. Illa quæ sunt immediata
non continent supra se alia priora
principia, cum in ipsis subiectum,
& attributũ nullo interposito me-
dio vniantur: atqui dantur pleræq.
propositiones immediatæ, cuius-
modi sunt ea quæ ab intellectu il-
lico cognitæ terminis cognoscun-
tur, qualis est hæc, omne totum est
maius sua parte: dabuntur igitur
pleræq. propositiones, nullas alias
supra se continentes, per quas pos-
sint à priori confirmari.

D. *Itaque de hac re, &c.* Ex his collig-
it Arist. non omnium quæ sciun-
tur demonstrationem esse, sed pos-
se nonnulla alio modo quam per il-
la cognosci, vt cum scimus propo-
sitionem aliquam cognitæ termi-
nis & extremis, illam enim non per

discursum & demonstra. sed per
habitu primorum principiorum
apprehendimus.

E. *Deinde vero illud fieri, &c.* Iam in 3. pars
vltima parte confutat secundam o-
pinionem veterum philosophorũ,
constituentium dari demonstra-
tionem circularem, illamque his tribus
argum. nititur impugnare. Primũ
est. Si demonstratio circularis esset
admittenda, sequeretur idem esse
prius, & posterius, notius, & ignotius
sed hoc fieri nullo modo potest, ergo
non erit demonstratio in orbem
constituenda. Confirmatur propo-
sitiõ. Quælibet demonstratio pro-
progreditur per ea quæ sunt priora
& notiora: si ergo ex eo (v. g.) quod
homo est animal particeps rationis,
per demonstrationem colligimus,
hominem esse capace[m] disciplinæ,
animal rationis particeps erit prius,
& notius, quam capax disciplinæ.
Deinde vero si ex eo qd homo est a-
nimal capax disciplinæ, colligimus
illum esse animal particeps rationis
animal capax disciplinæ, prius, ac
notius erit, animali participi ratio-
nis. Sed animal capax disciplinæ, in
prima demonstratione, erat poste-
rius, & ignotius, animali participi
rationis, ergo idem esset prius, & po-
sterius, notius, & ignotius, si demõ-
stratio circularis admitti deberet.
Quod si respon. inquit Arist. nõ es-
se absurdum, idem esse prius, & po-
sterius, notius, & ignotius, alio,
& alio modo, prius, & notius natura,
posterius vero ac ignotius nobis, &
ita in prima demõstratione nos pro-
gredi per ea quæ sunt priora, & no-
tiora natura, in secunda vero, per
ea quæ sunt priora, & notiora no-
bis, solutionem hanc in hunc mo-
dum reicit. Demonstratio progredi
debet per ea quæ sunt priora, &
notiora simpliciter, & absolute, vt
docuimus in capi. superiori, ergo
quando

2. pars
capitis.

Conse-
sta.

Quorũ
dam.
Solutio.

Confuta
tio.

1. Arg.

quando progrediemur per ea quae sunt tantum priora, & notiora nobis, non utemur vera, & legitima demonstratione. Argum. itaque optime confirmat non posse in vera demonstratione circulum committi.

2. Arg.

F. Jam vero illos, &c. Secundum argum. Si in demonstr. committi posset circulus sequeretur idem confirmari per se ipsū: ut hoc fieri nequaquam potest: ergo neque in demonstr. circulus committetur. Ut confirmemus propositionem huius argum. constituendum erit cum omnibus dialecticis, in omni legitima argumētatione, quidquid sequitur ad consequens, sequi quoque ad illius antecedens. Hoc constituto propositio hoc pacto confirmatur. Hęc est legitima argumētatio. homo est animal particeps rationis, ergo homo est animal capax disciplinae, ergo cum ad consequens sequatur animal particeps rationis, quia bene sequitur homo est animal capax disciplinae, ergo homo est animal particeps rationis sequetur quoque ad antecedens vnde ex illo antecedente homo est animal particeps rationis, colligetur hoc cōsequens, quod est idē cum antecedente, ergo homo est animal particeps rationis: iam igitur si daretur demonstratio circularis, ita ut ex animali participi rationis colligeretur animal capax disciplinae, & rursus ex hoc velut per circulum colligeremus particeps rationis, idem colligeretur & confirmaretur per se ipsum. Hanc rationem tradit Arist. propositis elementis, quam nos ut clariorem redderemus in vocibus significantibus exposuimus.

3. Arg.

G. Præterea reciprocorum hoc genus, &c. Tertium. Demonstr. quemadmodum & quilibet alius syllogismus in orbem, solum effici potest in terminis paribus, & equalibus, &

in 1. modo. 1. figu. vt 2. lib. de prio. anal. cap. 5. docebamus: sed dantur pleræque demonstra. quae fiunt in terminis imparibus & in equalibus, vt sunt omnes ille in quibus concludimus proprietatem generis de aliqua specie, & dantur etiam multa quae fiunt in aliis modis aliarum figurarum, vt postea ostendemus: ergo non poterit fieri vt sit aliqua demonstratio circularis, & in orbē.

Scholia in caput tertium.

A. Quodnā sit institutum Arist. in hoc capi. dubium est apud interpretes. Quidam enim, e quorum numero videtur extitisse Philoponus, existimant institutum esse ostendere dari demonstra. Reuera tamen falluntur quia quaestio an sit prior est quaest. quid sit, vnde cum in cap. superiori proposita fuerit definitio demonstra. explicatūque quid illa sit, nequaquam erit in hoc cap. quaerendum an sit demonstratio cum iam illud in 1. cap. Arist. praestiterit. Alij vt Robertus Lincomensis existimant hoc cap. non spectare ad opus de demonstr. sed esse extra contextum, aliorum namque opiniones resellere non spectat ad demonstrandi artem, cū tantum ad eam pertineat confirmare, veram & necessariam propositionē. Caterum praestat si cum D. T. alijsq. interpretibus constituamus hoc cap. attinere ad opus de demonstra. illiusque institutum esse rejicere duos errores veterum Philosophorum, e quibus quidam existimarunt esse omnino auferendam scientiam rerum, alij vero etiam si admittebant illam dari, nihilominus per demonstra. in orbem illam

1. obserua.

Opinio Philop.

Lincomensis.

Verior opi. D. Tho.

comparandam esse arbitrabantur.
Obfer. 2 D. Inquit Arist. nō omnium que
 sciuntur esse demonstrat. sed posse
 nonnulla alio modo, quam per ip-
 sam cognosci. Quæ verba Phylopo-
Philo- nus exiſtimat referri debere ad sub-
ponus. stantias separatas, quia cognitio ter-
 minis statim apprehenduntur ab
 intellectu. Themistius hunc modū
Them- ad ipsum intellectum, (cuius ope
stius, cognoscimus propositiones imme-
 diatas cognitio terminis) reducen-
 dum esse arbitrat. Alij per hunc
 modū intelligi volunt diffinitio-
 nem, per illam enim statim intelli-
D. Tho. gimus immediatam habitudinem
 inter eam ac rem diffinitam. Multo
 tamen accuratius D. Tho. locum
 hunc interpretatur de habitu pri-

morum principiorum, illius namq.
 ope cognitio extremis statim absq.
 vilo medio prima principia intelli-
 gimus. Adnotat tamen ipsemet D.
 Tho. hoc loco, dū docet Arist. posse
 aliquid sciri absq. demonstra. **Obfer.**
 medio habitu primo principiorū,
 non esse intelligendam nomine sci-
 entię eam scientiam, quæ diffini-
 ta, fuit cap. superiori, cū enim hæc
 scientia sit effectus productus à de-
 monstra. nulla ratione poterit abs-
 que illa generari, sed intelligendam
 esse quandam certam, ac infallibi-
 lem primorum principiorum cog-
 nitionem, hæc enim sine demon-
 stra. auxilio potest per intelligentiā
 acquiri & comparari.

Disputatio in ea quæ ab Ari- sto. in hoc cap. 3. proposita fuerunt, vnica sectione compræ- hensa.

ARGUMENTVM.



Fferunt se in hoc cap. non nullæ græues diffi-
 cultates explicandæ, præsertim illæ quæ ad
 propositionem per se notam spectant, quas
 in hac disputatione conabimur explicare,
 videamus tamen prius, sit ne demonstratio in orbem, vel
 circularis ex omni parte vitiosa.

Seçti. vnica in cap. 3. 1. lib. de demonstratione.

Quæstio. I. An detur demonstratio in orbem.

Ratio.

Rationem hanc demonstrandi non esse vi. i. osam, his duobus argum. demonstramus. Primum possumus ex causa colligere effectum, ac rursus ab effectu causam confirmare; dabitur ergo demonstratio in orbem. Secundum. Ex forma inferimus aliquando finem, ac ex fine formam e contra demonstramus: iam ergo erit demonstratio in orbem merito constituenda.

1. Arg.

2. Arg.

Quidde mōstra. circularis.

In huius q. explicationem reuocandum est in memoriā quod lib. 2. prior. cap. 5. cum Arist. docuimus syllogismum circularem esse illum iuxta quem ex præmissis colligimus conclusionem, ac deinde quasi per circulum ex conclusione vna cum altera ex præmissis, alterā propositionem colligimus. Idē namq. quod eo loco de syllogismo in orbem explicuimus, de demonstratione circulari hic intelligi etiā volumus, efficitur enim ea, quando ex præmissis colligimus conclusionē, ac iterum ex conclusione vna cum altera ex præmissis, aliquā ex prius assumptis, propositionibus confirmamus. Sciendum est etiam demonstrationem in orbem fieri posse aut in solo vno genere demonstrandi, vt in sola demonstratione à priori, vel in sola demonstratione à posteriori, vel in diuersis generibus, sicut in vtraq. demonstratione, ita vt confirmemus in primis conclusionem per demonstra. à priori, ac deinde quasi per circulum vtamur demonstratione à posteriori, ad alteram ex propositionibus confirmandam. Neque est etiam obliuioni tradendum, demonstrationem circularem fieri posse in eodem, aut in diuerso genere causæ, in eodem vt si in genere cause materialis (v. g.) illam connectamus, in diuerso vero, vt si iuxta genus causæ materialis, ac finalis, vel efficien-

tis, & formalis, hanc demonstrandi rationē exerceamus, ita vt per materiam confirmemus finem, & finē iterato ex materia per circulum colligamus. His adnotatis litem hanc hisce assertionibus dirimimus. Prima sit.

In diuerso genere demonstra. dari potest demonstratio circularis. Confirmatur. Possumus nos per causas confirmare effectum, iterūq. per effectum causam circulariter colligere possumus, quemadmodū colligere possumus media demonstra. per causam, hominem (v. g.) esse capaxem disciplinæ, quia est animal particeps rationis, ac iterū hominem esse animal rationis particeps, per effectum: quia scilicet est capax disciplinæ: cum ergo prima demonstratio sit à priori, & secunda à posteriori (quæ duo sunt diuersa genera demonstrandi) dari poterit circulus in diuersis generibus demonstrationis.

1. con- clu.

Secunda conclu. In eodem genere demonstrandi in diuersis tamen causarum speciebus, ac formis, etiā potest demonstratio circularis proponi. Confirmatur in primis. Causæ sunt sibi inuicem causæ, vt auctor est Arist. 5. Metaphy. cap. 2. ergo poterit esse in causis circulus in demonstrando, quemadmodum est etiā in eisdem circulus in causando. Præterea. Confirmamus: Nō nunquam finē per formam, velut hominem esse natum ad beatitudinem perfruendam, eo quod constat anima rationis compote: ac e contra, formam medio sine, suademus, sicut hominem constare anima rationis vsu ornata, quia ad beatitudinem est destinatus. Arist. etiam cap. superiori per finem demonstrationis, materiam eiusdem inuestigauit, cuius quidem materiam per finem possemus nos e conuer-

2. con- clu.

fo indagare : iam ergo in diuersis
causarum generibus, nullum absur-
dum erit demonstrationem circula-
rem vsurpare.

3. **Conc.** Tertia sit, iuxta idē genus cau-
sæ, eandemq. demonstrandi ratio-
nem, nullo pacto potest demonstra-
tio in orbem obseruari. Hanc con-
clusionē confirmant argu. ab Arist.
in textu proposita. Primo quia fie-
ret idē esse & ignoti⁹ & notius, pri⁹,
& posterius. Secundo, quia idem cō-
firmaretur per se ipsum. Et tertio,
quia hæc demonstrandi ratio tantum
deseruit primo modo primæ
figuræ, cum tamen dentur pleræq.
demonstra. quæ in aliis modis re-
liquarum figurarum connectuntur.
Has tamen rationes luculenter
satis in contextu exposuimus.

4. **Cōcl.** Quarta conclusio. Simpliciter, &
absolute, non est demonstratio in
orbem concedenda, sed solum secū-
dum quid. Confirmatur ad hunc
modum. Demonstratio circularis
est hoc nomine ornata, quia quan-
dam habet cum circulo similitudi-
nem: Vnde quemadmodum in cir-
culo idem punctum est principium,
& finis lineæ, ita etiam in demon-
stratione circulari, idem debet esse
principium, & finis, simpliciter &
absolute: atqui quando vtimur di-
uerso genere demonstrandi, vel i-
dem demonstrandi genus in diuer-
sis causarum speciebus exercemus,
non est idem principium, idemque
finis, cum sint genera diuersa, nam
in sola demonstratione eiusdem ge-
neris, & iuxta idem genus causa ef-
fecta atque constructa, idem potest
inueniri finis, atque principium:
cum ergo nequeat in hoc genere
demonstrandi dari circulus, quāuis
dari possit in genere demonstran-
di quod progreditur vel per diue-
sa genera, vel per diuersas causas, sim-
pliciter, & absolute non erit admit-

tenda demonstratio circularis.

Ex his facillime dissoluentur ar-
gum. quæ in principio aduersus Ari-
st. effecimus, iam enim superest
explicatum qua ratione & in quo
genere causa fieri possit demon-
stratio circularis.

Ad argo
effecta.
in prin⁹

QVAEST. II. QVAENAM

sit propositio per se

nota.

Sunt qui nitantur confirmare nō
esse propositionē immediatā ac
per se notā eā in qua attributum &
subiectum sunt sic inter se conne-
xa, vt vnum eorum sit de essentia
alterius, ad quod confirmandum
quam plurimis vtuntur argu. Pri-
mum. Dantur plærque propositio-
nes, in quibus attributum non est
de essentia subiecti, cuiusmodi sūt
hæ *Omne rotum est maius sua parte. li-
nea parallela non concurrunt*, et aliæ
id genus, quarum quidem attribu-
tum non est de essentia subiecti, cū
tamen sint illæ per se notæ apud
Geometras: propositio ergo per se
nota nō erit eā in qua attributum
spectat ad essentiam subiecti. Secun-
dum. Hæ propositiones, natura est
motus est, sunt per se notæ, vt au-
ctor est Arist. 2. lib. physico. capi. 7.
itidemque hæc aliæ cælum est, terra
est: at in his attributum non est de
essentia subiecti, nam attributum
est esse, quod in solo Deo est de es-
sentia, & natura ipsius, ergo &c. Ter-
tium. Hæc propositio, nix est alba,
est per se nota, vt Arist. 3. lib. Topi-
proficitur nam nulla aget confir-
matione, cum sensu & experientia
cognoscatur: atqui in illa attributū
nō est de essentia subiecti, ergo, &c.
Hæc etia argum. connectit Aureo-
lus apud Capreolum, quæ autem se
quantur sunt Gregori. Primum. Su-
mamus

1. Argu.

2. argu.

3. Arg.

1. Arg.

namus has duas propositiones. In
tellectus est substantia, intellectus est qua
litas. Profecto in aliqua ipsarum at
tributum pertinet ad subiecti na
turam: atqui neutra est per se nota,
cum de ytraque sit maxima contro
uersia apud Philosophos: ergo non
omnis propositio in qua attributum
est de essetia subiecti, erit per se no
ta. Secundum. Hæc propositio. Ro
sa est flos, est attributum ad essentia
spectantis: atqui ea non est per se
nota, non enim est necessaria, cum
in hyeme sit falsa: ergo non omnis
propositio cuius attributum pertinet
ad naturam subiecti, per se no
ta censebitur. Tertium. In hac pro
positione, albedo est color, attributum
essentiale est ipsi subiecto: atqui nõ
est illa per se nota: iam igitur non
erit propositio per se nota illa in
qua attributu essentialiter conuenit
subiecto. Confirmatur assumptio,
Propositio per se nota, omnib' cog
noscentibus terminos nota esse de
bet: atqui hæc non est huiusmodi,
homini namque cæco ignota est: er
go hæc propositio albedo est color,
non erit per se nota.

Eam propositione docuerat A.
rist. in cap. esse per se notam, quæ
ab intellectu statim terminis cogi
tis intelligitur. Quæ quidem senten
tia nõ parum facelisit negotium in
terpretibus, quomodo sit intellige
da. Quidam enim vt Grego. 1. lib.
senten. dist. 2. quat. vnica sibi per
suadet nomine terminorum, ac ex
tremorum, in præfata Arist. senten
tia intelligendas esse voces, subie
ctum, & attributum propositionis
per se notæ exprimentes, ita vt sen
sus propositi Arist. dicti sit huius
modi. Propositio p se nota est quæ
cognoscitur cum primum termini,
id est voces, ac nomina, subiectum,
& attributum significantia probe
intelliguntur. Alij, vt Scotus 1. lib.

senten. dist. 2. q. 2. eam iudicat esse
propositionem per se notam, quæ
ex terminis propriis huiusmodi
propositionis cognoscitur, ea qui
dem ratione, qua existunt eiusmet,
& non alterius cuiuspiam proposi
tionis termini. Vnde infert ille eam
propositionem in qua attributum
prædicatur de diffinito, nõ esse per
se notam, cuiusmodi est hæc, homo
est capax disciplinæ: sed illa in qua
attributum prædicatur de diffini
tione, qualis est hæc altera, animal
particeps rationis, est capax disci
pline, quia iuxta Scotu diffinitio,
& diffinitum sunt diuersi termini,
& ita cum illa propositio in qua at
tributum prædicatur de diffinito
sit cõfirmanda per diffinitione dif
finiti, non erit illa per se, nota mani
festatur enim per aliã superiorem.
Sola igitur illa erit per se nota, in
qua attributum estertur de diffini
tione, hæc namque non habet su
pra se aliam per quam notificari
quæat. Tertia opinio est D. Tho. 1.
p. q. 2. art. 1. 1. cont. Gent. cap. 11.
1. senten. dist. 3. art. 2. Capreo. 1. sen.
dist. 2. q. 2. Caieta. in commenta, hu
ius loci, & 1. p. locq citato, Ferr. lo
co citato ex 1. cont. Gent. M. Soto q. 1. 1. 10
vnica huius cap. in solu. 9. argum.
ac fere omnium, quotquot sunt, re
centiorum, arbitrantium illam esse
propositionem per se notam, quæ
simpliciter absolute, & absque vlllo
addito cognitio terminis cognosci
tur.

His opinionibus recensitis vt ve
ram sententiam explicemus animad
uertimus primum cum B. Alberto
Mag. tracta. 2. de demonstra. capi. 6.
quod quemadmodum ea quæ ocu
lis obiiciuntur, in duplici sunt dif
ferentia, nã quædã proprio, ac in
nato lumine (velut carbunculus)
conspiciuntur alia vero lumine ex
trinseco, vt homo vel arbor, nam

Gggg 4 homo

Ad argo
effecta.
in prin

1. Argu

2. Argu

3. Argu

1. Argu

Secundo

Tertiu

1. opinio
Grego.

2. Opi.
Sco.

Consec,

3. Opi

homo ab oculis lumine solis interueniente conspicitur, ita quoque propositiones in duplici sunt differentia, quædam enim sunt quæ lumine sibi à natura inuito ab intellectu percipiuntur, velut axiomata, & generalia pronuntiata, quale est *Omne totum est maius sua parte*, ac rursus, *Impossibile est idem simul esse, & non esse*, & alia id genus innumera: alia vero sunt quæ ab intellectu medio aliquo lumine extrinseco, & alieno cognoscuntur, cuius generis censentur propositiones priuatæ, quarum cunque artium, velut in dialectica, in omni diuisione rem diuisam esse maiorem membris diuidētibus, nam hæc propositio nequit proprio lumine ab intellectu intelligi, sed æget lumine extrinseco, alteriusque propositionis, cuius ope possit ab illo comprehendere, vt huius, *omne totum est maius sua parte*, nam quia hæc propositio per lumen sibi innatum percipitur ab intellectu, & in omni diuisione res diuisa est totum, membra vero diuidētia sunt partes, hæc conclusio, in omni diuisione res diuisa est maior membris diuidētibus, percipietur ab intellectu lumine alieno. Iterum sciendum erit propositionem per se notam esse triplicem, quædam enim est per se nota natura tantum, & non nobis, vt est illa in qua attributum est de natura subiecti, nos tamen vtriusque habitudine ignoramus, vt est hæc propositio, *Deus est*, nã in illa attributum (videlicet esse) est de essentia subiecti, nimirum Dei, verum à nobis ob imbecillitatem intellectus non potest exacte habitudo inter Deum, & esse interueniens, comprehendere. Alia est propositio per se nota natura, & nobis, qualis est illa in qua attributum est de natura subiecti, talisque habitudo etiam à nobis apprehenditur id genus extat hæc, ho-

mo est animal, nam in ea & attributum pertinet ad essentiam subiecti, estque etiam huiusmodi habituendo attributum ad subiectum, nobis cognita, ac perspecta. Denique alia est propositio per se nota nobis tantum, ac non natura, velut illa quæ à parte rei apta est, & nata, per aliam propositionem priorem nota fieri, nobis tamen iuxta cognitionem sensus nulla ratione potest per aliam esse nota, sed immediate nata est ab eo apprehendi, cuiusmodi est hæc propositio, *nix est candida*, quæ à parte rei medium habet, per quod confirmari quærit nimirum definitionem candoris: at respectu facultatis videndi, omni medio est destituta, quia visus immediate niuem candidam esse intuetur. Hanc autem propositionem per se notam diuisionem esse exactam, & accuratam, ad hunc modum Caieta confirmat. *Anno exCais*
 Omnis propositio per se nota est immediata: quia per se nota vocatur illa quæ non est per aliud medium à priori nota, & hæc eadem vocatur propositio immediata, illa scilicet quæ caret medio à priori per quod confirmari valeat: sed propositio immediata triplex est, quædam secundum se & non nobis, alia immediata secundum se, & nobis, & alia nobis, non tamen secundum se, vt docuimus in capite superiori: ergo hæc triplex quoque erit propositio per se nota. Preterea propositio per se nota nobis, & natura, subdividenda erit in propositio per se notam natura, & nobis tam peritis, quàm imperitis, & in propositio per se notam natura, & nobis, tantum peritis, prioris generis est hæc propositio. Omne totum est maius sua parte, quæ ab omnibus hominibus tam peritis, quam imperitis percipitur, posterioris vero est hæc, corporea sunt in loco, in corporea verum nequaquam sunt in illo, quæ a-

Obser. 2

I. Co
clu.

Anno
exCais

thore

thore Boetio in libello de hebdomadibus, & peritis, & sapientibus, tantum percipi potest.

I. Conclu. His annotatis sit prima conclusio. Omnis illa propositio, in qua attributum, & subiectum, ita sunt connecta, ut vnum eorum sit de essentia alterius, est per se nota secundum naturam. Confirmatur aduersus Gregorium Ariminensem contrarium opinantem, ad hunc modum. Omnis propositio immediata, est per se nota: sed omnis propositio in qua attributum est de natura subiecti, est immediata, quia essentia, & natura, immediate vnitur cum re illam habente, ergo erit quoque omnis huiusmodi propositio per se nota. Animaduertendum est tamen cum Capreolo in loco supra annotato a nobis, in solutione primi argumenti, quinq. modis posse aliquid esse de essentia, & natura alterius: Primo quando attributum est tota definitio subiecti, ut quando animal particeps rationis attribuitur homini: Secundo quando attributum est tantum pars definitionis subiecti, ut quando animal tantum attribuitur eidem: Tertio, quando subiectum est definitio, aut de definitione attributi, ut quando dicimus animal particeps rationis, esse hominem: Quarto, quando attributum habet se ad modum cuiusdam definitionis, vel descriptionis subiecti, ut quando dicimus omne totum esse maius sua parte: nam hoc attributum, quod est, esse maius sua parte, est quaedam descriptio totius: Quinto quando e contrario, subiectum habet se veluti definitio quaedam, vel descriptio attributi, ut quando ita dicimus, omne quod est maius sua parte, est totum. Igitur, cum his quinq. modis possit aliquid esse de natura alterius, quando in proposita assertionem profitemur illam vocari propo-

sitionem per se notam, in qua aliquid, vel subiectum, vel attributum, est de essentia alterius, intelligendum est, aliquo ex his quinque modis recensitis, neque illa ad vnum aliquem modum tantum est coartanda. Caietanus 1. p. in eo loco quem proposuimus, ita explicat hanc assertionem, ut dicat aliquid esse de natura alterius, posse intelligi duobus modis, primo, ita ut sit attributum essentiale, vel ut formaliter praedicatur, quia ratione animal est de natura hominis. Secundo ita ut fluat a natura subiecti, vel ut virtualiter in eadem contineatur, quia ratione prima proprietates, est de natura subiecti, quia fluat immediate ab illa. Itaque illa propositio est per se nota, in qua attributum est de natura subiecti, vel primo, vel secundo modo, tam formaliter, quam virtualiter, et ita propositiones quae sunt in primo, & secundo modo dicendi per se, erunt per se notae, in primo, quia in illis attributum est essentiale subiecto: in secundo vero si fuerit attributum prima proprietates, quia cum illa fluat immediate ab attributis essentialibus, de essentia quoque nuncupabitur. An vero illae propositiones in quibus subsequentes proprietates de subiecto praedicantur vocari debeant per se notae, in sequentibus disputationibus explicabimus. Eadem propter rationem assertionem hanc interpretatur Ferrariensis, 1. lib. cont. Gent. cap. 11.

Secundum conclusio. Dantur per multas propositiones per se notae naturae, in quibus attributum non est de essentia subiecti. Confirmatur. Illa propositio in qua vna categoria negatur de altera, est per se nota. Praeterea hoc axioma, impossibile est idem simul esse, & non esse, est quoque per se notum natura, & pariter ratione, illa propositio in qua vna

diffinitio negatur ab altera diffinitione, vt cum dicimus, animal particeps rationis, non esse animal inanimabile (si hæc sit diffinitio equi) omnes inquam hæc propositiones, & altæ huiusmodi, sunt per se notæ: sed in illis attributum non est de essentia subiecti, neq. è conuerso vt est apertum: ergo dabuntur multæ propositiones per se notæ, quæ non exprimēt attributum aliquod essentialē. Dicitur est autem in conclusione per se notas natura, quia si loquāmur de propositionibus per se notis tantum nobis, certum est dari multas in quibus attributum non est de natura subiecti, nam hæc propositio, coruus est ater, est per se nota nobis, cum sensu, & experientia hoc ita esse cognoscamus, in qua tamen attributum non est de natura subiecti.

Quod si nobis obiciat authoritatem D. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. propositionem illam esse per se notam in qua attributum est de essentia subiecti, ac ita ruere hanc assertionē in qua dicimus dari multas propositiones per se notas, in quibus attributum non est de essentia subiecti. Respon. D. Tho. per hæc verba non tradidisse diffinitionē quādam generalē propositionis per se notæ, has omnes propositiones ambientem: sed tantum docuisse illā propositionem in qua attributum est de natura subiecti, esse per se notam, quod est verissimum, non autem quod omnis propositio per se nota, debeat esse ea in qua attributum sit de natura subiecti, quemadmodum etiam antea in locis citatis Capreolus, & Caieta, adnotarunt. Vnde colligendum erit, omnem illam propositionem esse per se notam secundum naturam, cuius cognitio dependet ex sola cognitione terminorum, non quidem vocum,

vt inepte voluit Gregorius, sed rerum significatarum, quia Arist. nō instituit de vocibus, sed de rebus significatis per eas disputare: præterea terminorum absolute, & non vt sunt termini illius propositionis, quemadmodum placuit Scoto, aduersus quem q. sequenti agemus siue in huiusmodi propositionibus attributum fuerit de natura subiecti, siue non fuerit.

Reliquū est iam, vt ad argu. Aureoli, & Gregorij sigillatim respondeamus. ac in primis ad tria Aureoli. Ad 1. dicimus attributum in his propositionibus, non esse de essentia subiecti primo, vel secundo modo, ex illis assignatis, esse tamen de essentia quarto modo, quia illud obtinet locum diffinitionis subiectorum vt in prima propositione, totū esse maius sua parte, obtinet locum diffinitionis totius, & in secunda, non posse concurrere, habet locum diffinitionis linearum parallelarum. Ad secundum. respon. has propositiones, non esse per se notas natura, possunt enim à priori per ipsum esse confirmari, quia omne quod habet esse est, sed natura habet esse: ergo natura est. Esse tamen notas nobis, sensu scilicet, & experientia, & ita loquitur Arist. inquit, ineptum esse velle demonstrare naturā esse, vel motum esse, cum hoc sensu & experientia sit notissimum. At nos in 1. conclu. solum agimus de propositione per se nota secundum naturam. Ad tertium eodem modo factis facimus, hanc propositionē, nix est alba, esse per se notam, non autē natura, cum possit confirmari per diffinitionem subiecti, vel attributi. Facilius tamen ac breuius his tribus argu. occurrere possumus, si dicamus, nos nō docere in omni propositione per se nota, attributum debere esse de natura subiecti, sed
solum

7. Solu.

Ad 1. argu.

2. argu.

3. argu.

solum asserere omnem propositionem, in qua attributum est de natura subiecti, esse etiam per se notam ut in secunda conclu. asseruimus: & ita quamuis in propositionibus in his tribus argu. adductis attributum non sit de natura subiecti, poterunt nihilominus esse illa per se nota.

Ad 1. Grego.

Respon. iam secundo loco argu. a Grego. aduersus nostram explicatam sententiam effectis. Primo quidem satisfacimus, aientes quandam ex duabus in illo assignatis propositionibus, esse per se notam natura non tamen nobis, quia cum nos rerum omnium essentialia attributa exacte non intelligamus, quamuis a parte rei aliquod ex illis duobus attributis fuerit essentialia, nobis tamen non erit, & ita de vtraq. dubitamus, quodnam conueniat intellectui, vnde erit aliqua propositio ex illis nota secundum naturam, non tamen nobis. Ad secun. dicimus hanc propositionem, rosa est flos, esse necessariam, ac semper veram, vt de rebus vniuersis agentes docuimus. Grego. autem innititur falsa opinioni, nullam propositionem esse perpetuam, & aeternam veritatis.

2. argu.

Ad tertium tandem dicimus quosdam esse propositiones per se notas natura, & nobis omnibus, vt est haec, omne totum est maius sua parte, alias vero esse per se notas natura, & nobis quibusdam, vt est haec propositio, incorporea non sunt in loco. Haec igitur propositio, albedo est color, est per se nota natura, & nobis, non omnibus, sed nobis habentibus facultatem videndi, & ita homini caeco, nequam erit per se nota propositio.

3. arg.

QVAEST. III. AN PROPOSITIO in qua predicatur proprietas de subiecto sit per se nota.

EAndem de propositionibus per se notis disputationem prosequamur, perpendamusque num illa propositio in qua proprietates dicitur de subiecto, sit per se nota nec ne: Nam non esse illam per se notam, in qua vel prima, vel reliqua proprietates de subiecto, aut de illius diffinitioe predicantur, ita poterimus suadere. In primis vero quia tota haec quaestio ex illa pedit, an diffinitio, & diffinitum sint vnum, ac idem extremum, hoc in primis erit confutandum. Primoque ita propositio in qua prima proprietas predicatur de diffinito, est demonstrabilis, ergo non erit per se nota: sed propositio in qua predicatur proprietates de diffinitione est indemonstrabilis, quia est principium demonstrationis, ergo ad constituendam propositionem per se notam, non erunt idem diffinitio & diffinitum. Deinde si diffinitio & diffinitum, essent idem terminus in propositione per se nota, haec duo incommoda sequerentur, primum vt in propositione soli duo termini reperiretur, subiectum scilicet, quod est diffinitum, & proprietas, alius namque terminus quod est medium verbum, (nimirum diffinitio subiecti) secundum nostram sententiam a subiecto non distinguitur. Secundum incommodum est, quod in demonstra. committeretur petitio principii, petimus enim concedi nobis in propositione de diffinitione, quod est concludendum in conclusione de diffinito: atqui haec vtraque duo absurda sunt, & maxima incommoda: ergo diffinitio, & diffinitum, in propositione

1. Argo

2. argu.

Ad 1. ar gum.

2. argu.

3. argu.

positione per se nota non erunt vnum ac idem. Præterea. Potest aliquid esse per se notum de diffinitione quod tamen est de diffinito ignotum: alius ergo terminus erit diffinitio, & alius diffinitum in propositione per se nota. Consequentia est aperta, confirmatur antecedens. Per se notum est ante demonstratum animal particeps rationis, esse capax disciplinæ, & non est per se notum de homine, qui est diffinitum, cum per demonstrationem de illo confirmetur: ergo aliquid potest esse per se notum de diffinitione, quod de re diffinita est ignotum. Jam. Il la propositio quæ potest confirmari a priori, nequaquam debet censerī per se nota: ac propositio in qua prima proprietas de diffinito enuntiatur, confirmari potest a priori, per diffinitionem subiecti, vel proprietatis: ergo huiusmodi propositio non erit per se nota. Rursus Omnis propositio per se nota est immediata: at illa in qua reliquæ proprietates præter primam de subiecto prædicantur non est immediata, cum inter subiectum, & illas, intercedat media prima proprietas: ergo huiusmodi propositio non erit per se nota, vt postea ostendemus.

Scotus. Scotus 1. lib. sen. d. 2. q. 2. existimat, ad constituendam propositionem per se notam, diffinitionem ac rem diffinitam, esse terminos inter se maxime diuersos. Iuxta illū itaque omnis propositio in qua aliquid præter diffinitionem de re diffinita dicitur, per se nota non erit, cum per diffinitionem ipsius subiecti nota fieri queat. Colligendum etiam erit ex illius opinione, illam attributionem in qua proprietas effertur de subiecto, minime esse per se notam, vt hanc, omnis homo est capax disciplinæ: quippe cum pos-

sit ea per diffinitionem hominis (animal scilicet particeps rationis) manifestari. Alij collocant discrimen inter primam, & sequentes proprietates, dicuntq. illam propositionem in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, esse immediatam, eo quod inter eam, & subiectum, non sit aliquod medium, illam vero in qua aliæ proprietates præter primam de subiecto enuntiantur, non esse immediatam, eo quod intercedat prima proprietas tanquam media inter subiectum, & ipsas. Cum autem omnis propositio immediata sit per se nota, illa propositio in qua prima proprietas de subiecto suo effertur, erit per se nota: ea vero in quibus secunda, & reliquæ proprietates de eodem prædicantur nequaquam per se notæ censentur. Hanc opinionem sequuntur Caieta, Ferrarīe, Sotus, Nonn la cor secta.

In huius igitur nostræ sententiæ explicationem sic prima conclu. ad explicandum Scotum. Ad constituendam propositionem per se notam, minime concurrunt tanquam duo termini ac extrema diuersa, diffinitio, & diffinitum. Confirmatur in primis. Dum diffinitio, & diffinitum componunt alterius generis, quam per se notas propositiones, non censentur duo termini, ac extrema inter se diuersa; neq. igitur duo termini, ac extrema diuersa, iudicabuntur dum per se notam propositionem component. Consequentia aperta est, confirmatur antecedens. In his duabus propositionibus, animal

2 Opin.

Caieta,
Ferrariē
Sotus,

conclu.

Obfer

mal. particeps rationis currit, & ho-
mo currit, in quarum prima cur-
re prædicatur de diffinitione, in se-
cunda de diffinito, diffinitioq. ac
diffinitum vnus ac idem sunt ter-
minus, vnusq. ac idem extremū,
nam qui admittit vnā, etiam ad-
mittit & aliam, ac è contra: diffini-
tio ergo ac diffinitum non erunt di-
uersi termini in propositionibus.
Deinde. Quæ tantum differunt pœ-
nes concipi ab intellectu confuse
vel distincte, nequaquam extant di-
uersi ac distincti termini, quia hoc
vel alio modo concipi ab intellectu
nihil ponit in rebus: at diffinitio &
diffinitum solum differunt pœnes
concipi ab intellectu confuse vel
distincte, quia quod significatur
vel concipitur confuse per diffini-
tum, significatur vel concipitur a-
perte ac distincte per diffinitionē:
ergo diffinitio & diffinitum ad pro-
positiones per se notas constituen-
das nequaquam tanquam termini
diuersi concurrent.

Nonnul-
la con-
secta.

Ex hac conclusione colligimus
in primis diffinitionem, & diffini-
tū a parte rei esse rem vnā, & ean-
dem: deinde in omni demonstratio-
ne cuius medium est diffinitio sub-
iecti solum inueniri duos terminos
nimirum diffinitum ac propieta-
tem, diffinitio namq. non debet cē-
feri alius terminus a re diffinita di-
uersus: tertio in ea demonstratio-
ne in qua proprietatem de subiecto
per illius diffinitionem concludi-
mus committi a parte rei petitionē
principij, petimus enim in propo-
sitione concedi nobis de diffinitione
quod est in conclusione de re diffi-
nita concludendum. Cæterum in
eadem demonstratione respectu
nostri neq. committimus petitionē
principij, neq. soli duo termini in
ea inueniuntur sed tres potius. Id
autem vt intelligamus animadu-
er-

Obser.

timus demonstra. non esse proprie-
tatem aliquam rerum, quæ in ipsa
pertractantur, sed esse instrumen-
tum intellectus humani quo medio
veritates necessarias & infallibiles
per discursum intelligit, vnde &
quandam affinitatem cum huma-
no intellectu obtinet. Cum igitur
hæc sit vis intellectus humani vt
separet ea quæ sunt vnita, intelli-
gatq. eandem rem aperte ac distin-
cte qua per diffinitionem significa-
tur, & obscure qua velut diffinitū
exprimitur: pari etiam ratione diffi-
nitum in demonstratione vt per
propriū nomen exprimitur con-
fuse intelligetur, idem vero vt per
diffinitionem explicabitur distin-
cte cognoscetur. Erunt igitur in de-
monstratione respectu nostri tres
termini constituti diffinitum scilicet,
qua per diffinitionem distincte
ac aperte explicatur, idem præterea
diffinitum ea ratione qua obscure
per propriū nomen declaratur,
ac denique proprietatem quam de ip-
so diffinito in conclusione colligi-
mus. Nec commitemus iterum in
demonstratione petitionem prin-
cipij quo ad nos ac respectu nostri,
quia intellectus in propositione id
solū sibi concedi petit de diffinito
clare ac aperte per diffinitionem sig-
nificato ac expresso, quod deinde
in conclusione de eodem diffinito
obscure quidem per propriū no-
men explicato insert ac colligit,
quod certe quo ad nos non est pete-
re principium, neq. enim petimus
aliquid de eadem re eodem modo
sumpta nobis concedi.

Secunda conclusio. Illa proposi. 2. Conq-
tio in qua prima proprietatem tam de
diffinitione quam de diffinito præ-
dicatur est per se nota. Primam par-
tem huius conclusionis constitui-
mus aduersus Capreo. in 1. dif. 2.
q. 2. in solutio. 1. argu. dicto 2. opi-
nantem

2 Opia.

Caleta,
Ferrand
Sotus,

1. Gocleij

bi. b. 317
ob. 317
1225. 2
1218

nantem eam propositionem in qua prima proprietas prædicatur de definitione subiecti, non esse per se notam, eo quod possit illa à priori, per definitionem proprietatis demonstrari, quemadmodum hæc propositio, *animal particeps rationis est capax disciplinae*, confirmari potest per definitionem proprietatis ad hunc modum. *Omne animal quod est natum ad consequendam disciplinam, est capax disciplinae: at omne animal particeps rationis est natum ad disciplinam consequendam: ergo omne animal particeps rationis est capax disciplinae.* Recurra tamen decipitur Capreo. (Vir alioqui doctissimus) definitio namq. ac diffinitum apud Thomistas, vt confirmatum super est, vnū & idem à parte rei existunt, quare à parte rei definitio, neq. erit prior diffinito, nec poterimus per eam à priori proprietatem conuenire definitioni subiecti, confirmare. Haud dubie igitur erit propositio illa, in qua prima proprietas de subiecti definitione prædicatur, per se nota ac immediata iudicanda. Secundà vero partem eiusdē assertionis cū D. Tho. lecti, 36. eiusdem I. lib. de demonstra. aduersus Scotum constituimus, quam hoc pacto confirmamus. Omnis propositio immediata, est per se nota: sed omnis propositio in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, est immediata: ergo erit etiam per se nota. Confirmatur assumptio. Iuxta Scotū propositio illa in qua proprietas de definitione subiecti effertur est immediata: atqui ad constituendam propositionem immediatam, ac per se notam, diffinitio, ac diffinitum nō distinguuntur: ergo propositio illa in qua prima proprietas dicitur de subiecto, erit etiam immediata.

Tertia conclusio. Illa propositio **g. conclusio** in qua reliquæ proprietates præter

primam de subiecto prædicantur, per se nota dici potest, quin etiam & è cōtra, nō per se nota, alio tamē, ac alio modo. Vt hæc intelligatur animaduersione dignū est, duplicem esse propositio per se notam, vnā secundum causam, & alteram secundum attributionem, cum enim propositio per se nota, eadem sit cum immediata, dictumq. sit à nobis in cap. superiori, quasdam esse propositiones immediatas secundum causam, & alias secundum attributionem, quasdam etiam propositiones asserendæ erunt per se notæ secundum causam, velut illæ in quibus inter subiectum, & attributum nō intercedit vlla causa media, aliæ vero dici debebunt per se notæ secundum attributionem, in quibus inter subiectum, & attributum non intercedit aliud medium attributionis. Dicimus itaq. propositionē illam in qua reliquæ proprietates præter primam de subiecto prædicantur, esse immediatam, ac per se notam, secundum attributionem, quia omnes proprietates immediate prædicantur de subiecto proptio, non esse tamen immediatā nec per se notam, secundum causam, nam inter subiectum ac secundam proprietatem, intercedit prima proprietas, tamquā causa media, subiectū namq. immediate solam primam proprietatē producit, mediaq. prima, secundam, ac secundæ proprietatis ope, tertiam procreat, sicq. de alijs contingit. Ex hac re conclusio nem in hunc modū confirmamus. Illa propositio est immediata quæ est destituta medio, per quod confirmari quæat: at illa propositio in qua reliquæ proprietates præter primam dicuntur de subiecto, destituntur tantum medio secundum attributionem, non autem secundum causam, erunt igitur immediatæ

Obler.

Ad 1

Expi.
conclu.

Ad 2.

Contra

Ad 3.

ca 10

Effici. id
ipsū de
2. p. eius
asser.

ta secundum attributionem, non tamen secundum causam; quod si hac ratione extiterint immediatæ, erunt etiam & eodem modo (nimirum secundum attributionem) per se notæ, non vero secundum causam, quia immediatum, ac per se notum, rem vnam, ac eandem declarant.

Ad 1.

Dissoluamus iam argu. præfata. Ad 1. igitur distinguimus propositionem: nam vel loquimur de illa secundum se, vel ratione nostri modi intelligendi. Si primo modo loquamur, propositio in qua concludimus proprietatem de redifinita, tam immediata, & per se nota est quâ sit, & extet illa in qua concludimus proprietatem de difinitione: si vero secundo modo agamus, concedimus illam esse demonstrabilem, & non esse per se notam. Vtrum quando ipsi dicimus illâ propositionem esse per se notâ, in qua prima proprietas de subiecto prædicatur, agimus de illa secundum se, & non ratione nostri.

Ad 2.

Ad secundum respon. Si nos loquamur de difinitione & difinitio secundum rem, committi in demonstratione petitionem principij, quia progredi à difinitione in argumentatione est petere manifeste principium, vt D. Tho. in opuscu. de fallacijs profitetur: tantumq. sunt duo termini difinitura scilicet, & proprietates. Quod si loquamur quo ad nos. neque principium, petimus neq. duos tantum sed tres terminos accipimus, vt iam in quæstione dedimus explicatû. Ad tertium dicimus, nihil esse notum de difinitione secundum se, quod non sit etiam de re difinita notum, atq. perspectam, ac proinde quemadmodum ante demonstrat. hæc propositio, animal participis rationis est capax disciplinæ, est per se nota: ita etiam & hæc al-

tera erit a parte rei per se nota, homo est capax disciplinæ: verum propositio in qua proprietas prædicatur de difinitione, erit per se nota respectu nostri, illa vero in qua ipsa prædicatur de difinitio nequam per se nota erit. Ad quartum distinguimus assumptionem, nam vel loquimur de hac propositione a parte rei, vel quo ad nos: si primo modo agamus nequit illa confirmari à priori, quia difinitio per quam illa confirmari potest (vt dictum est) minime differt a parte rei, a re difinita: si vero altero modo loquamur, nihil obest quo minus a priori confirmari valeat: at nos non instituumus sermonem de hac propositione secundo modo, sed primo. Ad 5. quidam respon. falsum esse omnem propositionem per se notâ debere esse immediatam. Hi tamen ignorant propriam rationem propositionis per se notæ, & immediatæ, quia per se notum id est, quod non per aliud notum, & hoc est esse propositionem immediatam, id est cognitam non per aliud medium. Hac igitur solutione prætermissa, breuiter aimus, illam propositionem in qua aliæ proprietates præter primam de subiecto dicuntur, esse immediatam secundum attribu. & non secundum causam: & ita quoq. esse per se notam secundum attributionem, & non secundum causam.

QVAES. III. AN OMNIS propositio per se nota sit etiam nobis nota.

Superiores quæstiones hæc altera sequitur, num omnis propositio per se nota, sit etiam nobis nota, neq. enim desunt in hac re variâ placita philosophorum, oportet tamen confirmemus quo ad primû, omne

Obfer.

Expi. conclu.

Confer.

Ad 3

Ad 4o

Ad 5o

Ad 6o

Ad 7o



omnem propositionem per se notā esse etiam nobis notam, quod duobus argu. præstare possumus. Primum est. Omnis propositio quæ est nota omni intelligenti propriis conceptus, est per se nota nobis, cognitio enim nostra ex cognitione propria subiecti, & attributi propositionis dependet, sed omnis propositio per se nota est omni intelligenti ex propriis conceptibus subiecti, & attributi cognita: ergo omnis propositio per se nota, erit quoque nobis nota. Secundum. Si aliqua propositio esset per se nota natura, & non nobis, maxime hæc, Deus est: atqui hæc est etiam per se nota nobis: eadem igitur propositio erit per se nota natura, & per se nota nobis. Confirmatur assumptio. Prolata hac propositione, vel per illam intelligimus significatum subiecti & attributi, vel non intelligimus: si non intelligimus, ergo alia erit propositio ore prolata, & intra mentem retenta, si vero intelligimus significatum subiecti, & attributi iuxta proprios conceptus, ergo erit propositio nobis nota, quia illud est nobis notum, quod intelligitur per proprios conceptus: sed hæc eadem propositio est per se nota natura: ergo eadem propositio nobis, & natura per se nota esse poterit.

1. opin.
Seco.

In hac questione explicanda est prima opinio Scoti in 1. dif. 2. q. 2. & Aureoli apud Capreolum in eodem lib. dist. & q. existimantium, omnem propositionem per se notā esse etiam nobis notam, cum enim illa sit evidens ex propriis conceptibus terminorum, in quocumque intellectu illa collocetur, erit evidens & per se nota. Censent itaque superfluum esse distinctionem propositionis per se notæ, in per se notam natura, & per se notam nobis, Ceterum alia opinio longe verior est

Secu.

D. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. r. contra Gent. cap. 11. aliisq. in locis, Careta & Ferrari illius in 1. p. loco citato, & in cōmenta. huius cap. huius vero in cōmenta. loci ex 1. cont. Gent. citati, Capreoli in 1. dif. 2. q. 2. ac fere omnium Philosophorum constituentium non omnem propositionem per se notam, esse etiam nobis notam. Vnde opinatur diuisionem præfatam, esse accōmodatam, & accuratam.

Hanc igitur postremam sententiam vnica conclu. explicamus. Nō est eadem propositio per se nota natura, & per se nota nobis. Confirmatur primo. Omne secundum essentiam notū, est etiā per se notū, esse enim notū dicitur de eo, quod est per se, & per aliud notū: sed quædā sunt quæ non nobis sed secundum essentiam, & naturam sunt nota, erūt ergo quædam propositione per se notæ suapte natura, & non nobis. Iterum. Omnis propositio significat rem aliquam, quæ nata est ab intellectu apprehendi: ergo idē iudicium erit de propositione, & de re quæ nata est intelligi: sed dantur quædam naturæ ex se aptæ & natæ vt intelligantur, & non nobis, vt substantiæ separata, alię vero natę sunt & aptæ a nobis intelligi velut substantiæ ortui, & interitu obnoxia, quæ a nostris sensibus percipiuntur, vt author est Arist. 2. lib. Metaphy. cap. 2. quædam ergo erunt propositiones, per se notæ natura, & non nobis, qualis est hæc propositio Deus est, in qua attributum est de natura subiecti, later tamē nos habitudo inter subiectū & attributum interueniens: rursus que aliæ erunt per se notæ nobis, velut illæ in quibus habitudo subiecti ad attributum distincte comprehenditur.

Iam ad argu. ad 1. distinguimus pro.

Opinio
D. Th.

Conclu.
Vni.

Ad 1.
argum.

Ad 1.
argu.

1. Par.
capit.

Opinio
D. Th.

Ad 1.
argum.

propositionem, nam vel est nobis sermo de cognitione conceptuum propositionis clara & distincta, vel de cognitione obscura & confusa: si de distincta agamus, vera est propositio, at dantur multe propositiones per se notae, in quibus conceptum distinctum & apertum subiecti, & attributi nequaquam producere possumus, talis est haec, Deus est, nullus enim viator potest in mente distinctum conceptum ipsius Dei efformare. Quod si de confusa cognitione agamus, eandem propositionem dissemur, vt enim aliqua proposi. quae est per se nota, natu. sit etiam per se nota nobis, concipi debet ab intellectu iuxta conceptus distinctos, & manifestos, velut haec altera, omne totum est maius

sua parte, verum quia non omnis propositio per se nota potest ab intellectu concipi iuxta distinctos, & apertos conceptus, non semper eadem propositionem per se notam natura, & per se notam nobis esse continget. Ad secundum respon. assignatam propositionem esse notam iuxta proprium eius significatum, non quidem conceptu distincto, sed solum confuso & obscuro, dum enim hanc mortalem vitam ducimus, confusa tantum cognitione Deum intelligere valeamus: at vero vthuiuscemodi propositio, quae per se nota est, etiam sit nobis nota, debet iuxta proprios conceptus subiecti, & attributi clare, ac distincte intelligi atque cognosci.

Ad 2.
argum.

Conclu.
Vni.

C A P. IIII. D E M O. dis dicendi per se.

ARGVMENTVM CAP.

IN quatuor partes est caput diuisum. In prima confirmat demonstr. constare debere propositionibus necessariis, in secunda quid sit dici de omni, in tertia quot sint modi dicendi per se & in quarta quid sit attributum vniuersum declarat.

COMMENTARIA.

r. Pars
capitis.

Insituit in hoc cap. Arist ostendere demonstra. constare ex propositionibus necessariis. Veru quia propositio necessaria debet esse de omni, per se & vniuersa, propterea Arist. in hoc eodem cap. de his omnibus latu sermonem instituit. In principio vero cap. hanc assertionem statuit.

A Quoniam autem, &c. Omnis demonstratio constare debet ex praemissis necessariis. Hanc huiuscemodi argum. confirmat. Conclusio necessaria tantum potest confirmari ex praemissis necessariis, quamuis enim aliquando ex contingenti colligatur necessarium, ex illo tamen nequaquam id ipsum confirmari potest: sed conclusio demonstratio nis est necessaria, cum aliter se ha-

Vnica
conclu.

Hhhh bere

Ad 1.
argum.

bere non possit, ergo tantum poterit ex propositionibus necessariis confirmari: at confirmatur illa per demonstrationem: demonstra, igitur ex præmissis necessariis constitui debet.

2. Pars
capitis.

Quid sit
dici de
omni.

B *In omni id dicitur, &c.* Præfata assertione (tanquam firmissimo fundamento) constituto, iam in reliquis partibus huius cap. explicandum suscipit quid sit dici de omni, per se, & vniuersè. Dici de omni est quando nihil continetur sub subiecto, de quo non vere affirmetur attributum in omni temporis differentia, quæ admodum animal dicitur de omni homine, quia nihil sub homine continetur, de quo animal non vere, & omni tempore affirmetur. Vnde de duæ conditiones requirentur, vt aliqua propositio sit de omni. Prima vt attributum vere affirmetur de subiecto, ob cuius defectum hæc omnis homo est albus, non erit propositio de omni, attributum enim non affirmatur vere de omni contento sub subiecto: altera est, vt attributum non solum vere, sed & in qualibet etiam temporis differentia de omni contento sub subiecto efferatur, quare hæc propositio, omnis homo vigilat, nõ est de omni, quæuis enim attributum vere affirmetur de subiecto, non tamen de eo in qualibet temporis differentia prædicatur.

Confir.
propo.
diffinit.

C *Quod vero id sit in omni, &c.* Confirmat Arist. diffinitionem propositam de omni esse accuratam hoc pacto. Si quis conetur euertere aliquam propositionem esse de omni vel proponet aliquid indiuiduum contentam sub subiecto, de quo nõ affirmetur vere attrib. vel aliquid aliud de quo licet vere affirmetur, in omni tamen temporis differentia minime prædicatur. Sit exemplum. Velit quis ostendere hanc nõ

esse de omni, omnis homo est albus, hic certe proponet athyopen contentum sub homine, de quo attributum (albus nempe) non affirmatur. Velit itidem aliquis demonstrare contendens hanc omnis homo vigilat, nequaquam esse propositionem de omni, is adducet haud dubie Petrum (v. g. dormientem) sub homine contentum, cui nõ semper competit vigilare: iam igitur dici de omni recte diffinitum supererit quando nihil sub subiecto continetur, de quo attributum non & vere, & omni tempore affirmetur.

D *Per se autem, &c.* Proponit iam Arist. in 3. huius cap. parte quatuor modos dicendi per se. Primus quando attributum est de natura subiecti, hic autem est quando illud vel est tota diffinitio essentialis, vel pars diffinitionis subiecti, tota diffinitio, vt cum dicimus hominem esse animal particeps rationis, pars autem diffinitionis, velut cum dicimus hominem esse participem rationis, vel esse animal. Hoc autem intelligendum est, non tantum quando attributum prædicatur secundum essentialitatem, & in recto, vt in exemplis adductis: verum etiam cum in obliquo dicitur, vt cum punctum de linea dicitur, seu vnitatis de numero, quia huiusmodi prædicationes, nequeunt in recto fieri, sed in obliquo tantum effici possunt, nam dicimus lineam componi ex ductu puncti, numerumque ex unitatibus, quæ tamen propositiones sunt in hoc primo modo dicendi per se.

E *Deinde illa etiam per se, &c.* Secundus modus, dicendi per se est, quum subiectum est de essentia attributi, iuxta quem proprietates efferuntur de subiecto, nam tunc temporis subiectum de essentia est attributi, cum proprietates essentiali diffinitione de
beat

3. Pars
capitis.
1. modus
dicendi
per se,

2. modus

3. m

4. m

Dicitur
inter
hos
inter

beat per subiectum diffiniri. Vnde hæc propositio homo est risibilis: est in secundo modo dicendi per se: attributum enim in illa proprietas est subiecti. Hoc eodem modo dicendi per se, rectum, & inflexum, de linea, par, & impar de numero prædicantur.

3. mod. F *Est vero & alia significatio, &c.* Tertius modus potius est modus essendi per se, quam dicendi per se est nã que ille modus existendi per se, & non in alio velut in subiecto, qui quidem solis substantiis competit cum ea solæ per se existant, nullo autem pacto accidentibus, quæ in substantia tanquam in subiecto continentur.

4. mod. G *Est etiam aliud quoddam genus, &c.* Quartus modus dicendi per se est, quando subiectum est causa efficiens attributi, velut ædificator ædificat, medicus medetur, iugulatus interit, omnes hæc propositiones sub hoc quarto modo sunt comprehensæ, est si quidem subiectum causa efficiens attributi per se, & non per accidens. Hoc autem ob id dicimus, quia cum subiectum est causa per accidens attributi, talis propositio non est in aliquo modo per se, sed accidentaria censeri debet, vt quod ambulante Petro fulgeat, in hac namque propositione, subiectum causa est per accidens attributi, euenit enim vt ambulante Petro, suprema pars regionis aeris, fulgoribus compleatur.

Diferi. inter hos modos. H *Itaque in his rebus, &c.* Explicat Arist. discrimen inter duos priores modos dicendi per se & reliquos interueniens, idque ait esse, quod in quarto attributum accidentario de subiecto dicitur, vt ædificare de architecto, & mederi de medico: at vero duo priores modi, continent attributa necessaria, in eis enim attributum necessario de subiecto dici-

tur. Et quidem in primo modo res ita sese habere nulli est dubium, nã quæ essentialia sunt, necessario de se prædicantur, ea vero quæ in secundo modo dicendi per se continentur, necessario etiam dici adhuc modum explicat Arist. Duo (inquit) dantur proprietatum genera, quædam enim nullum in subiecto contrarium obtinent, vt est risibilitas in homine, alia vero contrarium aliquid in subiecto fortiuntur, huius generis sunt par, & impar, in numero, rectum, & inflexum in linea, par enim impari, rectumque inflexo aduersantur. Priores illæ proprietates simplices, posteriores vero proprietates cum disiunctione appellantur. Cum igitur dentur hæc duo proprietatum genera, quæ simplices sunt, absolute, & simpliciter dicuntur subiecto & necessario insunt, sicut risibilitas inest homini: at proprietates cum disiunctione non insunt subiecto simpliciter, sed cum disiunctione dumtaxat, velut numero non inest necessario, & simpliciter, hoc quod est esse parem, vel hoc aliud quod est esse imparem, bene tamen eidem inesse dicitur necessario, esse parem, vel imparem sub disiunctione. Id autem hoc pacto Arist. demonstrat. Hæc proprietates habent se velut affirmatio, & negatio, & tanquam habitus, ac priuatio, vna enim ex his proprietatibus, ea scilicet quæ perfecta est, habitus, & affirmationis, locum obtinet altera, ea nimirum quæ imperfecta est, negationis, & priuationis, vim retinet: par enim in numero locum habitus, & affirmationis libi vendicat cum tamen impar priuationis, & negationis locum occupet: atqui habitus, & priuatio sic sunt inter se affecta, vt neutrum de terminatis subiecto in sit necessario bene tamen vtrumque sub dis-

atione eidem inhæreat, sicuti animali nec determinate visus, nec de terminate cæcitas, optime tamen vel cæcitas vel visus sub disiunctio ne inheret: hoc igitur ipsum in proprietatibus contrarium obtinentibus eueniet, vt scilicet neutra determinate, bene tamen vtraque simul sub disiunctioe subiectone cessario in sit.

Quid sit
attribu.
vniuers.

1. *Al vniuersum autem genus, &c.* In postrema cap parte Aristo. dicitur quid sit attributum vniuersum, vel vniuersè dici. Attributum vniuersum illud (inquit) est, quod dicitur de omni, per se, & secundum quod ipsum, vel primo continentur in hac disiunctioe tres particule, prima est de omni, ob quam risibilitas non erit attributum vniuersum animalis, quia non est de omni: secunda est, per se, iuxta quã candor minime censeri debet attributum vniuersum niuis, etiam si de omni niue dicatur, quia nequa quã per se de illa dicitur: tertia est, secundum quod ipsum, seu, primo, ex qua efficitur vt sentire non sit attributum vniuersum hominis, quamuis enim prædicatur de omni homine ac per se, non tamen dicitur de ipso secundum quod est homo, sed ea ratione qua est animal, & ita non immediate ac primo sed secundario, & mediante animali, de homine prædicabitur. Ex eadem aperte sequitur quod habere tres angulos pares duobus rectis, & hominem esse capacem disciplinæ, sunt attributa vniuersa, illud quidem trianguli, cum competat omni, per se, ac primo ipsi triangulo, hoc vero hominis, cum omni, per se, immediateque ac primo homini conueniat. Ex his concludit Arist. demonstrationem illam esse accuratam in qua attributum vniuersum de subiecto concludimus: è contra

vero illam accuratam non esse, in qua id ipsum minime præstamus.

Scholia in cap quartum.

B. Primo lib. prio. cap. i. diuerso modo quam hoc loco dici de omni diffinierat Arist. Ita enim illud diffiniebat. Dicit de omni est quando nihil continetur sub subiecto, de quo non affirmetur attributum. Quod intelligi debet sine vere siue false affirmetur, vt hæc propositio omnis homo est candidus, iuxta illum locum est de omni, quia attributum affirmatur de subiecto ita quidem, quod de quibusdã sub eo contentis vere de aliis vero sub eodem comprehendens falso dicatur. Hæc tamen eadem secundum Arist. in hoc cap. nequaquam est propositio de omni, quia attributum non prædicatur vere, de omni sub subiecto contento. Ortum autem habet hæc duplex eiusdem rei diffinitio, ex diuerso Arist. instituto, in illis de priori, & in his de posteriori analytici libris. Cum enim in illis prioribus solum instituit de syllogismo secundum formam disputare, eum omnem propositionem vocat de omni, quæ siue falsi fuerit, siue vera, præmissa tamen alicuius syllogismi esse potest. ad illationem enim in modo, & in figura, parum refert sintne propositiones veræ, vel falsæ. At cum in hoc opere proponat sibi Arist. velut scopum veritatem, & necessitatem conclusionis demonstrationis explicare, certumque sit verum ex vero tantum, necessariumque ex necessario solum fieri, merito dicit de omni diffinitio quando nihil continetur sub subiecto, de quo non vere, ac omni tempore attributum

tum affirmetur, id quod siue in re
sto siue in obliquo intelligi de
bet, vt iam in commenta. expli-
cuius. Hinc sumpta occasione
Latini, dici de omni in Prioristicū,
& posterioristicum diuiserunt, il-
lud quod in lib. de prio. analy. dif-
finitur prioristicū, hoc vero quod
in his lib. de posterio. analy. descri-
bitur, dici de omni posterioristicū
appellātes, Legēdi sunt D. Th. The-
mist. Linconien. & B. Albert. Mag.
C. Dubitant interpretes quare
Arist. hoc loco non diffinierit dici
de nullo, quemadmodum i. li. prio.
cap. 1. effecit. Cui dubitationi res-
pondent Arist. in hoc loco præcipue in-

struere de demonstratione aiente
disputare, cū autē ad eiusmodi de-
monstrat. nullo pacto propositiones
de nullo deseruire quæāt, hinc fit vt
dici de nullo non fuerit ab ipso dif-
finitum. Potest autem illud obiter
à nobis in hunc modum diffiniri.
Dici de nullo est quando nihil sub
subiecto continetur, à quo attribu-
tū non vere, & omni tēpore remo-
ueatur, vt nullus lapis est homo est
propositio de nullo, quia lapis &
vere, & in qualibet temporis diffe-
rentia ab homine remouetur. Non
nulla alia quæ hoc loco poterant
obseruari in quæstionibus propo-
nentur.

**Disputatio in ea quæ de dici
de omni, & de modis dicendi per se, pro-
posita fuerunt ab Arist. vnica se-
ntione compre-
henfa.**

ARGVMENTVM.

Grauiſſima quidem, maximeque necessaria
omnibus artificibus sunt ea, quæ ab Arist. in
hoc cap. de his quæ necessaria sunt ad demō-
strationes conficiendas, scilicet, de dici de
omni, de modis dicendi per se, & de attributo vniuerso,
enarrata fuerunt, ac proinde erunt illa longiori oratio-
ne, nonnullis quæst. in medium propositis, examinanda,
fit prima.

Hbbh 3 Qua.

Quaestio prima an diffinitio de omni sit accurata nec ne?

1. Arg. **N**ON esse ita primo suademus. Hæc propositiones, Deus est actus purus, & sol est astrum splendidum, & luminosum, sunt de omni, cum sint scite: at earum attributū non dicitur de omni sub subiecto contento, vtrumque enim & Deus scilicet, & sol, is de quibus dici possit est destrutum: iam ergo dici de omni non recte diffinitum erit, quando nihil continetur sub subiecto de quo attributum non affirmetur. Deinde, Vtræque istæ propositiones, sol singulis diebus oritur, & interit, luna patitur eclipsem, & est in plenilunio, sunt de omni, sunt namque illæ scibiles: sed earum attributum minime prædicatur de subiecto in omni tempore sed certis quibusdam, & statutis temporibus, proposita igitur diffinitio dici de omni nulla erit. Præterea. Hæc propositio est de omni animal est coloratum: atqui attributū non prædicatur vere de omni sub subiecto contento, ergo &c. Confirmatur assumptio, illa prædicatur vere (vt ad præsens attinet institutum) quæ prædicatur necessario: atqui hæc propositio est contingens ergo attributum in ea non prædicatur vere de subiecto. Ad hæc. Illa est vitiosa diffinitio, quæ competit alteri à re diffinita: sed hæc diffinitio de omni competit alteri à re diffinita scilicet propositioni per se in qua attributum de omni sub subiecto comprehenso ac omni tempore prædicatur: erit ergo diffinitio vitiosa. Rursus. In hac propositione homo est animal, attributum de omni sub subiecto contento in in qualibet temporis differentia di-

citur: atqui hæc propositio non est de omni, cum non constet nota vniuersi, & de omni: minime igitur erit proposita diffinitio accurata. Iam hæc propositio est de omni, omnis homo est capax disciplina: at qui fieri potest vt attributū nō prædicetur de subiecto in omni temporis differentia: si enim Deus separaret capacitatem disciplinæ ab homine, illa in tali euentu, nequaquam de ipso diceretur, ergo dici de omni non erit attributum de subiecto in qualibet temporis differentia prædicari. Tandem. Hæc propositio est de omni, Deus est infinitus, atqui attributum minime dicitur de subiecto in omni tempore, nam quæ de Deo secundum essentiam prædicantur, non in tempore, sed in æternitate de ipso dicuntur: non igitur dici de omni erit attributū in qualibet temporis differentia de subiecto efferi. De hac quaestione legi poterunt Caieta. & Venetus in commenta. M. Soto, & Toletus quæst. vnica, Apollina quæst. 20. & Flandren. quæst. 14. huius lib. art. 1. & 2. Eam autem vt explicemus, nonnulla prius obseruabimus. Primū est. Duobus modis aliqua contineri sub subiecto, primo secundum actum, quæ ratione indiuidua humana sub homine ipso sunt contenta, secundo potestate, quemadmodum sub sole sunt multi soles comprehēsi. In proposita igitur diffinitione, dum aimus id dici de omni, quod de omni sub subiecto contento prædicatur sermo nobis est de contento sub subiecto siue primo, siue secundo modo, actu quidem, si tale subiectum plura indiuidua actu

6. Arg.

7. Arg.

1. obser.

conti.

continuerit, potestate vero, si hæc eadem, in potentia tantum complectatur. Vnde hæc propositio, sol est alitrum luminosum, haud dubie est de omni, quamuis enim attributū non prædicetur actu de omnibus sub subiecto contentis, prædicatur tamen de illis potestate, Adnotandum etiam erit tria esse genera, propositionum de omni, nam quædā sunt propositiones in quibus attributum de subiecto in qualibet temporis differentia dicitur vt est hæc, homo est animal: alia vero in quibus attributum de subiecto certo tantum, ac diffinito tempore prædicatur, cuius generis est hæc alia, luna singulis mensibus est in pleni lunio, vel opponitur soli, hoc enim minime cōpetit lunæ singulis diebus, sed ad certum tempus, singulis scilicet mensibus, id tamen infallibiliter, & absque defectu euenit: alia denique extant in quibus attributum non solum non effertur de subiecto in omni tempore, sed neque infallibiliter etiam, cum in plurimum tātum & regulariter de ipso prædicetur, & huiusmodi sunt hæc propositiones, in hieme tēpus friget, idem vero in æstate feruet, hoc enim sic euenit vt in plurimū, quamuis contrarium euenire non nunquam possit. Obseruamus præterea ex Flandrensi loco citato propositiones de omni, quasdam esse de omni secundum modum, & non secundum rem, alias esse secundū rem, & non secundum modum, ac demū alias secundū rem, & secundū modū 2. modū tātū quæ sunt nota vniuersa affectæ, attributum tamen illarum non affirmatur vere de omni sub subiecto contento, huiusmodi extat hæc propositio omnis homo est candidus rursus illæ quarum attributum de omni sub subiecto comprehēso effertur,

cum tamen ipse nulla nota vniuersa afficiantur, appellari debent de omni secundum rem quidem, non vero secundum modum: ac illæ de modum, quæ attributo cōstant quod de qualibet re sub subiecto contenta enuntiat, & nota vniuersa ornantur, propositiones de omni & secundum rem, & secundum modū nuucupantur, qualis iudicatur hæc propositio, omnis homo est animal. Ad extremū obseruari oportet ex D. Tho. in comenta, huius loci hæc tria dici de omni, per se, & vniuersæ, tanquam superius, & inferius se se habere, nam dici de omni est omnium supremum, dici vniuersæ est omnium infimum, per se autem dici est inter hæc vtraque medium. Omnis itaque propositio attributi vniuersi etiam censetur propositio per se, non tamen est conuerso hæc namque propositio, homo sentit, est per se, quæ tamen non est attributi vniuersi. Rursus omnis propositio per se erit de omni, non tamen è cōtra, quia hæc propositio, omnis homo est in loco, est de omni, quæ tamen non est per se.

His animaduersis sit prima conclusio. Propositiones illæ primi generis in secunda annota. propositæ quarum attributū subiecto in qualibet differentia temporis competit, cuiusmodi est hæc, homo est animal, vere ac proprie debent propositiones de omni censeri. Poterit hæc assertio ex assignata diffinitione propositionis de omni satis aperte constare.

Secunda conclusio. Aliæ propositiones secundi, & tertij generis, in eadem annotatione propositæ quarum attributum vel diffinito tantum tempore, infallibiliter tamen vel frequenter & vt in plurimum de subiecto dicitur sūt merito propositiones de omni existimandæ,

Hhhh 4 non

Obser. 2

Arg.

Obser. 4

Arg.

3. Obie.

obser.

I. con. clu.

2. con. clu.

non tantum secundum aptitudinē,
sed etiam secundum actum. In hu-
ius explicationē scire oportet Pau-
lum Venetum dum explicat diffi-
nitionem dici de omni ab Arist. as-
signatam, in solutio. 2. argum. non
nullosque alios cum eo, præcipue
Nominales, existimasse huius gene-
ris propositiones tantum esse de om-
ni ac demonstrabiles secundū apti-
tudinem, non vero secundum a-
ctum, vnde lunam eclipsum pati
posse, attributum est de omni, ac
conclusio, demonstrabilis: actu ta-
men eclipsum pati, neque esse pro-
positionem de omni, neque conclu-
sionem demonstrabilem. Nos tamē
cum Caieta. & M. Soto contrarium
opinamur, censemus namque pro-
positiones huius generis tam secū-
dum aptitudinem, quam secundū
actum, simpliciter, & absolute, esse
de omni, & demonstrabiles nuncū-
pandas, quod hoc pacto confirma-
mus. Illa propositio est de omni,
ac demonstrabilis, quæ scitur in ali-
qua vera scientia, quia ea quæ sciū-
tur, & de omni, & demonstrabilia
sunt, vt aperte satis Arist. in hoc
cap. indicare videtur: atqui huius-
modi propositiones, non secundū
aptitudinem tantum, sed secundū
actum etiam in Astrologia (quæ ve-
re & proprie scientia est) addiscun-
tur, Astrologus enim, non solū no-
uit lunam pati posse eclipsum, vel
singulis mensibus posse soli oppo-
ni, verum etiam intelligit lunam a-
ctu tali hora, & gradu pati eclip-
sum, vel in plenilunio esse: huius-
modi ergo propositiones, erunt de
omni, ac demonstrabiles iudican-
dæ. Amittendum est nihilominus
dici de omni nequaquam dici ex
æquo de his tribus propositionum
generibus, prius quippe de illis di-
citur in quibus attributū semper,
& omni tempore prædicatur de sub

iecto: secundo loco de illis quarum
attributum diffinito quidem tem-
pore infallibiliter tamē de subiecto
effertur: tertio deniq. loco de eis di-
citur, quæ ex attributo constituun-
tur, quod vt in plurimum solum,
subiecto adaptatur. Hinc colligere
poterimus propositionem de omni
analogice dici de his tribus pro-
positionum generibus, cum prædice-
tur de illis secundum prius, & po-
sterius.

Tam ad argum. Ad primum res-
pondemus sub subiectis earū pro-
positionum, quæ in ipso adducun-
tur, non quidem plura indiuidua
actu contineri, multa tamen virtu-
te, & potestate sub eisdem compre-
hendi de quibus non minus hæc
attributa prædicarentur si ea essēt,
quam de hoc vno indiuiduo quod
continent prædicentur. Ad secun-
dum luculenter satis in secunda cō-
clusio satis fecimus. Ad tertium qui-
dam (quorum numero est Paul⁹
Venetus) illius robore cōuicti, res-
pon. assignatam propositionem nō
esse de omni, eo quod non est neces-
saria. Nos tamen respon. esse illam
de omni, & necessariam, non quidē
absoluta necessitate, sed physica, &
naturali, velut hæc, omnis homo
est in loco, vera & necessaria propo-
sitione censetur, non quidem absolu-
te, sed physica, & naturali necessita-
te, quia scilicet non potest homo
per naturam non esse in loco. Ad
quartum dicimus propositionem
per se, & de omni habere se sicuti
superius, & inferius, vt adnotau-
imus, & ita diffinitio propositionis
de omni, quæ superior est, compe-
tit propositioni per se, non ea ratio-
ne qua est per se, sed ea qua inclu-
dit naturam eius quod est dici de
omni. Ad quintum aimus eiusse-
modi propositionem esse de omni,
secundum rem tantum, non vero
secun-

Nostra
opinio,

Ad 1.
argum.

Ad 2.
Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad

Ad

Quo-
solu-

Ad

Ad

secundum rem & modū, nec enim nota vniuersa est affecta: at tradita diffinitio etiam complectitur id genus propositiones, cum contineat illa sub se non solum propositiones de omni secundum rem, sed & eas quæ sunt de omni & secundū rem, & secundum modum etiam, reliquas autem propositiones, quæ sunt de omni secundum modum taxat, nequaquam suo ambitu comprehendit, quæ tantum sub diffinitione de omni 1. lib. prior. cap. 1. proposita, sunt contenta: Ad sextū dicimus intelligi debere hanc diffinitionem de prædicatione in omni tempore secundum naturalem facultatem subiecti, & attributi, nequaquam vero quo ad vim super naturalem eiusdem: at proprietates nullo pacto potest natura viribus ab immediato subiecto separari. Ad septimum dicimus nomine temporis in hoc loco intellexisse Arist. quamlibet durationis mensuram, siue tempus, siue æuum, siue æternitatem, & ita infinitum prædicabitur de Deo in omni tempore, cū de eo in æternitate dicatur. Sunt qui respondeant præfatum attributum etiam dici de Deo in omni vero tempore, non quidem actu, sed potestate, non actu quia Deus non mensuratur tempore actu, potestate autem, quia si Deus tempore mensurari posset, in omni eo (quodlibet illud esset) esse infinitum de illo diceretur.

Ad 6

Ad 7.

Quorū.

solu.

Ad 4.

QVAES. II. AN SINT TANTUM quatuor modi dicendi per se.

His difficultatibus explicatis quæ ad dici de omni atinebant, sequitur vt diffusiori sermone de modis dicendi per se disputemus,

ea proponentes, quæ aliquam difficultatem aduersus ea quæ ab Arist. tradita fuerunt, afferunt videntur. Querimus autem in primis num quatuor tantum sint modi dicendi per se, nam contra hunc numerum ab Arist. assignatum aliquot arguuntur. Primum est: Ipsemet Arist. 5. lib. Metaphy. (vbi de rebus accurate differit) cap. 8. quinque adducit modos dicendi per se, id est quādo tota diffinitio de re diffinita dicitur, 2. quando partes diffinitionis de eadem prædicantur, 3. quando attrib. immediate de subiecto enuntiatur, velut cum albedo immediate de extremitate effertur, 4. quando attributum vnitur cum subiecto absque aliqua causa media extrinseca, sed per se ipsum, vt cū dicimus, homo est homo, 5. quando aliquid sumitur per se, id est non in alio tanquam in subiecto: plures igitur erunt modi dicendi per se, quam quatuor ab Arist. in hoc loco traditi.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

Secundū. Quot modis dicitur vnū contrarium totidem etiā debet & aliud dici: at per accidens contrariatur ei quod est per se: igitur quocumque modis dicitur per accidens, totidē etiam debebit & per se dici: At secundum Arist. 5. lib. Metaphy. cap. 7. tribus modis dicitur aliqua propositio per accidens, primo quando accidens de subiecto dicitur, vt in hac homo est albus, secundū, cum subiectum de accidente enuntiatur, vt in hac altera, alb⁹ est homo, ac tertio cum accidens de accidente effertur, vt cum dicimus, albus est musicus: tantum igitur tres modi dicendi per se erunt constituendi: Terti. Illa attributio in qua accidens prædicatur de subiecto, accidentaria censerī debet: sed quando proprietates dicitur de subiecto accidens dicitur de subiecto: erit ergo

Hhhh 5 illa

illa attributio accidentaria: at attributio accidentaria, non est per se: igitur, minus accurate docuit Arist. attributionem illam in qua attributum est proprietas subiecti, esse in secundo modo dicendi per se. **4. Arg.** Quartum. Propositio accidentaria non est per se: at propositio illa in qua attributum causa est subiecti, est accidentaria, qualis est hac, ignis calefacit, calefacere enim accidentario de igne dicitur: propositio igitur in qua subiectum est causa attributi, non erit per se, ac ita ruet quartus modus dicendi per se propositus. **5. Arg.** Quintum. Arist. post explicatum primum, & secundum modum, statim subiungit, quæ prædicantur quobus prioribus modis hic traditis, per se dici, quæ vero alio modo dicuntur per accidens efferri: at quæ iuxta 4. modum prædicantur nec in primo, nec in secundo modo dicuntur: ergo accidentario prædicantur, & ita quartus modus nequaquam erit constituendus. **6. argu.** Sextum. Hæc propositio, homo est, est per se: at illa sub nullo, ex quatuor assignatis, modis continetur: mancus igitur erit numerus modorum dicendi per se ab Arist. constitutus. **7. argu.** Confirma. assumptio. In primis non est contenta sub primo modo, eius namque attributum, nec est tota definitio, nec pars definitionis subiecti, deinde nec sub secundo: attributum enim non est proprietas subiecti, rursus neq. sub tertio, ut cuiuslibet est apertum, cum ille modus sit potius essendi, quàm dicendi per se, demum neq. sub quarto comprehenditur, nam subiectum non est attributi causa: apertum igitur est hanc propositionem sub nullo ex quatuor assignatis modis esse comprehensum. Septimum. Arist. eo sine hos modos dicendi per se assignauit, ut sub illis om-

nes propositiones necessarias completeretur: atqui dantur pleraque propositiones necessariae, quæ sub nullo modo dicendi per se comprehenduntur, cuiusmodi cenferi possunt hæc, si Petrus currit, Petrus mouetur, Adam fuit, Iahæq. his similes quas in nullo modo ex assignatis contineri cuiuslibet singulos modos percurrenti, manifestum esse poterit, non igitur modi per se dicendi exacte ab Arist. fuerunt propositi.

Cum sæpe sit præceptum ab Arist. nomina ambigua prius esse distinguenda, quam pertractanda, nomina que hoc, per se, ambiguum sit, æquum erit ut prius quam quæstionem propositam dissoluenda suscipiamus, illius ambiguitatem in mediū proferamus. Hoc igitur nomen (ut accurate annotat Caietanus) duobus modis sumi potest, positue nimirum & negatiue; & utroque modo potest iterum illis duobus modis sumi, scilicet, vel in rebus simplicibus, vel in coniunctis, ut propositionibus. Si sumatur positue, & in rebus simplicibus idem significat hæc particula, quod non in alio, tãquam in subiecto, qui modus proprius est substantiæ, si autem in rebus coniunctis, & compositis vsurpetur, idem significat, quod non per accidens: unde prædicari per se in hac significatione, idem erit quod non prædicari accidentario. Præterea. Si hæc distinctio sumpta fuerit negatiue, & in rebus simplicibus, significat solam naturam secundum suam essentiam contemplatam, qua ratione dicere consueuimus, naturam per se sumptam, id est iuxta sua attributa essentialia vsurpatam, neque esse vniuersam neque singularem, itemque animam per se sumptam, neque esse particeps, neque experte rationis: si vero in rebus coniunctis accipiatur, idem exprimit, quod non per

Varie signi. huius uocis per se

Quid signi. possit in rebus simplicibus, & coniunctis.

Quid negatiue in eis demum utriusque.

Vai.

Conf.

Conf.

per aliud, hoc est, quod attributū immediate, & non per aliud de subiecto efferatur. Vnde hec propositio extremitas est alba, est hoc modo per se, quia est immediata, at uero hæc altera, partes est albus, non est per se cum albedo media extremitate cum pariete vniatur. Cum ergo hæc sint vocis huius significationes tantū sumitur illa ab Arist. in hoc loco positivæ, & hoc non minus in simplicibus rebus, quam in coniunctis.

Vni. cō

Hoc animaduerso quæstionem propositam hac vnica conclusione explicamus. Quatuor tantum sunt modi dicendi per se ab Arist. adducti. Confirmatur. In primis vt modi (hi dixim?) sumuntur positivæ tam in simplicibus, quam in coniunctis, si sumantur in simplicibus fit tertius modus, qui est coherenti per se, & non in alio tanquam in subiecto: si vero in rebus coniunctis vsurpentur, primus, secundus, & quartus modus efficiuntur, in primo enim cum attributum sit de essentia subiecti, non predicatur accidentario, in secundo cum attributum sit proprietas subiecti nequam per accidens de illo dicitur, in quarto denique cum attributū sit effectus per se productus à subiecto, non vniatur accidentario cū eodem, erunt itaque hi tantū quatuor modi dicendi per se.

Confr. 1

Confr. 2

Confirmatur iterum ratione à D. Th. petita. Hæc particula, per se, aut sumitur ea ratione qua denotat solitudinem rei, id est per se existentiam illius, & non inhærentiā in alio, aut vt aliquod genus causæ declarat, vsurpatur. Si primo modo sumatur constituitur tertius modus, quod si secundo modo vsurpetur, aut denotat formam sicque efficitur primus modus, tam enim definitio, quam partes definitionis, reuocan-

tur ad genus causæ formalis, vt Arist. 5. lib. metaph. cap. 12. testatur, aut exprimit materiam constituitur que 2. modus iuxta quem proprietas efferatur de subiecto, est enim subiectum materia in qua proprietatis: aut significat denique causā efficientem, & finem, & est quartus modus in quo subiectum est causa efficiens attributi, attributumque est contra finis subiecti, quemadmodum edificator est causa efficiens ædificij, rursum que ædificium est finis edificatoris: tantum igitur erunt quatuor modi dicendi per se. Prætereundum tamen non est hos modos posse hoc pacto ab inuicem distingui, ac se cerni, vt primus sit tantum modus prædicandi, secundus modus & prædicandi, & inhærendi simul, tertius per se existendi, ac denique quartus per se causandi.

Opinio

Superest ex his diffuse satis (nifalor) Arist. sententia explicata, hoc vnum reliquum est vt scilicet arg. in principio proposita dissoluatur. Ad primum igitur respon. imprimis Arist. alio modo agere de modis dicendi per se in 5. lib. metaph. atq. in hoc capite, ibi enim disputat Arist. de propositione per se, vt idē denotat, quod non per aliud, vnde propositio hæc, extremitas est alba, in eo loco dicitur per se: hic autem agit de eisdem modis dicendi per se, qua hæc particula, per se, idem sonat quod, non per accidens, qua quidem ratione illam et propositio extremitas est alba, accidentaria, & nō per se nūcupari debet, cū attributū accidentario de subiecto prædicetur. Respon. iterū illos 5. modos in Metaphysica propositos, debere ad hos 4. in Dialectica assignatos reduci, primus namque & 2. modus ibi adducti sub primo huius cap. continentur, 4. item illibus loci sub eodē

Ad r. argum.

Varie signi. huius vocis per se

Quid signi. possit, in rebus sim. & coniunctis.

Quid negatiue in eisdem vt estq.

eodem primo modo in hoc cap. recensito reductiue comprehenditur nam attributio in qua attributum de se ipso effertur, ad eum modum reducenda est secundum quem attributum est de natura subiecti, cuiusmodi est is qui primo loco fuit in hoc cap. propositus 3. præterea illius loci modus ad 2. huius cap. reuocandus est, quia albedo est veluti quædam proprietates extremitatis nam quemadmodum albedo inhæret immediate extremitati, ita etiã proprietates inest immediate subiecto: denique 5. modus ibi traditus ad 3. hic assignatum reduci debet. Ad secundum alii solutionibus omissis, dicimus propositionem esse veram, si illa contraria eodem modo diuidantur, falsam vero, si alio, & alio modo sint eadem inter se diuisa: at per se, & per accidens, non eodem, sed alio, & alio modo inter se diuiduntur, per se enim diuiditur tam negatiue, quam positiue in simplicibus, & coniunctis, quæ quidẽ diuisiones nullo pacto ei, quod est per accidens accommodari quæunt, vt est apertum. Ad tertium concedimus propositionem si attributum extiterit accidens commune, & quinti prædicabilis, quam eandem distinemur si attributum fuerit accidens proprium, & quarti prædicabilis, huiusmodi enim propositiones proprie vocari debent per se secundi modi. Ad quartum dicimus propositiones illas quarum subiectum est causa attributi, vel posse sumi in ratione causa, vel in ratione prædicationis. Primo modo sunt per se, subiectum namque causa est per se attributi, secundo vero modo sunt accidentariæ, attributum quippe accidentario de subiecto effertur, at 4. modus non in prædicatione, sed in causandi ratione est constitutus. Ad quintum eodem modo

respõ. 4. modum sumi posse aut quo ad rationem causandi, aut quo ad rationem prædicandi: attributio igitur 4. modi sumpti quo ad rationem prædicandi est per accidens. Et ita non immerito ait Arist. in ratione prædicationis ea solum per se dici, quæ iuxta primum, & secundum modum prædicantur, eadem vero quo ad rationem causandi nomine attributio nis per se ornari debet: At hic modus non constituitur in primo, sed in secundo sensu, ac proinde optime fuit ab Arist. assignatus. Ad sextum dicimus propositionem in eo adductam reducendam esse ad primum modum, quamuis enim attributum neque sit tota definitio, neque pars definitionis subiecti, est tamen de cõceptu quidditatiuo, & essentiali eiusdem. Ad septimum aimus Arist. per hos modos solum instituisse propositiones completi absolute necessarias, quarum attributum, & subiectum necessario inter sese connectuntur, cuiusmodi est hæc, homo est animal: nequaquam vero eas, quæ ex hypothese tantum necessarie sunt, cuiusmodi censendæ sunt, quæ in argu. proponuntur.

**QVÆSTIO III. AN SIT
optime traditus primus modus
dicendi per se.**

HAtenus egimus de his modis in communi, & in generali, sequitur vt sigillatim, & seorsum, de eisdem disputemus. Et quidem primum modum non fuisse recte assignatum, his argum. confirmo. Primum. In hac propositione, Petrus est animal, attributum est de natura subiecti: at illa nõ est in 1. modo dicendi per se contenta: ergo non erit 1. modus dicendi per se ille in quo

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

1. Arg.

quo attributum est de natura sub-
 iecti. Cōfirmatur assumptio. Omnis
 propositio per se est immediata: sed
 hæc non est immediata: animal e-
 nim non prædicatur immediate de
 Petro, sed de homine: ergo non erit
 per se. Deinde. In his attributioni-
 bus finum est nasus, risibile est ho-
 mo, attributum pars est definitio-
 nis subiecti, subiectū enim est pro-
 prietas, & attributum subiectum,
 diffiniri autem debet proprietas
 per subiectum: æqui hæc proposi-
 tiones non continentur in primo
 modo dicendi per se: non ergo ille
 erit primus modus in quo attribu-
 tum vel est tota definitio vel pars
 definitionis subiecti. Confirmatur
 assumptio. Quæ prædicantur
 extrinsece, & tanquam additum,
 non prædicantur in 1. modo, iuxta
 quem illa sola prædicantur, quæ
 sunt de intrinseca ratione subiecti:
 at subiectum est quidpiam extrin-
 secum in habitudine ad proprietate,
 cum sit illud substantia, & pro-
 prietas accidens: non igitur poterit
 subiectum de proprietate iuxta pri-
 mum modum prædicari. Iterum.
 Hæc propositio, rationis particeps
 est animal, est in 1. modo dicendi
 per se, quod enim sit ea propositio
 per se nemo diffirebitur, cum pos-
 sit ea demonstrationibus deferuire:
 quod vero sub 2. modo minime cō-
 prehendatur inde satis aperte con-
 stat, quia attributum in ea non est
 proprietas subiecti, quin etiam nec
 in 3. modo eandem contineri perspi-
 cuum est, demum ad 4. modum il-
 lam non spectare quilibet manife-
 ste intuebitur perpendens subie-
 ctum in ea non esse causam attri-
 buti: igitur pertinebit illa ad 1. mo-
 dum dicendi per se: at eius attribu-
 tum non est de natura subiecti, il-
 lud enim est genus nempe animal,
 hoc vero est differentia diuidens

2. Arg.

3. Arg.

1. Arg.

præfatum genus, nimirum rationis
 particeps, genus vero nequaquam
 est de natura differentie diuidens, vt
 docet Arist. 3. metaph. cap. 3. illa
 igitur propositio cuius attributum
 pertinet ad essentiam subiecti non
 erit in 1. modo, cum detur, aliqua
 in 1. modo dicendi per se contenta,
 cuius tamen attributum ad subie-
 cti essentiam minime spectat. Rur-
 sus, illa propositio que continetur
 in 1. modo dicendi per se est dire-
 cta: at illa in qua subiectum prædi-
 catur de proprietate cuiusmodi est
 hæc, risibile est homo, non est dire-
 cta, quia illud, quod est subiectum
 sit attributum & quod est attributum
 sit subiectum: ergo hæc & alia id ge-
 nus propositiones nõ erunt in pri-
 mo modo. Itã. Hæc propositio, Pe-
 trus est animal particeps rationis,
 talis est, quod eius attributum est
 de natura subiecti: illa non est in
 primo modo dicendi per se: ergo mi-
 nus accurate fu- ille ab Arist. assi-
 gnatus. Confirmatur assumptio.
 Omnis propositio per se est de om-
 ni, vt cum Arist. in cap. docuimus:
 at hæc propositio assignata non est
 de omni, neq. enim sub Petro plu-
 ra indiuidua actu, vel aptitudine
 continetur, de quib. animal quod
 est attributum prædicari possit: nõ
 ergo erit illa propositio de omni.
 Tandem in hac attributione, pater
 est filij pater, quemadmodum attri-
 butum est de natura subiecti, ita et-
 iam subiectum pertinet ad essen-
 tiam attributi: sed est illa propositio
 per se igitur præter hos modos,
 alius, in quo attributum sit de esse
 tia subiecti, & subiectum ad natu-
 ram attributi spectet, assignari de-
 bebent.

4. Arg.

5. Arg.

6. Arg.

Non carent difficultate aliqua
 hæc, quæ in medium adduximus
 argum. verum ea nequaquam nõs
 a verissima Arist. sententia tuenda
 deti-

detinere debent, ac providens sigil-
latim & seorsum satisfaciam⁹ opor-
tet. Ad primum resp. ex Flandren.
q. 14. in hoc 1. mo. esse duo genera
propositionum comprehensa, qua-
dam enim sub ipso comprehendū-
tur tamquam primo, & per se, ad
ipsum spectantes, huiusmodi sunt
illae quarum attributum cum perti-
neat ad essentiam subiecti, imme-
diate illi vnitur; aliae vero tamquam
secundario ac per aliud ad eundem
attinentes. Cuius generis sunt pro-
positiones illae quarum attributū
licet ad essentiam subiecti spectet,
secundario tamen & mediante alio
de ipsomet dicitur. Omnis igitur
propositio per se primi generis, est
immediata, ac si extiterit 2. generis
qualis est quae in argu. adducitur,
non est opus quod sit immediata.
Ad secun. vt satisfaciamus, animad-
uertimus prius, latum esse discrimen
inter diffinitionem substantia-
e, & diffinitionem accidentium
eorum praesertim quae sunt propria
Substantiae enim (loquimur de in-
tegris) cum sint naturae absolutae
& in dependentes, per ea solū, quae
ipsis intima sunt, absq. aliquo alio
extrinseco diffiniuntur, vt pote per
verum genus, ac legitimam differē-
tiam, qua ratione diffinimus homi-
nem (v. g.) animal particeps ratio-
nis. Per ea itaq. tantum, quae eius-
dem sunt, & non alterius categoriae
substantiarum diffinitiones tradū-
tur: At accidentia, cum obtineant
naturā ab aliquo extrinseco, quasi
per additamentum, ac per aliquid
alterius categoriae, quam suae diffini-
ri debent. Idque Arist. 7. lib. Meta-
phy. cap. 5. aperte profitetur. Cū
autem hoc ita sit accidentiaq. in cō-
creto, & in abstracto sumi possint,
id illa vtroque modo accepta com-
mune habent, quod in suis diffini-
tionibus expressum continent suū

subiectum, in recto quidem si in
concreto diffiniuntur, vt videre est
in hac diffinitione, simum est na-
sum curuus; in obliquo vero si co-
rundem in abstracto diffinitiones
tradantur, quemadmodum in hac
diffinitione euenit, simitas est nasi
curuitas. In hoc vero eadē distin-
guuntur, quod quando accidentia
in concreto sumuntur, alio diuerso
modo quam ipsorum natura postu-
let diffiniuntur, non enim per suū
genus diffiniuntur: ac quando pla-
met in abstracto accipiuntur, mo-
do naturae suae consono, per genus
nempe ipsis proprium eorum diffi-
nitiones assignantur. Hoc animad-
uerso ad argu. regredientes eius as-
sumptionem dicimus esse falsam.
Ad probationem vero respon. in
substantiis (quae non diffiniuntur
per aliquid extrinsecum tanquam
per additum) verum quidem esse,
ea quae iuxta primum modum praed-
dicantur (vt est tota diffinitio, vel
eius partes) debere esse intima & es-
sentialia: in accidentibus tamē que
contrario modo diffiniuntur, fal-
sum id ipsum erit, eo namque mo-
do praeddicantur, quo in diffinitio-
ne continentur, & quia in diffini-
tione tanquam quid additum, & ex-
trinsecum continentur, aliquando
in recto, aliquando in obliquo, pro
inde praeddicantur etiam in primo
modo vt quiddiam extrinsecum,
& tanquam additum aliquando in
obliquo, interdum vero in recto.

Sed obiecit aliquis Arist. in hoc
1. lib. cap. 18. asserit illam attributio-
nem esse accidentariam, cuius subie-
ctum effertur de accidente: ergo cū
illa, cuius subiectū effertur de pro-
prietate, talis censetur, quod eius
subiectum de accidente praedice-
tur, erit haud dubie accidentaria, &
& ita non erit per se in hoc primo
modo. Occurrimus tamē huic obie-
ctioni

Ad 1.
argum.

Ad 2.
Obser.

Solutio.

Contra.

Obiect.

Solutio

etioni aientes Arist. fuisse loquutū de communibus accidentibus, & nō de propriis. Itaq; iuxta illum attributio, cuius subiectum effertur de accidente communi, quæmadmodum in hac, album est homo, accidentaria erit, ea vero cuius subiectum de proprio accidente dicitur, nullo modo censetur accidentaria, sed per se. Sunt qui respon. ea quæ tradita sunt ab Arist. in eo cap. non habere vim aliquam ad confirmandum, quia sunt disputata probabiliter, ac rationibus Dialecticis quæmadmodum in primis verbis cap. eius haud obscure ipsemet indicare videtur. Ad 3. negamus assumptionem, ad confirmam. vero aimus genus non esse de intrinseca ratione differentiarum, tanquam attributum essentialium earum, esse tamen de intrinseca ratione earum, velut quidpiam additum, per quod sunt illæ necessario diffiniendæ, quæmadmodum enim proprietates per sua subiecta, ita etiam differentiarum per genera veluti per subiecta diffiniri debent, nam si velimus diffinire rationis particeps, illud sane hoc pacto diffiniem^r, animal quod potest uti ratione, in qua diffinitio ne, est animal tanquam quidpiam additum comprehensum. Ad quartum quidlibet admittunt propositiones in eo adductas, non esse in hoc primo modo, neq; in aliquo alio, eo quod sint ipsorum in dicio indirectæ. Nos tamen respon. illas & directas esse, & in hoc primo modo locum, ac sedem obtinere. Id autem ut intelligamus opus erit animaduertere, posse subiectum duobus modis sumi, primo ut est pars diffinitionis, per quam proprietates diffinitur, secundo ut est id cui proprietates inhaeret, & de quo prædicatur. Si subiectum primo modo sumatur, propositio illa, in qua subie-

ctum dicitur de proprietate, directæ est, & in primo modo contenta. Quod si secundo modo vsurpetur, nec est illa directæ, nec in aliquo ex his modis assignatis, aut quopiam alio contenta nos vero non agimus de huiusmodi propositionibus, primo, sed secundo modo. Ad 5. resp. propositiones per se quasdam esse subiecti singularis, & alias subiecti vniuersi. Vnde illæ, quæ sunt subiecti vniuersi, sunt etiam de omni, qualis est hæc, homo est animal, illæ vero quæ sunt subiecti singularis, non sunt de omni, & talis censetur propositio in argu. assignata, ad hoc enim quod aliqua propositio sit per se, sufficit, quod attributum spectet ad essentialiam subiecti, siue fuerit illa de omni, siue non fuerit. Ad sextum diximus propositionem illam esse in primo modo, quia in ea solum attributum (quod est filius) in obliquo sumptum, est de essentialia patris, subiectum vero quod est pater, ea ratione qua in illo continetur, non est de essentialia filii. Ad hoc intelligendum, est quod adnotemus, patrem sumi posse, velut ad filium refertur, vel ut relationem filiationis terminat. Pater primo modo non est de essentialia filii, bene tamen secundo. Itidemq; filius ut ad patrem refertur, non spectat ad patris essentialiam, sed ea ratione qua relationem paternitatis terminat. Vnde, cum pater in hac propositione sumatur, qua in filium refertur, & non ut terminat illius relationem ad se, itidemq; filius, qui est attributum eiusdem, accipiatur ut terminat relationem patris ad se, & nō ut ad ipsum refertur, in hac propositione erit certe attributum de essentialia subiecti, subiectum vero nequaquam ad attributi essentialiam spectabit, atq; in r. modo illa continetur. Est tamen animaduertendū

Ad 5.

Ad 6.

Obser.

Obser.

ex Ca.

Solutio.

Confir.

Obiect.

Solutio

Ad 3.

Ad 4.

Obser.

ex Caieta, illas propositiones, quæ sunt in primo modo in tres ordines posse distingui. In primo continentur illæ quarum attributū est de natura subiecti, & de illo in recto prædicatur, cui itidem subiectum immediate subest, id genus sunt hæc, homo est animal, homo est animal rationis particeps: ad secundum spectant eæ in quibus attributum essenziale dicitur in recto de subiecto mediato, & huiusmodi sunt hæc alia propo. animal est substantia, homo est sentiens: tertium denique ordinem constituunt propositiones illæ in quibus attributū in obliquo dicitur de subiecto, tales existimari debent hæc, linea constat punctis, visibile est homo.

QVAESTIO III. AN SECUNDUS MODUS DICENDI PER SE RECTE FUERIT ab Aristot.
assignatus.

EXposito primo modo sequitur, ut de secundo disputemus aduersus quem ita in primis ago. Hæc propositio, animal est homo, ita se habet, quod subiectum in ea est de natura attributi: at non continetur illa in secundo modo dicendi per se: non censetur igitur secundus modus ille in quo subiectum est de natura attributi. Confirmatur assumptio. Propositio quæ sub secundo modo comprehenditur, est de omni: at hæc propositio non est de omni: non enim omne animal est homo, ergo non erit illa propositio per se in secundo modo contenta. Iterum. In hac propositione, animal est particeps rationis subiectum continetur in diffinitione attributi: at illa non spectat ad secundum modum, ob eandem in superiori argum. assignatam ratio-

nem, quia nimirum non est illa de omni, cum non omne animal rationis particeps esse intueamur: igitur minus accurate fuit secundus modus assignatus. Rursus. In diffinitione omnium accidentium (etiam communium) cernimus subiectum contineri: si ergo ille est secundus modus dicendi per se, iuxta quem in attributi diffinitione subiectum collocamus, fiet consequens hanc attributionem, homo est candidus aliaque id genus ad secundum modum dicendi per se spectare: at qui hoc asserere est absurdum, sunt enim hæc attributiones accidentiæ & non per se: non igitur erit secundus modus ille secundum quem in attributi diffinitione subiectum constitutum. Præterea. Hæc propositio, homo est risibilis, pertinet ad secundum modum dicendi per se: atqui hæc eadem continetur in quarto modo, eius namque subiectum est causa efficiens attributi, ut in cap. de proprio docuimus: secundus igitur, & quartus modus, vnus, ac idem modus erunt, nec inter se distinguuntur. Demum. Hæc attributio, Petrus est capax disciplinæ, continetur in secundo modo, quia est per se, & neque in primo, neque in tertio, neque in quarto, illa continetur: at subiectum eius non collocatur in diffinitione attributi: non ergo secundus modus iudicandus erit, iuxta quem subiectum propositionis in attributi diffinitione locum obtinet. Confirmatur assumptio. Capax disciplinæ non diffinitur per Petrum, sed per hominem, ergo Petrus non continebitur in diffinitione attributi.

His tamen sigillatim adhuc modum satisfacimus, nam quæ ab Aristot. tradita fuerunt, adeo vera sunt, ut nulla ageat confirmatione. Ad pri-

2. Arg.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

5. Arg.

Ad

Ad

Sol

Arg

Sol

ta C

3. S

Ad

Ad arg. primum quidam (vt Aegidius Roma) admittant non esse hanc propositionem per se, nam non est illa directa, cum solæ illæ propositiones vocari debeant per se, quæ directæ sunt, componendisque demonstrationibus, deseruiunt. Caiet. vero ait hanc propositionem esse contingentem, potest namque subiectum absque attributo esse, & ita non esse per se, iuxta Aristot. enim in præsentibus cap. omnis propositio per se, etiam est necessaria. Mihi videtur hanc propositionem esse per se in primo modo: id vero vt intelligamus præsumitur prius, propositiones esse per se, non esse ex situ nominum, ac vocum, quibus subiectum, & attributum significantur, iudicandum, sed ex natura rerum per huiusmodi nomina, & voces, significantur. Vnde cum ex natura animalis, & hominis, animal sit attributum hominis, ac homo subiectum animalis, hæc propositio erit ex sua natura in primo modo dicendi per se, animal enim ex se, ac propria sua ratione, semper est attributum essentialis hominis, quamuis ex forma verborum, vt nimirum in propositione disponitur, animal subiectum, homo vero attributum efficiatur. Ad secundum dicimus propositionem in eo assignatam contineri in secundo modo, non tamen esse illam de omni, neque enim omnes illæ propositiones, quarum subiectum spectat ad definitionem attributi, censendæ sunt de omni, sed illæ tantum quarum subiectum, & attributum, mutuo recipiuntur. Cum igitur hæc propositio non sit huiusmodi, animal enim latius patet participi rationis, quamuis sit illa per se, nihilominus non erit illa de omni. At hæc altera homo est capax disciplinæ, quæ sub secundo modo continetur, & per se erit, & simul etiam de

omni, quia subiectum, & attributum reciproce de se inuicem efferuntur. Ad tertium respon. nomine subiecti hoc loco intelligendum esse illud de quo attributum dicitur, & acuius natura illud dimanat. Secundus itaque modus est quando subiectum, id est, res de qua prædicatur, & cui in hæret attributum, ac cuiusque natura fluit ad ipsius definitionem spectat, at hoc in accidentibus communibus locum non habet, quæuis enim habeant illa subiectum cui in hæreant, & de quo prædicentur, subiecto tamen acuius natura promaneat deituntur. Vnde huiusmodi propositiones solum continebuntur in secundo modo dicendi per se. Ad quartum respon. hos modos optime distinctos esse ab Aristot. quamuis enim possit interdum euenire, vt vna, ac eadem propositio, ad secundum, & quartum modum pertineat (cuiusmodi est ea quæ in ipso adducitur) alia tamen & alia ratione, ad hos duos modos spectabit: est namque in 2. modo, penes rationem attributionis, spectat autem eadem ad quartum iuxta rationem causæ & effectus: pleræque nihilominus dantur propositiones, quæ ita iuxta quartum modum effectus sunt, vt nullo modo ad secundum pertineant. Huiusmodi sunt hæc, ædificator ædificat, medicus medetur, ac alij quamplurimæ his similes, quarum attributum est accidens commune subiecti. Hinc igitur satis aperte constat, hos modos non immerito ab Aristot. ab inuicem distingui, ac secerni. Ad quintum respon. illam propositionem contineri in secundo modo non primo, & per se sed secunda, & ratione alterius, vt in q. sequenti explicata.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 2.

Ad 5.

QVAE

QV ESTIO V. AN IL-
*la propositio in qua proprie-
 tas superioris predicatur
 de inferiori sit in secun-
 do modo.*

EST etiā difficultas, an quando
 proprietates superioris effertur
 de inferiori, vt quando habere tres
 angulos æquales duobus rectis di-
 citur de Isoscele, vel schaleno, aut
 particeps sensus predicatur de
 homine, sint hæc propositiones in
 hoc secundo modo dicendi per se.
 Offerunt namque se duo argum.
 quæ non esse, confirmare videan-
 tur. Primum. Illa propositio est per
 se secundi modi, in qua attribuitur,
 diffinitur per subiectum, vt in hoc
 cap. docebat Arist. sed proprietates
 superiorum non diffiniuntur per
 inferiora, vt sensibilitas non diffi-
 nitur per hominem, sed per animal
 nam dicimus ipsam esse facultatem
 animalis ad sentiendum, ergo illa
 propositio in qua proprietates superio-
 ris de inferiori effertur non erit
 per se in secundo modo. Secundo.
 Propositio per se, est necessaria: sed
 proprietates non necessario dicitur
 de inferiori, cum possit esse sine il-
 lo, quemadmodum sentiens, quod
 est proprietates animalis potest esse
 sine homine, vt & ipsum animal po-
 test absque eodem coherere, ergo
 propositio in qua proprietates superio-
 ris attribuitur inferiori nõ spe-
 ctabit ad secundum modum.

I. opinio Iacobus Zabarella Philosophus
 huius nostræ ætatis eruditus in o-
 peribus logicis lib. 2. de propositio-
 nibus necessariis capi. 5. existimat
 has propositiones non esse in secun-
 do modo dicendi per se. Quam sen-
 tentiam his duobus argum. quæ
 proposuimus muritam satis, & cõ-
 firmatam, a se relinquere arbitrat.

At contra fere omnes alij Peripathe-
 tici profitentur, vt Philopo. & qui-
 dam ex sectatoribus Theophrasti
 vt idem ait Beatus Albert. Mag. li.
 1. de demonstra. tract. 2. cap. 9. Ca-
 ieta. in commen. Flandren. q. 15. art.
 1. & fere omnes quos, ne citando fa-
 stidium generem, hoc loco præter-
 mitto. Hanc igitur vt explicemus,
 adnotan. est ex Caiet. tribus modis
 contineri aliquas propositio, in hoc
 2. modo dicendi per se primo, prop-
 rie, & præcipue illæ nimirum in
 quibus proprietates de suo proprio,
 & adæquato subiecto predicatur,
 vt quando dicimus triangulum ha-
 bere tres angulos pares duobus re-
 ctis, vel hominem esse capaxem dis-
 cipline. Secundo proprie, nõ tamẽ
 præcipue, sed secundo, vt sunt
 illæ in quibus proprietates superio-
 ris predicatur de inferiori: vt con-
 tingit in illis propositionibus in qui-
 bus proprietates generis prædicatur
 de specie, vel proprii, speciei de eius
 indiuiduo, vt quado habere tres an-
 gulos pares duobus rectis de Isoscele
 prædicamur, vel capacitatem discipli-
 næ Petro attribuimus. Tertio im-
 proprie, vt sunt illæ in quibus diffi-
 nitum effertur de diffinitione, nõ iux-
 ta rei naturam, sed iuxta modum sig-
 nificandi, vt cum dicimus, nasum
 curuum esse simum, vel aliq in qui-
 bus diffinitum prædicatur de diffi-
 nitione iuxta rei naturam propositi-
 tam, vt quando ita proferimus, cur-
 uitas nasi est simitas, vel animal
 particeps rationis est homo. Huc etiam
 reuocantur illæ in quibus in-
 feriora cum disunctione de superio-
 ribus effertur, vt quando di-
 cimus quantitatem deiunctam, esse
 numerum, vel orationem: nam
 hæc duo quæ sunt species quantita-
 tis, de ipsa quantitate enuntiamus.

Sit prima conclusio. Illæ propo-
 sitiones in quibus proprietates su-
 perio-

2. Opio

Oblser

Sec

Ter

t. cõclu

perio.

Confir.

periorum efferuntur de inferioribus sunt per se in secundo modo, idque vere, & proprie. Confirmatur hæc aduersus Zabarellam primo. Hæc propositiones non sunt accidentariae, ergo erunt per se. Consequentia est perspicua, confirmatur antecedens. In propositionibus accidentariis nulla est inter subiectum & attributum necessaria connexio, & habitudo, vt in hac, homo est candidus, inter candorem, & hominẽ, nulla intercedit necessaria habitudo: sed inter subiectum harum propositionum, & attributum, vt inter Isochelem, & habere tres angulos, vel inter Petrum & capacitã disciplinæ intercedit necessaria habitudo, fieri enim nulla ratione potest, vt sit Isocheles, sine huiusmodi attribui, vel Petrus absque capacitã disciplinæ, reperitur idque non ex aliqua causa extrinseca, vel principio indiuiduante, sed ratione alicuius essentialis attributi: e-runt igitur hæc propositiones in quibus proprietates superiorum efferuntur de inferioribus per se in 2. modo præterea. Propositiones illæ in quibus proprietates superiorum de inferioribus efferuntur, sunt scibiles, & demonstrabiles, scit enim Geometra Isochelem habere tres angulos pares duobus rectis, quod vera & legitima demonstratio ostendit, & scimus vera & legitima demonstratio Petrum esse capacem disciplinæ, quia est particeps rationis: erunt igitur hæc propositiones per se in secundo modo, etenim illud quod scitur, est positio per se alicuius modi: neque videtur cuius alterius quã huius secundi esse possit, tam. Illæ attributiones in quibus attributa essentialia generum superiorum prædicantur de inferioribus speciebus sunt in primo, vt hæc attributio, homo est corpus viuens, est in pri-

Secundo.

Tertio.

mo modo, ergo & illæ propositiones in quibus proprietates superiorum prædicantur de inferioribus, erunt etiam per se in secundo modo. Confirmatur consequens, quia eadem est habitudo respectu primi modi, attribui, essentialium generum in habitudo ad species, quæ est respectu secundi modi, proprietatum superiorum, respectu inferiorum: nam quemadmodum proprietates superiorum immediate dicuntur de ipsis superioribus, & mediate de his inferioribus quæ sub ipsis continentur, ita etiam attributa essentialia generum superiorum, immediate dicuntur de ipsis generibus, mediate vero de speciebus quæ sub illis comprehenduntur.

Secunda conclusio. Hæc propositiones in quibus proprietates superiorum prædicantur de inferioribus, non continentur primo, & per se, in secundo modo sed secundario, & ratione alterius. Hanc esse veram constat ex his quæ cum Caieta obseruauimus, diximus enim illas secundario in hoc secundo modo comprehendit. Confirmarique potest, quia subiectum earum, nimirum natura inferior, non primo, sed secundo loco in ipsarum diffinitionibus continetur. Et secundo quia hæc proprietates, non possunt primo de huiusmodi subiecto concludi: tunc etiam quia hoc subiectum est inadaquatam respectu istarum proprietatum: quare secundario, & nõ primo, & per se, sub secundo modo erunt illæ comprehensæ.

Ex his facillimo negotio dissolui poterunt argum. posita Zabarellæ. Ad primum respon. veram esse proposi. in his proposi. 2. modi, quæ primo & per se sub illo sunt comprehendit: nam in illis, verum est de bere attributum per subiectum diffiniri: in aliis vero quæ secundario

2. Conc.

3. BA

Ad 1. argum.

sub eodem modo comprehenduntur, non est necesse, vt attributum vel proprietas per subiectum diffiniatur. Verum iam diximus has propositiones de quibus agimus, non primo sed secundo modo contineri. Vel intelligendus est Aristo. inquiring secundum modum esse illum in quo attributum diffinitur per subiectum, de subiecto attributo, adæquato, quale est triangulum respectu eius quod est habere tres angulos pares duobus rectis, vel homo respectu capacitatis disciplinæ: at natura inferior non est subiectum adæquatum proprietatum superiorum, vt Iso. heles non est subiectum adæquatum respectu eius quod est habere tres angulos. Vel tandem dicere possumus ad minorem propositionem, quod quamuis proprietates superiorum non diffiniuntur per inferiora, diffiniuntur tamen per aliquid, quod est in inferioribus secundum essentiam inclusum, vt per superiora genera, quæ sunt in inferioribus speciebus inclusa, quod sufficit vt sit aliqua propositio per se in secundo modo, nã in illo vel attributo, debet per subiectum diffiniri, vel sat est, vt per aliquid in subiecto secundum essentiam inclusum diffiniatur. Ad secundum respond. negando minorem proposit. & ad confirmationem dicimus consequentiã hanc nullam esse: potest esse proprietas superioris sine inferiori, ergo non necessario prædicabitur de illo, nam etiam genus (vt animal) potest esse sine homine, de quo tamen necessario prædicatur. Igitur ex eo quod proprietas potest esse sine inferiori recte colligitur inferius non esse subiectum adæquatum illius, non tamen non esse subiectum de quo necessario prædicatur.

3. solut.

Ad 2.

QVAES. VI. AN QVARTUS modus spectet ad solas causas extrinsecas necne.

Nil circa tertium modum offert se se nobis explicandum, cum ille nõ dicendi per se, sed per se existendi, vel cõhærendi solis substantiis tam primis quam secundis conueniens, debeat nuncupari. Ac proinde illo prætermissio, erit à nobis hæc q. de quarto modo explicandum scilicet sit tantum modus hic causarum exteinarum, vel internarum, ita nimirum, vt quantum modum illæ solum propositiones constituant, in quibus subiectum est causa attributi, tam interna, quam externa. Iacobus Zabarella lib. 1. de proposi. necessa. cap. 10. in primis de hac re proponit sententiam D. Tho. qui inquit subiectum in duplici genere causæ posse referri ad proprietatem, nimirum materialem, & efficientem: nam & à subiecto fluunt proprietates, vt à legitima causa efficiente, & in eodẽ tanquã in proprio subiecto, vel materia, externa recipiuntur. Inter est igitur inter secundum & 4. mo. quia in secundo subiectum est causa vt materia externa attributo, vel proprietatis in 4. vero est causa efficiens eiusdem. Hanc opi. Zabarella duobus argu. impugnat, in eo quod asserit D. Tho. 2. modum esse quando subiectum est causa vt materia proprietatum, & nõ ea ratione qua est causa efficiens. Primum. Quia si illæ propositiones essent in secundo modo in quibus subiectum est causa vt materia externa proprietatum, sequeretur illas propositiones in quibus accidens commune prædicatur de subiecto, vt has homo est iustus, & nix est candida, esse in secundo modo, quia subiectum non minus

Opinio Zabare.

1. Argo Zabare.

Exp
fuan
opin

nus est causa vt materia accidentiū
communium, quam proprietatum,
quod sane admittere cum sit absur-
dum, sequitur secundum modum
non spectare ad causalitatem mate-
riæ externæ, sed cause efficiētis.
Secun. Eo modo subiectum con-
currat ad propositiones secundi mo-
di, quo ingreditur definitionem at-
tributi, & proprietatum: at non in-
greditur illam vt est materia, sed
vt est causa efficiens: nō igitur hac
ratione ad secun. mo. dicendi per-
se attinebit. Confirma. assumptio.
Subiectum vt est materia, non con-
tinetur in definitione proprietatū,
nam ita etiam contineretur in dif-
finitione accidentium communiū
cum non minus dependeat hæc ac-
cidentia a subiecto, veluti à mate-
ria, quam proprietates, quod cum
sit factum, & a nemine hucusq. ad-
mittum, sequitur ad secun. modū
non spectare subiectum vt est ma-
teria, sed vt est causa efficiens.

2. Arg.

Explicat
suam
opinio.

Hac igitur opinione reiecta, sta-
tuitur ille duplicem esse causam effi-
cientem, vnam intrinsecam, & aliā
extrinsecam (vocat intrinsecam, eā
quæ situ, loco, & subiecto, non dif-
fert ab effectu à se edito, qua ratio-
ne capax rationis est causa risibilita-
tis, quia risibilitas neq. loco, neq.
subiecto differt à capaci rationis; ex-
trinsecam vero appellat, quæ sub-
iecto, & loco, differt ab effectu, qua
ratione edificator causa est domus,
medicus oprime valetudinis, & qui
iugulat interitus, nam omnes hæc
cause loco & subiecto ab his effeci-
bus maxime separatur.) Inquit igitur
tam secundum, quā 4. mo. spe-
ctare ad genus causæ efficiētis, hoc
tamen differre, quia secundus mo-
dus spectat ad causas intrinsecas ef-
ficientes: quartus vero ad easdem
extrinsecas. Vnde hæc propositio,
homo est capax risus, spectabit ad

secun. modum, & nulla ratione ad
4. eo quod subiectum est causa effi-
ciēs intrinseca attributi, at hæc al-
tera iugulatus interitus, vel medicus
medetur erit in 4. modo, quia sub-
iectum est causa efficiens extrinse-
ca attributi.

2. mo. &
solus

Cæterum hæc opinio Zabarella
in eo, quod inquit, ad 4. mo. spe-
ctare illas propositiones in quibus
subiectum est causa efficiens exter-
na attributi, vera quidem est: at in
eo quod ait illā proposi. cuius sub-
iectum est causa efficiens intrinseca
attribu. non esse 4. modi, sed secū-
di, labitur maxime, peccatque ve-
hementer. Illud etiam silentio in-
uoluerit nequaquam possum, quod
opi. imponat D. Tho. quam ipse
nunquam excogitavit, vel saltem
(quantum legerim) nunquam scri-
ptis mandatam reliquerit. Debe-
rat enim hic Philosophus indicare
locum D. Tho. quia in Commenta-
riis huius cap. 4. tantum inquit secun-
dum, esse qui designat habitudi-
nem causæ materialis, non tamen
docet illas propositiones in quibus
subiectum est causa intrinseca effi-
ciens proprietatum spectare ad 4.
modum & non ad secundum. Neq.
explicans ibidem 4. modū ad eum
ait spectare causas efficiētes intrin-
secas, sed in communi inquit quartum
mo. designare habitudinem
causæ efficiētis, nullum de causa
extrinseca vel intrinseca faciens ser-
monem.

Nostrū
iudiciū.

Sit igitur conclusio. Illæ proposi-
tionibus in quibus subiectum est causa per
se efficiēs extrinseca attributi sunt
in 4. mo. vt sunt iam dictæ propo-
siti, iugulatus interitus, medicus me-
detur, & architectus a edificat. Hæc
colligi potest ex Arist. qui hunc 4.
mo. explicat in iugulato & interitu
certum autem, est esse iugulatū cau-
sam extrinsecam interitus.

1. Cono.

Opinio
Zabare.

1. Argo
Zabare.

2. Con-
clusio.

Secun. conclu. Illæ proposi. qua-
rum subiectum est causa efficiens
interna attrib. spectant etiam ad
4. modum, & non ad 2. Hanc pro-
fitemur aduersus Zabarellam, con-
firmaturq. primo. Quia 4. modus
est per se causandi, vt distinguitur
à causa per accidens, quod ita esse
confirmatur ex Arist. qui illum ex-
plicans, inquit, hanc propositionē
Socrate ambulante coruscet, non
esse per se 4. mo. quia subiectū eius
non est causa per se attrib. sed ac-
cidentaria, nam accidit quod illo
de ambulante fulgeat, vel coruscet,
hanc vero alteram, iugulatus interi-
rit esse per se, quia ad iugulationē
non potest non sequi interitus: sed
causa efficiens intrinseca nō minus
est causa per se proprie. quam cau-
sa efficiens extrinseca, vt homo nō
minus per se efficit risibilitatem,
quam iugulatio interitū; ergo pro-
positio, illæ quarum subiectum est
causa efficiens intrinseca propria-
tum, ad quartum modum specta-
bunt. Rursus. Rogo quænam sit
maior ratio ob quam illæ proposi.
in quibus subiectum est causa effi-
ciens extrinseca proprietatum, sint
in 4. modo: num quia attributum
per se dependet à subiecto: Hęc cer-
te ratio est Arist. At nonne in aliis
in quibus subiectum est causa effi-
ciens intrinseca proprietatum, attri-
butum per se dependet à subiecto?
Fateamur igitur illas esse in 4. mo.
comprehensas.

3. Con.

Tertia conclusio. Ille propositio-
nes in quibus subiectum concurret
vt causa materialis extrinseca (vel
in qua) proprietatū, vel attributi,
erūt per se in secundo modo. Vnde
cū hi modi ex aliquo genere causæ
petantur, primus ex genere causæ
formalis, quia attributū est de essen-
tia, vel utrius forma subiecti, quartus
ex genere causæ efficientis, secun-

us ex genere causæ materialis de-
prometur. Constitutum hanc ad-
uersus eundem Zabarellam cum
D. Tho. in his commenta. qui non
fuit in hac re lapsus, vt ille propo-
sitis rationibus leuissimis, & vi-
ro erudito indignis arbitrat. Nō
enim labitur D. Tho. sed verissime
hanc assertionem profitetur, quæ
apertissime poterit in hunc modū
cōfirmari, Secun. mo. est ille in quo
attributum diffinitur per subie-
ctum: sed certissimum est quod
proprietas diffinitur per subie-
ctum in genere causæ materialis,
ergo secun. mo. spectabit ad ge-
nus causæ materialis. Confirmat.
assumptio. Proprius actus per pro-
prietatem potestatem debet diffiniri,
nam ita Arist. diffinit animam quæ
est actus, per corpus physicum or-
ganicum &c. tanquam per potētā
huius actus susceptiuam: sed pro-
prietas est actus quidam proprius
subiecti & in subiecto reperitur pro-
pria potentia huius actus suscepti-
ua: ergo proprietates diffiniuntur
per subiectum in genere causæ ma-
terialis, vel ea ratione qua est ipsū
in potentia passiua, vel susceptiua
illarum.

Ad argumenta vero quæ nobis ^{Ad rē}
in principio obiebat Zabarella ^{argum.}
facillime respō. Ad primum sequel- ^{Zabarellæ}
lam in propositione illata, nega-
mus: etenim quamuis subiectum
vtraque accidentia, tanquam mate-
ria eorum externa in se recipiat, at
que sustineat, interest tamen maxi-
me inter propria, & cōmunia, quia
propria per se recipit, atque susten-
tat, cōmunia vero per accidens,
etenim ita recipit propria, vt ea nō
recipere nullo modo quæat, & ita
eadem propria huiusmodi subie-
ctum ita sibi vendicabunt, vt in a-
lio reperiri nullo modo possint (lo-
quor de facultate naturali) ac proin-
de per

de per se depēdēt à proprio subie-
cto, at communia, & in alio subie-
cto esse possunt, potestq. & subiectū
sine illis in rerum natura coherere.
Sit exemplum de homine, qui
est subiectum capacitatis discipli-
næ, quæ est illius proprietas, & ca-
loris qui eiusdem extat accidens
commune, respectu capacitatis dis-
ciplinæ, ita est affectus, ut absque il-
la existeret nulla ratione quæat, ne-
q. capacitas disciplinæ, in alio quā
in homine reperiri vllō modo po-
test, cæterum non ita afficitur ad ca-
lorem, cum sine illo esse possit, & ca-
lor in alio quam in homine (vt ig-
ne, aere, lapide, arbore, vel alio mix-
to) reperiri optime quæat, ac proin-
de per se ab homine dependebit ca-
pacitas, calor vero nequaquā: qua-
re cum in secundo modo attributū
per se debeat à subiecto depēdere,
illæ propositiones in quibus accidē-
tia communia dicuntur de subie-
cto, non erunt in secundo modo,
quamuis subiectum sit materia ex-
terna eorum. Ad secundum dicim⁹
falsum esse tantum causalitatem
efficientem subiecti esse rationem
ob quam proprietas, vel attributū
secūdi modi, diffiniatur per illud,
imopotissima ratio est, quia est cau-
sa vt materia proprietatis: & ad con-
firmationē qua hanc solutionē hic
philosophus impugnabat, si hoc
ita esset, sequeretur etiam aciden-
tia communia prædicari in secun-
do modo, quia etiam subiectum est
causa eorum vt materia, respon-
sum esse de hoc viro quam futile, &
in ani argumento aduersus D. Th.
vtatur, & cuius solutionē apud D.
Tho. in explicatione secūdi modi
haurire si voluisset, sane potuisset,
negandum siquidem est hoc ita se-
qui, est enim latum inter hæc acci-
dentia discrimen, quia in subiecto
respectu accidentis proprii, est pro-

pria quædam potentia ad illud sus-
cipiendum, ita vt huiusmodi potē-
tia aliud accidens intueri nullo mó-
do possit, accidenstque vicissim ita
hanc respicit potestatem, illiq. est
proportionatum, vt in alia poten-
tia suscipi, vel aliam respicere nul-
lo modo quæat: at respectu accidē-
tium communium, non ita res sese
habet, quia neque in subiecto est
propria potentia ad illud recipien-
dum, neque illud ita est huic subie-
cto & potentia proportionatum,
quia in alio subiecto reperiri, alte-
riusque subiecti potentiam intueri
non possit: quare cū actus proprius
per potentiam propriam sit diffini-
endus, (vt anima diffinitur per
corpus vt sape 9. metaphy. repetit
Arist.) accidētia propria diffini-
entur per subiectum, vt est materia
externa habens propriam potentiā
ad illa recipienda, communia vero
non poterunt, ac proinde propo-
sitiones in quibus propria dicuntur
de subiecto, vt de materia, erunt
per se, aliæ vero in quibus commu-
nia dicuntur nequaquam erunt.

QVÆSTIO VII. QVI
nam modi sint conficiendis
demonstrationibus
apti.

ET quidem duos tantum prio-
res modos esse accommodatos
his argum. confirmatur. Sit Primū.
Aristo in hoc capi. expressis verbis
docet primum, ac secundum modū
maxime demonstrationibus com-
ponendis deserui, nulla quarti mo-
di effecta mentione: soli ergo duo
priors modi iudicio Aristi. ad de-
monstrationes constituendas apti
erunt atque idonei. Secundum.
Ea solum ad demonstrationes con-
stituendas apta, & accommodata s̄

Ad arg.

Solutio.

1. Arg.

2. Arg.

consentur, quæ necessaria sunt y de
monstratio namque ex necessarijs
râtû coalescit. sed ex Arist. sententia
in hoc cap. ille tantum propositio-
nes sunt necessariae, quæ iuxta pri-
mum, & secundum modum efficiû-
tur, non vero quæ iuxta quartum
sunt: illæ igitur solæ, non autem
hæ postrema demonstrationibus
conficiendis deseruiant. Tertium.
Subiectum non est causa efficiens
proprietas: illa ergo propositio in
qua proprietas prædicatur de subie-
cto non erit in quarto modo, & ex-
consequenti quartus modus nõ in-
gredietur conclusionem etiam il-
lius demonstræ, per quam proprie-
tatem de subiecto concludim. Con-
firmatur antecedens. Imprimis quia
causa efficiens prior est suo effectû,
at subiectum simul oritur, & inte-
rit, cum proprietate: deinde quia
subiectum est materia proprietatis
materiâ autê, & causam efficietem
esse, nequaunt eidem rei cõpetere.

In hac quæstione Græci Themis-
tius, & Phylloponus, & inter Lati-
nos Linconienfis. Vallalpan, & Za-
barella 2. lib. de propositio. necessa-
rijs cap. 14. ac nonnulli alij, putant
primum tantum, ac secundum mo-
dum, esse demonstrætionibus aptos
tertium vero, & quartum, omnino
esse ineptos. Confirmant suam opi-
nio iis argum. quæ in principio ef-
fecimus, Aegidius Romanus arbi-
tratur omnes quatuor modos esse
accommodatos. Sunt qui secundû,
& quartum tantum modum huic
instituto deseruire putent, idque
ex sententia D. Tho. se profiteri as-
seuerant lect. 10. huius lib. Quarta
tamen opinio est aliorum qui con-
stituunt præter tertium modum
(qui non est prædicandi sed essen-
di) omnes tres alios, deseruire de-
monstrætionibus. Nam in eadem õ-
stræ, in qua medium est diffinitio

subiecti, propositio in quarto mo-
modo, assumptio in primo, & con-
clusio in secundo continetur, vt
uideatelicet in proposita demon-
stræ. Omne animal particeps ratio-
nis est capax disciplinæ: pat omnis
homo est animal particeps rationis
ergo omnis homo est capax discipli-
næ, in qua propositi. in 4. modo est
conteta, cû in ea subiectû sit causa
efficiens attributi, assumptio vero
in 1. quia attributû est tota diffini-
tio subiecti, conclusio denique in
2. modo cû attributû in ea sit pro-
prietas subiecti & diffiniatur per
illud. Quæ opinio sequuti sunt B.
Albert. Mag. D. Tho. lecti. 13. Cajet.
M. Sotus, Louanienfes in his com-
menta. Flandrensis q. 15. Veracrucæ
in hoc loco, & Apolaris q. 26. Eam
vero vt explicemus obseruamus
primum posse nos loqui bifariam
de demonstræ, scilicet vel de tota
ea, vt ambit propositionem, assum-
ptionem, & conclusionem, vel de
sola eius conclusionem.

Sit prima cõclusio. Si loquamur
de demonstræ, vt ambit præmissas
& conclusionem, tertio modo præ-
termisso, reliqui primus scilicet se-
cundus, & quartus, sunt ad confi-
ciendas demonstræ, accommodati,
hac quidem lege, vt in aliqua om-
nes illi tres modi formaliter conti-
neantur, in aliqua vero primus tan-
tum ingrediatur, & in aliqua secun-
dus, ac denique in aliqua quartus.
In primis omnes 3. modos in propo-
si. demonstræ possum intueri. Om-
ne (scilicet) animal particeps ratio-
nis &c. In aliqua rursus, primus tã-
tum modus collocatur, vt in hac
demonstrætionem, in qua diffinitio
de re diffinita dicitur, per alteram
diffinitionem. Omnis syllogismus
generans scientiam progreditur ex
veris, primis, & immediatis &c. at
demonstræ est syllogismus generans
scien-

3. Arg.

1. Opini

2. Opini.

3. Opini.

4. Opini.

Obserua

1. conclusio

scientiam: ergo demonstratio pro-
 greditur ex veris, primis immedia-
 tis, &c. In qua demonstra. assump-
 tionē & conclusionem contineri
 in primo modo: nulli est dubium,
 cum in assumptione predicetur vna
 diffinitio, & in conclusione altera
 de re diffinita: itemq. propositionē
 in eodem r. modo contineri contra-
 rietatem esse debet, cū enim
 vna diffinitio dicitur de altera, at-
 tribu. est de essentia subiecti, & ita
 huiusmodi propositio in primo
 modo continebitur. In quibusdam
 iterum demonstra. solum secundū
 modum locum habere, satis est per
 spicuum de illis demonstrationi-
 bus, in quibus vnam proprietatem
 per alteram de subiecto demonstra-
 mus, cuiusmodi est hæc, Omne ani-
 mal capax disciplinæ est risibile: at
 omnis homo est animal capax disci-
 plinæ: ergo omnis homo est risibi-
 lis. In qua propositio spectat ad se-
 cundum modum, cum in ea vna
 proprietates de altera efferatur, assū-
 ptio præterea & conclusio in eodē
 etiam secundo modo sunt conten-
 tæ, in vtrisque enim proprietates de
 subiecto dicitur. Tandē in aliquib⁹
 omnes propositiones in 4. modo cō-
 tentas esse euenit, vt in hac demon-
 stra. efficitur: Omne quod est calidū
 natum est calefacere, sed omnis
 ignis est calidus, ergo omnis ignis
 natus erit calefacere in qua omnes
 propositiones si recte inspiciantur
 sub quarto modo fitas esse conspi-
 cimus, nam in omnibus illis sub-
 iectum est causa efficiens attributi.
 Huc spectant omnes illæ demonstra-
 tiones in quibus vnā causam per
 alteram vt finem per efficientem, per
 finē de effectu confirmamus. Accomo-
 datum exemplum huius rei est illa
 demonstra. qua media cōcluditur de
 dentibus anterioribus, illos acu-

tiores esse debere, quam molares,
 ad hunc modū. Illi dentes, qui sunt
 ad cibum in frustra secundum des-
 tinati, acutiores esse debent: at qui
 dentes anteriores ad cibum in fru-
 stra secundum destinantur: opus
 igitur fuit dentes anteriores esse a-
 cutiores. Diximus autem in conclu-
 sione, prætermisso tertio modo,
 quia ille demonstrationibus confici-
 endis ineptus est, & inutilis. Quā-
 uis enim, si de substantiā sermonē in-
 stitua. demonstra. subiecto ille ac-
 comoderetur nihilomin⁹ tamē, quia
 is demonstra. quarum subiectum
 est accidens, cuiusmodi censentur
 demonstra. Mathe. inutilis est pro-
 inde non iudicatur ille ad demon-
 stra. constituendas accommodatus.

Secun. conclu. Si de sola demon-
 stra. conclu. agamus, secundus tan-
 tum, & quartus modus, in eis demon-
 strationibus locum habent, quibus
 mediis proprietatem de subiecto
 confirmamus. Conclu. hæc est
 aperta, quia in hac conclu. omnis
 homo est capax disciplinæ, in qua
 proprietatē de subiecto colligimus,
 hi solum duo modi iam explicati
 sunt contenti, secundus quidem eo
 quod attributum est proprietates su-
 biecti, quartus vero quia subiectū
 est causa efficiens attributi. Docens
 itaq. D. Tho. solum secundum, &
 quartum modum ingredi demon-
 stra. intelligendus est iuxta hanc
 secun. conclu. nā alibi in eadē lecti.
 13. huius lib. etiam tres reliquos
 modos, tertio prætermisso, demon-
 stra. ingredi, nobiscum profiteretur.

Reliquum est vt argu. proposita
 dissoluamus. Ad primum igitur di-
 cimus Arist. nō docuisse solos duos
 priores modos demonstrationibus
 conficiendis deseruire, sed illos in-
 ter alios esse huic vsui aptos & acco-
 modatos. Quod inde colligi potest,
 quod institutum ipsius in eo loco

non fuit, primum, ac secundū modum, cum quarto modo conferre, sed eas tantum propositiones, quæ & in primo, & in secundo modo efficiuntur, inter se se comparare. Nā cum ex propositionibus in primo modo contentis, quædam sint attributi mediati, qualis est hæc propositio, homo est substantia, & aliæ attributi immediati, vt hæc homo est animal particeps rationis: ac præterea in secundo, quædam sint attributi necessarii, vt quando proprietates adæquata subiecto, de iplo predicatur, vt homo est capax disciplinæ, aliæ vero attributi non necessarii, vt cum attributum est proprietates subiecto minime adæquata, sicut hæc, linea est curva, curuitas enim non adæquatur lineæ, cum dicitur plerumque, recte, ex tot inquit Arist. actam variis propositionibus sub his duobus prioribus modis comprehensis, non quælibet conficiendis demonstrationibus accommodatæ censerit debent, sed ex contentis in primo, illæ solum, quæ sunt attributi immediati, ex constitutis vero in secundo modo, et tantum, quæ extant attributi necessarii. Quod non obscure visus est Arist. indicasse, subiungens statim hæc verba, tales nimirum propositiones debere esse primo, vel secundū quod ipsum, id est immediatas, & necessarias. Hæc dicta sunt iuxta interpretationem Perionij, nam iuxta Boetij interpretationem, aperte satis insinuat Arist. solum secundum & quartum modum, demonstratio nem ingredi, id est in conclusione illius contineri, nam hæc verba habet. Quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus, id est in conclusionibus, quæ solæ dicuntur scibiles per se, sic sunt sicut in esse prædicatibus, id est in quibus attributum, quod prædicatur de subiecto, ei in

hæret, & hic est secundus modus, aut in esse propter ipsa quæ sunt ex necessitate, & hic est 4. modus, illa namque particula propter semper denotat aliquod genus causæ, & ita attributum in esse subiecto propter ipsummet subiectum, erit subiectū esse causam attributi, & hic est quartus modus, & hac ratione locum hunc intelligit & interpretatur D. Tho. Ad 2. respon. 4. modum (vt docuimus) posse sumi, aut in ratione attributionis, aut in ratione causæ. Primo modo non est modus dicendi per se, neq. demonstrationē ingreditur, secundo vero modo est modus dicendi per se, habetq. in demonstratione sedem ac locum. At Arist. in proposita autoritate primo tantum modo est loquutus. Ad 3. negamus antecedens, ad primam probationem dicimus causam efficientem quæ agit per motum, priorem esse effectu, vt ignis prior est calore in ligno producto, illa vero quæ nõ per motum, sed per simplicem quandam emanationem agit, non esse priorem tempore effectu, sed natura tantum, velut sol nõ est prior tempore lumine, sed natura, & hac ratione subiectum causa existit proprietatum. Ad secundam probationem dicimus duplicem esse materiam, vnam ex qua, hac ratione lignum est materia cathedræ, aliam vero in qua, in quo sensu dicimus parietem esse materiam albedinis, eo quod albedo sit in pariete. Quo secundo modo est subiectum materia proprietatum. Et quamuis illud quod est materia ex qua, nequæat villo pacto esse simul causa efficiens: exploratum nihilominus est, materiæ in qua hoc minime repugnat.

Ad 2.

Ad 3.

Quæstio

QVAEST. VIII. AN PRO
positio per se possit in aliam
conuerti quæ sit etiam
per se.

Postremo quærendum erit num
omnis propositio per se, in aliam
per se conuerti quæat, in qua prius
confirmandum erit, hoc fieri non
posse, ac deinde illam in qua genus
per se dicitur de specte, cõuerti pos-
se in aliam in qua species de genere
nulla nota affecto prædicetur, vt
hanc, homo est animal, quæ est per
se in primo modo, conuerti in hanc
aliam, animal est homo. Primo igitur
confirmamus nullam propositio-
nem per se, in aliam propositio-
nem per se conuerti. Eadem res ne
quit forma simul ac materia esse:
at si propositio per se conuertetur
in aliam per se, eadem res esset
forma, & materia: ergo propositio
per se non poterit conuerti in alte-
ram per se. Confirmatur assump.
Forma propositionis est attributũ,
materia vero eiusdem est subiectũ:
at si propositio per se conuertetur
in alterã per se, id quod est for-
ma, fieret materia, & quod est ma-
teria, fieret forma, subiectũ namq.
efficeretur attributum, ac è contra
attributum subiectum: ergo si pro-
positio per se conuertetur in aliã
per se, eadem res esset forma & mate-
ria.

1. Argu.

2. argu.

Secundo loco suademus hanc
propositionem, animal est homo,
esse per se. Sit itaq. secũ. argu. Hæc
propositio præfata est indefinita:
ergo vel æquiualeat vniuersæ, vel
particulari, non vniuersæ, falsum
namq. est omne animal esse homi-
nem: æquiualeat ergo huic particu-
lari, aliquod animal est homo: sed
hæc est propositio necessaria, ergo
etiam erit per se, & ita prima illa

animal est homo etiam erit per se.
Iterum. Hæc propositio nullũ ani-
mal est homo, est impossibilis: igitur
eius contradicens erit necessa-
ria: at contradicens ipsius est hæc,
aliquod animal est homo, hæc igitur
propositio erit necessaria, & ex
consequenti per se, sicut & quæ illi
æquiualeat, animal (scilicet) est ho-
mo. Demum. Quæ necessario vni-
untur in aliquo tertio, necessario
etiam vniuntur inter se se: atqui
animal, & homo necessario vniun-
tur in participi rationis: ergo neces-
sario etiam inter se vniuntur, atq.
ita hæc propositio, animal est ho-
mo, necessaria erit.

3. arg.

4. Arg.

Quidam Scotistæ, vt Antonius
Trombeta. 3. lib. Metaphy. q. 2.
existimant nullam propositionem
per se, cũ alia propositione per se re-
ciprocari posse atq. conuerti. Alij
vero recentiores Thomistæ è con-
trario censent, quamlibet propositio-
nem per se, posse in aliã conuer-
ti, quæ etiam sit per se, sius attribu-
tum, & subiectum extiterint æqua-
lia, siue inæqua. Tertia deniq. opi-
est Caiet. in his cõmenta. & Chry-
Iauelli. 3. Metaphy. q. 3. existiman-
tium posse aliquam propositionem
per se, in aliam per se commutari,
eam (vt pote) cuius subiectum, &
attributum, sunt sibi inuicè æqua-
lia, non tamen omnem, illa enim
cuius subiectum, & attributum, ne-
quaquã sunt æqualia, nullo pacto
potest in aliam propositionem per
se transmutari. Huic igitur postre-
mæ Caietani sententiæ adharren-
tes, in illius explicationem, animad-
uertimus primum, non semper vni
ac eidem propositioni competere,
& esse necessariam, & esse per se. Ha-
bemus in promptu exemplum. Hęc
propositio, nix est alba, necessaria
profecto est, et eadem nõ est per se,
vt cuiuslibet est apertum. Illud etiã

Opi-
Scotistæ

Opinio
Thomiæ

Obscr. g

scire

scire oportebit, in nominibus aliud esse, ipsorum significatum, & aliud pro quo idem nomen sumitur, & usurpatur, nam in hac propositione, album legit, album albedinem significat, pro qua tamen non sumitur, sed pro homine ipsa affecto.

I. Conc

His animaduersis sit prima conclusio aduersus Trombetam Diffinitum non est, aliquam propositionem per se in aliam quam etiam sit per se interdum posse conuerti. Confirmatur hæc conclusio adhuc modum. Hæc propositio, homo est animal particeps rationis, quæ citra controuersiam est per se, accurate conuerti potest, in hanc alteram, animal particeps rationis est homo at hæc propositio postrema est per se: igitur poterit propositio aliqua per se, in aliam, quæ sit per se aliquando transmutari. Confirmatur assumptio. Illa propositio cuius subiectum pertinet ad diffinitionem attributi ad secundum modum dicendi per se spectat, ut Aristoteles in cap. docuit: at qui subiectum huius propositionis de qua est nobis sermo, habet locum in diffinitione attributi, nimirum hominis, ut est omnibus exploratum quin potius est tota ipsius diffinitio: erigitur illa propositio per se ad secundum modum pertinens. Est tamen quod diligenter obseruemus hæc conclusionem non esse in eodem modo dicendi per se intelligendam, hoc enim pacto daretur circulus, qui certe non est admittendus, sed in diuerso dumtaxat, hoc quidem modo, quod propositio per se in primo modo, in alteram quam sit per se in secundo modo, & e contra, quæ est per se iuxta secundum modum, in eam quam est per se iuxta primum modum, conuertatur.

2. Con.

Secunda conclusio aduersus auctores secundæ opinio. Datur aliqua propositio per se, quæ nequit

in aliam per se villo modo recipiari. Huiusmodi censeretur debet illa, cuius attributum latius patet quam subiectum, quod nimirum in ea propositione contingit, in qua genus de sua specie dicitur. Vnde quamuis hæc propositio, homo est animal, sit per se, & in primo modo contenta, hæc tamen altera, animal est homo, quæ est illius conuertens, nequaquam erit per se, nec ad aliquem modum dicendi per se spectabit. Est vero hoc nobis accurate confirmandum, nam tota controuersia inter nos & alios auctores, in hoc est constituta, num scilicet hæc postrema propositio sit per se, ut & prima, est per se. Sit igitur primum argum. Omnis propositio per se est etiam de omni, ut in cap. docuerat Aristoteles. at qui hæc propositio non est de omni, nam non omne animal est homo, ergo non erit illa per se. Secundum. Omnis propositio per se, debet etiam esse necessaria, quemadmodum Aristoteles in hoc eodem cap. cetera: at hæc propositio non est necessaria, ergo non erit per se. Confirmatur assumptio. Propositio illa cuius subiectum potest absque attributo esse, non est necessaria, cum possit aliter se habere: sed potest animal, (quod est huius propositionis subiectum) absque homine, qui est eiusdem attributum in rerum natura reperiri: non igitur hæc propositio necessaria erit. Tertium. Hæc propositio, animal est homo, est in definita, ergo vel æquiualebit huic vniuersæ, omne animal est homo, vel huic particulari, aliquod animal est homo: vniuersæ non potest villo modo æquiualebere, falsa enim esset, cum falsum sit, omne animal esse hominem: igitur æquiualebit particulari: at qui propositio quæ æquiualebit alteri propositioni particulari est in materia contingenti

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

genti, vt omnes Dialectici cum Arist. lib. 1. perhierme. cap. 4. & 5. precipiunt: ergo hæc erit in materia contingentis: sed nulla propositio per se est in materia contingenti, cū omnis propositio per se, quælibet illa sit, in materia necessaria fiat, vt auctor est Arist. in hoc capite: hæc igitur propositio, animal est homo, non erit, propositio per se.

Ad 1. argum.

1. Solu.

2. Solu.

1. Arg.

2. Solu.

2. Arg.

3. Arg.

Dissoluamus iam argum. in principio proposita. Ad primum dicimus imprimis illud sic contra nos pugnare, vt non minus, imo magis ipsis fortasse, quam nobis adueretur, cum ex illo consequens fieri possit, propositionum conuersione omnino auferendam esse, quia in ipsa subiectum efficitur attributum, ac iterum attributum, in subiecti locum subicitur. Secundum tamen respon. posse nos attributum, & subiectum ex se, & secundum proprias rationes, vel iuxta situm ac locum, quem in propositione occupat, contemplari. Primo quidem modo, quod in vna propositione est subiectum etiam permanet subiectum in altera, sicut & quod in vna attributum, etiam & in altera per se ueratur attributum, animal enim quod ex se, ac iuxta sua essentialia attributa, est attributum hominis, in quacunque propositione usurpetur, non potest non esse illius semper attributum, sicut & homo illiusmet subiectum: verum iuxta secundum modum, potest aliquando, quod est subiectum in attributum mutari, vicissimque quod attributum est, in subiectum conuerti. At attributum aliquod esse formam, subiectum autem materiam, non est ex nominum uocumque situ, & varia dispositione, sed ex rerum per uoces ac nomina significatarum naturis, perpendendum. Negandum itaque erit illud quod ex se, & suapte natura est

attributum fieri subiectum, & quod subiectum est, in naturam transire attributi. Respond. tertio in rebus naturalibus materiam non posse effici formam, nec formam in materiam abire: at hoc in propositionibus effici necesse est, cum enim eas conuertimus, non potest non subiectum attributi, attributum uero subiecti locum subire. Forma itaque, in materiam, ac uicissim materiam in formam conuerti oportebit. Ad secundum concedimus hanc propositionem, aliquod animal est homo, esse necessariam, eandem tamen esse per se distinemur, neque enim necesse est, vt omnis propositio necessaria, sit etiam per se, vt sæpe est a nobis repetitum. Dicimus iterum hanc propositionem, aliquod animal est homo, posse sumi vel ratione suppositionis, vel ratione significationis. Primo modo est illa propositio necessaria, in aliqua enim propositione, aliquod animal, pro homine necessario usurpatur, ut in hac, aliquod animal ridet. At secundo modo non est necessaria, natura namque animalis per aliquod animal significata, non uenit necessaria cum homine, cum possit animal absque illo coherere. At uero vt aliqua propositio necessaria, sit etiam per se, debet esse utroque modo, & ratione suppositionis, & ratione significationis necessaria. Ad tertium, negamus consequentiam, primo loco illatam, hæc enim propositio, nullum animal est coloratum, impossibilis est, & tamen eius contradicēs, nimirum aliquod animal est coloratum, non est necessaria, sed possibilis, ac contingens impossibili enim non necessarium, sed possibile opponitur quod se ad contingens, & necessarium uelut quidpiam superius habet. Respon. deinde fallum esse an

3. Solu.

Ad 2. 1. Solu.

2. Solu.

Ad 3. 1. Solu.

2. Solu.

rece.

tecedens, nam hæc propositio nul-
lum animal est homo, pōssibilis est
imo aliquando iam fuit vera, in
creatione scilicet mundi, nam ante
quam Deus crearet hominem, iam
conliderat alia animalia, quo tem-
pore verum erat dicere, nullum ani-
mal est homo. Resp. vlti. hoc argu-
si aliquid concludit, solum confir-
mare hanc propositionem, aliquid
animal est homo, esse necessariam,
inde tamen non fit eam esse per se.
Ad quartum negamus primū as-
sumptionem: quamuis enim homo
necessario cum participi rationis
vniatur, haudquaquam tamen ani-
mal cum eo necessario cōiungetur,
cum possit illud absque rationis
participi optime coherere. Dici-
mus secundo quod quamuis admit-
teremus inter hominem, & parti-
ceps rationis necessariam habitudi-
nem interuenire, minime tamen in-
de fieret hæc propositio, ani-
mal est homo, esse per se, sed tantū
sequeretur eam esse necessariam: cō-
plures enim dantur propositiones,
vt hæc, nix (scilicet) est alba, cælum
mouetur, alixq. id genus fere in-
munere, quæ certe necessariae sunt,
nec tamen sunt propositiones per
se appellandæ, & attendendæ, cum ac-
tributo accidentario accidentalita-
te (vt aiunt) quiaæti prædicabilis
constent.

Animaduersione.

Explicās Arist. secundū modū
dicendi per se utitur quibusdā
exemplis Mathematicis quæ in scho-
lis erant explicanda. Nescio tamen
ob quam causam horum explicatio
fuit eo loco prætermittenda, quare e-
rant in hoc loco proponenda supe-

rioribusq. scholīs adicienda. Sunt
autem exempla, rectum, & inflexū
par & impar, primū & compo-
situm, æquilaterum & altera parte
longius quæ omnia de suis subiectis
suis. modo dicēdi per se prædicatur
duo priora de linea, sunt etenim il-
lius proprietates, reliqua vero dicū-
tur de numero. Rectū dicitur illud
quod ex æquo iacet inter duo pūcta
obliquū vero appellatur illud, quod
non ex æquo iacet, sed quod discre-
pat ab huiusmodi punctis, ut linea
quæ ducitur ab, a, in b, est recta quia
ex æquo illa iacet inter hæc duo
pūcta: at alia quæ a, c, in d, trahi-
tur est curua quia non ex æquo ia-
cet inter illa. Numerus par dicitur
ille qui in pares numeros diuiditur,
ut quaternarius, octonarius, alii q.
bis similes, nā quaternarius in duos
binarios pares, & octonarius in
duos etiam quaternarios pares di-
uiduntur: impar vero dicitur qui di-
uiditur in numeros impares, ut qui-
narius, qui diuiditur in ternariū &
binarium. Hæc certe exempla aper-
ta sunt, de aliis duobus non est eadē
interpretum sententia. Philoponus
ac B. Alberti. per numerum primū
eum esse putant intelligendum, qui
non sit ex alio numero compositus,
cuius generis est binarius, qui ex so-
lis duabus unitatibus constat. ver
compositum vero illum qui ex aliis
numeris coalescit, ut sunt quater-
narius, senarius, & alij: nam quater-
narius ex duobus binariis, & senarius
ex duobus ternariis componuntur.
Verius tamen alij, ut D. Tho. Ale-
xander,

Quid re-
ctū & in-
flexum.

Linea
recta.

A B
Linea
inflexa.
C D

Alexander M. Soto Louan. & cum eis
 Toletus Zabarella & alij recentio-
 res per numerū 16. intelligi uolunt il-
 lū qui sola unitate mēsuratur, uisunt
 binarius ternarius, & quaternarius, nā
 binarius solis unitatibus constat,
 ternarius binario & unitate, quina-
 rius uero, quaternario, & unitate,
 per compositionem uero alium qui nu-
 mero mēsuratur ut nouenarium, 16.
 aliosq. huius generis, qui ex nume-
 ro eiusdem rationis in se ipsum du-
 ctio componuntur, nā ternarius ter
 ductus in se ipsum, efficit nouenariū
 & si quaternarius quater in se ip-
 sum ducatur uumerus 16. cōsurgit.
 Vltimum exemplum est de aquila-
 tero, ac eo quod est altera parte lō-
 gius. Quod Alexander putat non
 numeris sed figuris tantum conueni-
 re quadrum enim est figura equi-
 latera, quadrangulū uero habet duo
 latera longiora, aliaque duo breuio-
 ra, atq. ita est altera parte longius.
 Verum Philoponus. Auerroes. B.
 Albert. Mag. Ferraricus. in annota-
 tionibus, hanc affectionem quoq. nu-
 meri esse putant: ex numeris si qui-
 dem, quidam equilateri, & alteri
 altera parte longiores dicuntur:

nam si numerus in se ipsum ducatur
 qui oriatur quadratus nuncupabi-
 tur, habebit enim omnia latera æ-
 qualia ut nouenarius, & 16. etenim
 ternarium si ter in se ipsum ducatur
 oriatur nouenarius, cuius late-
 ra sunt tres ternarii pares, ac æ-
 quales inter se, & si quaternarium
 in se ipsum quater trahamus consur-
 get numerus. 16. cuius latera erunt
 quatuor quaternarii, inter se etiam
 pares ac æquales: at uero ille dicitur
 numerus altera parte longior,
 qui ex ductu unius numeri in alium
 numerum cōsurgit ut duodenarius,
 qui cōsurgit ex ductu ternarii in qua-
 ternarium nam ter quatuor uel qua-
 ter ter constituunt duodenarium, et
 enim hæc latera ternarii & qua-
 ternarii esse in æqualia nullus est
 qui ignoret, exploratum si quidem
 est quaternarium esse maiorem ter-
 nario, ac proinde longiore in ratio-
 ne numeri, quorum omnium exem-
 pla in figuris subiectis licebit intue-
 ri. Legenda sunt quæ ab Euclide, Ge-
 ma Phrisio, Oroncio Phineo, Hie-
 rony. Muñosto nostro Valentino,
 Ludouico Baeca, ab alijsq. Arith-
 metiis de hac re fuerunt conscripta.

Noue-
 narius
 binar-
 ius æ-
 qui la-
 terus.
 . . .
 . . .
 . . .
 16. tu-
 merus,
 aquila-
 terus.
 . . .
 . . .
 . . .
 . . .
 Duo de-
 narius
 altera
 parte lō-
 gius.
 . . .
 . . .
 . . .

CAP. V. DE ER-
 roribus qui eueniunt
 circa attributam vniuer-
 sum.

ARGVMENTVM CAP.



Veniam circa attributum vniuersum nonnullos errores esse contingit, illos in hoc cap. recenset Arist. idq. in prima cap. parte præstat, & in secunda Theorem. quoddã in medium adducit, quo subiectum attributi vniuersi, dignoscere valeamus.

COMMENTARIA.

Quid sit attributum vniuersum docuit Arist. in vltima p. cap. superioris. Quia vero possunt non nulli errores circa attributum vniuersum contingere, vt pote, illud de aliquo subiecto, respectu cuius non est attributum vniuersum, cõcludendo, prout qui sint i errores in hoc cap. explicat Arist. sunt autem illi tres. Primus est.

A *Oritur autem huiusmodi error, &c.* Quando sub aliqua specie vnicum tantum indiuiduũ continetur, concludimusq. de illo attributum specificum, in habitudine ad tale indiuiduum, illud attributum vniuersum centeri debeat, cum non indiuiduo, sed speciei potius prius conueniat: vt si quis de hoc sole, illum suapte natura esse altrum luminosum concludat, hoc attributũ vniuersum eius esse existimans, hic certe errabit maxime, tale namq. attributum non huic soli, sed soli speciei, natum est primo conuenire.

B *Aut cum rebus singulis, &c.* Secundus error est, quãdo sub aliquo genere innominato continentur complures species, ac de aliqua illarum attributum generis confirmamus, illud talis speciei attributum vniuersum esse arbitranes, quemadmodum ad quadrupeda, vt bouẽ, & equum, datur aliquod genus immediatum, ac innominatum, neque enim illud tale est ipsum animal

sic enim omnia animalia essent quadrupeda: si ergo nos rationem quadrupedis concluderemus de leone, nobis in animum inducentes ipsã esse attributum vniuersum leonis, & non illius generis innominati, deciperemur maxime, hæc enim ratio, non prius leoni, quam illi generi innominato competit.

C *Aut si res illa, &c.* Tertius error iuxta quorundã interpretationẽ hic est. Si attributum vniuersum alicuius generis de aliqua eius specie colligeremus, per suadentes nobis illud tale esse attributum vniuersum speciei, laboreremur in errorem, non enim illud speciem prius quam genus ipsum respicit, velut si quis sentire quod est attributum vniuersum animalis de homine cõcluderet, censens esse vniuersum hominis attributum, hic se quidem turpiter hallucinaretur. Hic idem tertius error, iuxta aliorũ interpretationem, hoc alio modo se habet. Si quis attributũ vniuersum speciei de genere confirmaret, putans illud tamquam attributum vniuersum generi tribuẽdũ esse, hic haud dubie falleretur: vt si quis capacitatem disciplinæ, quæ est attributum vniuersum hominis, de animalitã quam attributũ vniuersum illius confirmaret: hæc enim proprietas non primo animali, sed homini ipsi nata est conuenire.

D *Si quis igitur rectas, &c.* Illustrat Arist. nuper dicta exemplis Mathematicis.

Error primus.

Error. 2

Errori
3.
1. sen.
fus.

Eius erroris 1. sensus.

maticis adhibitis, à tertio errore initium sumens: Si quis inquit vel let concludere de recta linea tanquam attributum vniuersum non concurrere, hic certe erraret, hoc nã que attribut. specificum est, & non genericum competens tantum lineis parallelis. Præterea concludens quispiam de Isocele (constituta prius hypothese triangulum non habere aliam speciẽ præter ipsum) habere tres angulos æquales, tanquam attributum vniuersum ipsius, in primum errorem incideret, nam hoc attributum non primo speciei, sed generi competit. Tandem si commutatam proportionem, de numeris, lineis, corporibus, vel tempore tanquam attribut. vniuersum ad eorum omnium naturam spectans confirmarem, in secundum errorem laberemur, hæc enim commutata proportio non his speciebus, sed cuidam innominato generi ad ea omnia, quæ sub ipsa comprehenduntur, communi, propria est.

E. Quare si quis vna, &c. Ex superioribus colligit Arist. hoc confecta. Si quis cognouit attributum vniuersum generis ex eo tantum, quia cognouit illud inesse suis speciebus, non cognoscat profecto tale attribut. vniuersum perfecte, sed Sophystice, id est, probabiliter. Sic exemplum. Si quis tantum agnoscat triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, quia Schalenon vel Isoceles illos habent, solum ei hoc innotescet probabiliter. Ratio est in præcepto. Scire perfecte nihil aliud est, quam rem per causam intelligere: at qui agnoscat attribu-

tum vniuersum generis, eo quod ipsum in talis generis speciebus esse ac reperiri cernit, haudquaquam illud per suam causam agnoscat: ergo qui hac ratione in cognitionem attributi vniuersi devenit, non illud perfecte sed probabiliter tantum cognoscat.

F. Antem insit aliquid, &c. In vltima denique parte tradit Arist. quoddam theorema, quo medio possimus dignoscere quodnam sit subiectum proprium attributi vniuersi. Est autem illud. Quando posito subiecto ponitur attributum, & quando eodem amoto & attributum quoque amouetur, tale subiectum erit ipsi attributo vniuerso proprium iudicandum. E contra vero quando posito subiecto non ponitur attributum, eoque amoto attributum minime amouetur, huiusmodi subiectum nequaquam tali attributo vniuerso proprium censeri debet. Perspicuum id esse potest in hoc exemplo. Isoceles (v. g.) aut figura non sunt subiecta huius attributi vniuersi quod est, habere tres angulos æquales duobus rectis, non isoceles: eo enim è medio sublato ad huc per manet tale attributum: neque figura, ipsa enim posita, non est necesse tale attributum statim poni, nam extant pluresque figuræ, vt quadratum, quadrangulum, & aliæ quæ tribus angulis delimituntur. Triangulum tamen talis attributi subiectum proprium existimandum erit quia ipso posito etiam tale attributum ponitur, eodemque amoto, illi etiam habere tres angulos pares duobus rectis necesse est amoueri.



Errori
3.
I. sen.
sus.

Eius er
roris t.
causas.

Disputatio de attributo vni- uerso vnica sectione compre- henfa.

ARGVMENTVM.

Reuiter nos ab huiusmodi sectione expediemus sunt enim facillima, & quam paucissimis obiecta difficultatibus ea quæ de attributo vniuerso ab Arist. enarrata fuerunt.

Quæstio I. Sitne accurata diffinitio attributi vniuersi necne?

IN superiori cap. diffinierat Arist. attributū vniuersum illud, quod dicitur de omni, per se, & secundū quod ipsum. Querimus igitur sitne hæc diffinitio accurata necne: Quæ quidem rem vt explicemus, obseruamus primum, totam hanc cōtrouersiam ob illam particulam, secundū quod ipsum exagitari, nū scilicet significet illa, idē quod per se, vel idem quod primo. Nam si illa idem valeat quod per se, erit præfata diffinitio manca, & imperfecta cum desit illi hæc particula, primo quæ est ad attributi vniuersi diffinitionē omnino necessaria: quod si eadē denotet idipsum quod primo exacta illa acurataq. cesebitur. Hoc igitur vnum erit in hac q. discutendum. Quidam idem volunt significare hanc particulam, quod significat hæc alia, per se, ex quorū opinio, consequens plane sit, deesse huic diffini. hanc particulam primo. Ex quorū numero est Ferrari. in huius loci annotationibus, qui

1. opin.

Ferrari.

in hanc sententiam & Arist. testimonio expressis verbis hoc loco profitentis per se, & secundū quod ipsum, esse vnū & idem, & D. Tho. autoritate ducitur, qui super illū locum hæc verba habet. Ne aliquis crederet aliud esse quod in diffinitione vniuersalis dixerat per se, & secundum quod ipsum est, ostendit quod per se, & secundum quod ipsum est, idem est. Alij, vt Theophrastus (referente Philoppono) ratione aiunt has particulas ab inuicem distingui, quia particula per se solum denotat vel quod attributū sit de natura subiecti, vt in 1. modo vel quod subiectum spectet ad diffinitionem attributi, vt in 2. modo at particula secundum quod ipsum est, hoc sibi vult, quod nempe attributum competat subiecto primo, & qua est illud tale. Tantum itaq. illæ inter se differunt velut includens, & inclusum, omne si quidem attributum competens subiecto secundum quod ipsum competit eidem

2 Opia

Coni
2. op
dupl
medi

dem per se, non tamen e conuerso. Hanc opinionem amplexus est D. Tho. in superiori cap. constituens omne attributum secundum quod ipsum esse per se, & non e conuerso ac iterum omne attributu. per se esse de omni, ac non e contra. Ac rursum lib. 2. cont. Gent. cap. 15. multas (ait) dari propositiones per se, quæ non sunt attributi vniuersi, & quæ rei. secundum quod ipsa est, minime conueniunt. Hanc eandem & Caieta. & pleriq. alij Latini fuere vnanimi consensu sequuti, quam non nulli recentiores hoc modo explicant. Hæc particula, Secū. quod ipsū cum sit redupli. aut sumi, vt reduplicat totā naturā speciei, vel reduplicat tantum propriā talis rei rationem, suæ differentię nomine explicatam. Nam homo v. g. secundum quod homo est, vel tumitur reduplicata tota eius natura, qua ratione possumus certe dicere, ipsū esse sentientem, vel reduplicata sola illius propriā rationem per differentiam eius essentialē explicata, quo plane modo, non est homo sentiens, sed particeps rationis. Inquiunt: ergo illi. Si hæc vox, secundum quod ipsum, primo modo vsurpetur, certe illa à particula, per se, nō non distinguetur: quod si eadem in secundo sensu accipiat, maxime ab eadem differet, non enim iuxta primum, sed iuxta secundum tantū sensum attributu. primo subiecto conuenire declarat, quod ad intrinsecam rationē attributi vniuersi spectat, quæ enim rei iuxta propriam & vltimam differentiam competunt, nata sunt primo illi conuenire. Possumus autem banc 2. opinio tamquā vtiorem hoc duplici argumento confir. Primum. Dantur aliquæ propositiones quæ sunt per se, quæ tamen non conueniunt rei secundū quod ipsa est, hæc igitur duæ parti-

culæ per se, & secundum quod ipsum, erunt inter se diuersæ. Patet consequentia, confirmata, antecedens. Hæc attributu, homo est sentiens, est in 1. modo dicendi per se: sed eius attributu. non competit subiecto secundū quod homo est, neq. est illi proprium, sed commune est illi cum equo, alijsq. brutis animantibus: iam ergo hæc duæ particulæ erunt inter se diuersæ. Iterum. Si in hac diffinitione attributu, vniuersi ab Arist. tradita essent vnū ac idē hæc duæ particulæ, per se, & secundum quod ipsum, sequeretur hanc diffinitionem esse mancā, & imperfectā, Arist. vero commississe negationem secundum rem: primū confirmamus nam quod hæc particula, primo, necessaria sit ad perfectā attributi vniuersi diffinitionem, nulli dubium est, at si particula hæc, secundum quod ipsum est, non æquipollet huic particulæ primo, sed illi alteri, scilicet per se, est equidē illa in hac diffinitione prætermissa: diffinitio autem cui aliqua necessaria particula deest imperfecta certe, ac manca censeridebet, igitur hæc diffinitio proposita non erit suis numeris absoluta. Secundo, autem hoc pacto suadere possumus. Quando in diffinitione, vnum, & idem, semel, ac iterum sub vna ratione repetimus negationē committimus: atqui hæc particula per se est vnum, & idem cum hac alia secundum quod ipsum, & obtinet vtrāq. eandem rationem: ergo vnum & idem sub eadem ratione repetit Arist. in hac diffini. semel cum inquit per se, iterūq. quando ait secundum quod ipsum, & ita negationem aperte committet. At quam sit absurdum hoc vtrumq. asserere nemo est qui nō probe cognoscat. Vt igitur hæc absurda vitemus fateamur oportet has particu-

Secun.

Confir. 2. opin. dupli. medio.

las, per se, & secundū quod ipsum diuersas esse inter se, & ita secundū, quod ipsum eundem sensum reddere quem hæc particula primo declarat.

Obiec. 1. Sed forte obiiciet, aliquis Arist. auctoritatem, aperte, satis docentis per se, & secundū quod ipsum esse vnum acidem. Cui respon. pos-

Solutio.

se interdum euenire, vt vna, & eadem res, sit attributum per se, & secundum quod ipsum, vt perspicuū id est in hac proposi. homo est animal particeps rationis, at hoc nihil obest quo minus hæc eadem particula formaliter distinguantur, aliaque, ac aliam diuersam rationē obtineant, nam attributū huius propositionis assignatæ, scilicet, animal particeps rationis, cōpetit per se homini, penes eam rationē, quæ est de ipsius natura, & essentia: conuenit autem eidem homini secundum quod homo est iuxta aliam rationem, in quantum scilicet, proprie, ac primo, illi conuenit. Arist. igitur loquutus est in hoc loco de his particulis secundum rem, non autem iuxta diuersam vtriusque rationem, quamuis enim iuxta illud primum, sint vnum, ac inter se conueniant, nihilominus differunt iuxta hoc secundum, velut in cludens, & inclusum, quia omne secundum quod ipsum, est per se, non tamen e contra, vt iam in precedenti cap. ad monebamus.

Obiec. 2. Obiiciet iterum aliquis, Hæc propositio, homo est capax disciplinæ, in qua secunda proprietas de suo subiecto prædicatur, est attributi vniuersi, quæ tamen non est secundum quod ipsum, & primo non est igitur opus collocare in diffinitione attributi vniuersi, hanc partem iam, secundum quod ipsum, quæ eundem sensum obtinet cum hac alia particula, primo. Proposi. mani-

facta est, assumptio ita cōfirmatur. Huius propositionis attributi non competit primo homini, cum ei prima proprietate mediente cōueniat; at qui secundū quod ipsum, & primo, sunt vnum, & idem; ergo hoc attributum non conueniet homini secundum quod homo est. Huius obiectioni respon. duplex esse medium vnum secundum causam, & alterum secundum attributionem, Medium primo modo non aufert rationem eius quod est attributū primo conuenire subiecto, vel secundum quod ipsum est; at medium secundo modo, cuiusmodi est animal in habitudine ad sentire, & ad hominem, eandem attributi secundū quod ipsum rationem omnino aufert. At prima proprietas non est medium secundi generis, & secundum attributionem, quia secunda non dicitur de prima, illaq. media de subiecto, cum vna proprietas de altera minime prædicetur, sed omnes potius de subiecto essentur.

Solutio.

QVAEST. II. AN ATTRIBUTUM vniuersum reperiri possit extra suum proprium & immediatum subiectum.

Docuerat Arist. in vlti. p. huius cap. illud esse subiectum attributi, quo posito ponitur attributum, & quo amoto idem amouetur. Illud ergo examinare instituimus, num ita verum sit, vt nulla ratione quæat attributum vniuersum extra suum proprium subiectum reperiri. Quam quæst. pertractant Caieta. in commenta. huius loci, ac Ferraricus. 2. cont. Gent. cap. 15. Vt tamen recto ordine in illa progrediamur, erit primo obseruandum, duplex posse constitui subiectum attributi vniuersi, vnum secundum

Obseruandum

dum essentiam, vel formaliter, & al-
terum secundum participationem,
vel similitudinem, quemadmodum
subiectum essentiale caloris, est ig-
nis, aqua vero calida, vel ferrum ca-
dens, est subiectum eiusdem secun-
dum participationem. Iterum ob-
seruamus ex attrib. vniuersis, que
dam esse que obtinent hoc vtrum
que subiectum, vt calor, alia vero
que vnicum tantum subiectum for-
tuntur, vt est risibilitas, que in ho-
mine tantum, velut in subiecto se-
cundum essentiam, reperitur. His
obseruatibus, quæst. propoli. his con-
clusio explicamus.

1. concl. Sit prima. Attributa illa, que so-
lum obtinent subiecta secundum
essentiam, nulla ratione extra illa
reperiri queunt. Confirmatur inpei-
mis inductione adhibita, habere
tres angulos pares duobus rectis ex-
tra triangulum reperiri non potest
risibilitas item, nequit extra homi-
nem inueniri, & sic de aliis, hæc ete-
nim sunt essentialia horum attrib.
subiecta, ergo vera erit conclusio.
Iterum. Quando aliqua inter se re-
tro committant, ac reciprocantur,
nequit vnum absque altero in rerum
natura coherere, alioquin enim non
reciprocarentur: at attrib. vniuer-
sum vnicum tantum essentialia sub-
iectum obtinens, dicitur de illo re-
ciproce, vt risibilitas de homine:
non igitur poterit attributum abs-
que tali subiecto reperiri.

**2. Con-
clusio.** Secunda conclusio. Illud attrib-
utum quod obtinet duplex subie-
ctum, vnum secundum essentialia, & alterum
secundum participationem, potest præ-
ter subiectum secundum essentialia,
in subiecto per participationem re-
periri. Confirmatur primum hac in-
ductione. Calor qui duplex obti-
net subiectum, ignem scilicet, qui
est subiectum essentialia ipsius, &
aquam calidam, vel ferrum candens

quod est eiusdem subiectum per
participationem, potest in rerum
natura extra ignem in ferro etiam
ignito, vel aqua calida reperiri. Bo-
nitas itidem, sapientia, atque alia
huiusmodi que sunt attributa
vniuersa Dei, reperiuntur etiam
extra Deum, qui est eorum omnium
subiectum secundum essentialia, in
creaturis ipsis, que sunt subiecta
eorundem per participationem. Præ-
terea beatitudo, charitas, reliquaque
alia spiritus sancti charismata, que
sunt Dei Opt. Max. vniuersa attri-
buta extra eum, in angelis, ac homi-
nibus inueniuntur, idemque est de
omnibus aliis huiusmodi accidē-
tibus: certa igitur erit præfata no-
stra conclusio. Eadem secundo con-
firmatur ad hunc modum. Quia quan-
do attributum non adæquatur sub-
iecto, sed latius patet quam illud, du-
bium non est quin possit tale attri-
butum extra eiusmodi subiectum
reperiri, licet hoc intueri in hoc at-
tributo sentiens respectu homi-
nis, quia enim illud latius patet
quam homo, potest extra illum in
equo, boue, ac aliis reperiri: sed at-
tributum vniuersum hæc duo sub-
iectorum genera obtinens latius ex-
tenditur, quam pateat subiectum
in quo ipsum secundum essentialia
inuenitur: poterit ergo extra suum
subiectum essentialia in alio sub-
iecto per participationem repe-
riri.

3. Con. Tertia conclusio. Attributum v-
niuersum, nequit reperiri, vel ex-
tra subiectum in quo natum est se-
cundum essentialia conseruari, ac
esse, vel extra aliud subiectum in
quo potest per participationem re-
cipi, ac sustentari. Confirmatur. Nul-
lum attributum potest extra illud
subiectum reperiri, quod est ipsi ad-
æquatum: atqui subiectum ad-
æquatum attributi vniuersi, est vtru-
que

que subiectum, tam illud quod est secundū essentia, quā illud quod est per participationem: non igitur poterit attributum vniuersum extra subiectum sibi vel secundum essentiam, vel secundum participationem proprium, reperiri.

Ex his facile dissoluentur omnes difficultates, quæ aduersus hoc Arist. theoremata fuerint subortæ, neque enim aliud huiusmodi rationes confirmant, quam posse attrib. vniuersum extra subiectum ipsi secundum essentiam competens, in subiecto etiam per participationē reperiri, sicut esse, & viuere, quæ sūt attributa vniuersa Dei, in creaturis etiam tamquam in subiectis per participationem inueniuntur.

Obiect.

Est tamē obiectio Sublata substantia, omnia quoque accidentis attributa vniuersa ē medio auferuntur eaque rursus posita omnia itidem illa ponuntur: at substantia non est immediatum subiectum horum at

tributorum: ergo non recte fuit ab Arist. constitutum, illud esse subiectum immediatum attributi vniuersi, quo posito ponitur & attributum, & quo amoto, & attributū quoque amouetur. Huic obiectio. *Solutio.* ni respondemus accidentia sumi posse, vel secundum existentiam, vel secundum essentiam, iuxta primum sensum, amota substantia, etiam & illa sunt necessario amouenda: at iuxta secundum, licet substantia amoueat, adhuc tamē illa immota perseverant secundum essentialē, cōnexio, vel iuxta verit. propositi, etenim quamuis pereat extremitas substantia, cui inhaerebat, pereunte, semper tamen hæc essentialis attributorum connexio, extremitas est ens, quantitas, & coniuncta, remanet, in perpetuumque remanebit: at ad rationem attributi vniuersi, sola essentia vel attributorum essentialis connexio est a nobis contemplanda.

CAP. VI. DEMONSTRATIONEM constare ex necessariis.

Distributum est totum caput in tres partes præcipuas, in quarum prima septem argumentis confirmat demonstrationem constare debere propositionibus necessariis: in secunda quædam Theorem. tradit: in tertia demū obiectio quandam dissoluit.

COMMENTARIA.

Septē argumenta adducit Arist. in hoc capi, ad confirmandum demonstrationem constare ex propositionibus necessariis. Primum

hisce verbis.

A Atqui si demonstratio. &c. Conclusio demoutra. quæ sola sub scientiam cadit, est necessaria: at hæc confirmatur per præmissas demonstrationis: cum ergo necessarium per necessa-

cessarium tantum confirmetur, demonstratio ex solis necessariis coalescer.

Secun. *B Sunt autem ea &c.* Secundum argum. Propositiones 1. & 2. modi dicendi per se sunt necessariae: at demonstra consta ex huiusmo. propositionibus. ergo ex necessariis illa constituetur.

Tertiã. *C Omne enim, &c.* Tertium. Vel demonstra. constat ex propoli. contingẽ. vel ex necessariis: sed nequit demonstra. ex contingen. constitui, constituitur enim illa ex iis, quæ aliter se habere non possunt, cuiusmodi non sunt contingentia: ergo ex necessariis demonstra. constitabit.

Quart. *D Nam ex veris &c.* Quartũ. Ex iis constare debet demõstra, per quæ artis demõstrandi peritus ab aliis artificibus differt, præsertimque à Dialectico: tqui ex eo ille ab hoc & ab aliis distinguitur quia hic de probabilibus, ille vero de necessariis disputat: constabit igitur demõst. ex necessariis.

Quint. *E Quod autem fiat, &c.* Iam. Si quis dicat se aliquid per demonstra, conclusisse, velimusq. nos eum nihil conclusisse ostẽdere, statim ei obijcimus ipsum non necessarias, sed probabiles tantum propositiones adduxisse: hinc igitur tanquam ex claro, ac manifesto signo colligere licebit, demonstra ex necessariis tantum constare posse. Quamobrem merito inquit Arist. illi reprehendẽdi sunt, qui cum probabiles tantũ propositiones nacti fuerint, demonstra. principia se assequutos fuisse arbitrantur, cum hæc probabilia principia, nulla ratione demonstrationem ipsam constituere quæant, probabile namque nullo pacto est causa necessarii: at quod per demõstra. concluditur necessarium est, sic adeo vt aliter se habere nullo

modo possit.

F Iam vero, &c. Sextum. Scire est rem per causam intelligere: sed qui intelligit rem per causam, intelligit eam necessario constabit ergo scientia ex his quæ necessaria sunt. Cũ igitur demonstra sit instrumentum sciendi constabit illa ex propositionibus necessariis.

G Insuper si quis &c. Septimum. Si demonstra. constaret ex propositionibus contingentibus, sequeretur vt ignoraremus id quod antea sciebamus, nulla interveniente causa corruptionis scientiæ: hoc autẽ dicere est per absurdum: ex necessariis igitur demonstra. constituetur. Vt confirmet Arist. propoli. animadvertit, tribus modis posse scientiã aliquam corrumpi. In primis corrupto subiecto, vt perit Astrologia Astrologo pereunte: secundo corrupta re quæ scitur, quemadmodum perit scientia de rosa, rosa ipsa corrupta: tertio adueniẽte obliuione, aut ob temporis longinquitatem, aut vi alicuius vehementis morbi. Hoc itaque constituto sic confirmat propoli. Sumamus hanc conclusio demonstratiuam omnis homo est capax disciplinæ, illamque per medium contingens concludamus quod sit philosophari (v. g.) ad hunc modum. Omne quod philosophatur est capax disciplinæ: at omnis homo philosophatur: ergo omnis homo est capax disciplinæ. Medium contingens est, poterit ergo aliter se habere, demus igitur ita esse. Hoc dato recte profecto inferre poterimus, ergo ignorabimus conclusionẽ, quã antea sciebamus, medio enim scientiæ pereunte, etiam ipsa scientia conclusionis peribit: at neque corrupta est res quæ scitur neque aduenit aliqua obliuio: fiet igitur, si conclusio demonstra. ex mediis contingentibus inferretur,

Sextum

Septim.

Obser.

etur, vt quod antea agnoueramus, postmodū nulla corruptionis sciētiæ causa interueniente ignoraremus.

Primū. *Hæc siquidē necessaria est, &c.* Propositionem Arist. in secunda parte 5. theore. Primum. Esto quod conclu.

clu sit necessaria, possunt nihilominus præmissæ esse contingentes, quemadmodum enim ex falsis sequitur verum, ita etiam ex contingentibus necessarium aliquādo potest inferri. At si necessario, &c. Secun.

Secun. Si propositiones sunt necessariae, nequit vllō modo conclusio esse contingens, nam sicut ex veris falsum sequi non potest, sic etiam ex propositionibus necessariis, quæ semper sunt veræ, nunquā potest conclusio contingens, quæ interdum est falsa, provenire. At vero, si

Tertiū. &c. Tertium. Si conclusio est contingens, nunquam præmissæ erunt necessariae, alioquin enim eadē conclusio esset necessaria, & contingens, contingens quidem ex hypothesi, necessaria vero quia præmissæ sunt necessariae, fuit siquidē in superiori theorema, constitutum ex premissis necessariis haudquaquam posse contingentem conclusionem inferri.

Quar. *I Quoniam igitur, &c.* Quartum. Si conclusio fuerit necessaria, necesse est vt medium demonstra. etiā sit necessarium, cum enim necessitas effectus à necessitate causæ dependeat, sitq. medium causa conclusio. si conclusio necessaria sit, haud dubio medium necessarium etiam esse debet, alioquin enim tantum haberemus opinionem conclusionis.

Quint. *K Accidentia autem sunt, &c.* Quintum. Nulla accidentia (præter propria) siue separabilia, siue inseparabilia sunt, sub scientiam cadunt, nā de illo tantum potest haberi scientia, quod sub aliquo modo dicen-

di per se cōprehenditur: at propositi effectæ ex accidente separabili, vt homo legit, vel ex accidente inseparabili, vt nix est candida, non sunt in aliquo modo: igitur nec necessariae illæ erunt, nec sub scientiam cadent.

L. *At quæret fortasse quispiam, &c.* Dissoluit tandem in 3. parte Arist. hanc dubitationem circa vlti. theore. occurrentem. Si propositi attributi, accidentarii non sunt necessariae, nec sciri possunt, quorsum ergo de ipsis sunt interrogationes: vt quorsum interrogamus sit ne nix candida, vel coruus ater? Respon. Arist. has interrogationes fieri, nō quia illarum attributi, sit necessariū, sed ex eo quia concessis per hypotesim huiusmo. propositi. alię quædā propositi. simpliciter necessariae ex eis consequuntur, vt concessa hac propositione nix est candida, hæc conclusio, ergo nix disgregat visum, necessario ex illa sequitur.

3. pars.
Obiect.

Solutio

Scholia in caput sextum.

A. Quodnam sit institutum Arist. in hoc cap. dubium est apud interpretes, Græci enim, vt Themistius, ac Philoponus, M. Soto, Villalp. & alij existimant institutum esse ostendere, demonstrationē constare ex propositionibus per se, ad quod probandum sumit tanquam medium, illam constare ex necessariis. Caterum D. Tho. Aegidius Roma. Caieta. Louanien. aliq. Latini arbitrantur institutum esse ostendere demonstra. constare ex propositi. necessariis, quia ex his quæ per se sunt, est illa constituta. Quæ interpretatio est magis Arist. dictis accommodata, qui septem argu. à nobis cum

Obiect.

Ob.
D.

cum eo explicatis confirmat, demōstrationem ex propositionibus necessariis cōstare. Hanc q. nos in Cōmentariis sequuti fuimus.

Obse. 2 E. Tradens hanc rationem Arist. inquit non esse vtendum in demōstratio. propositione aliqua probabili, vt Sophystæ (Prothagoras nimirum & alii ad eius instar) facere solebant, qui vtiebantur quadam demōstra. ex probabili: propositioni. progrediente; nam iuxta The mistium Piloppo. Linconien. & alios, ita argumentabantur, ad confirmandum Geometram scire quid esset scientia. Scire nihil aliud est quam scientiam habere, sed Geometra scit res geometricas (magnitudinis nimirum naturam) ergo harum rerum scientiam habebit, sed qui habet scientiam, nouit quid sit illa, ergo Geometra nouit quid sit scientia. Quæ sanè ratio probabilis est & non necessaria demonstrans, quia assumit probabilem illam propositionem, qui habet scientiam nouit quid sit illa, neq. enim necessarium est, sed probabile, vt quod vnusquisq. habet, intelligat quid sit illud. Legendus est Ferrariensis eruditissimus, in suis aureis annotationibus, quas in hos lib. de demōstra. conscriptas nobis reliquit, annota. 16. Obseruat tamen D. Tho. non vocare Arist. hoc loco illos Sophistas, qui in lib. de reprehensionibus Sophistarum tales dicuntur: quia hi ex his quæ sunt vere probabilia in demōstrationibus progrediuntur; at alii Sophistæ de quibus

in illis libris est sermo institutus, ex ed sic nuncupantur, quia vtuntur his quæ non sunt, ac si reuera essent, apparentesque solum propositio. ac si essent probabiles sæpe vsurpant. Propter similitudinem igitur inter hos vtrosque interuenientē, vocat illos Sophistas. Quia quemadmodum Sophistæ vtuntur ad capiendos in cautos propositionibus quæ videntur esse probabiles, quæ tamē nō sunt, ita & hi (Protagoras nimirum, & eius sectatores) vtiebantur in demōstrationibus propositionibus quæ videbantur esse necessariae, cum tamē essent illæ probabiles.

G Tribus modis tradit posse scientiam corrumpi, vt in commentariis exposuimus, primo corrupto sciente, secundo euanescente re quæ scitur, & tertio interueniente aliqua maxima obliuione D. Tho. & alij quartum modum proponunt, quando perit medium demōstrationis, quo scientiam aliquam probe tenebamus. Etenim quamuis cætera adsint, si hoc vnū de fuerit, scientiam omnino perire est necesse: nam quamuis super sit Astrologus, sitque euentura eclipsis lunæ, perseueretque in illius mēte scientia Astrologiæ, si tamen pereat medium quo eclipsim futuram esse sciebat (nimirum si ab eius mente euanescat, causam eclipsis lunæ, esse interpositionem terræ inter solem & ipsam) funditus huius rei scientia euanescet.

Obse. 3



Disputatio in ea, quæ ab Arist. in hoc cap. explicata fue- runt, vnica sectione com- præhensa.

ARGVMENTVM.

Nonnulla in hoc cap. de propositione necessaria, de medio demonstrationis, & de re quæ scitur tra didit Arist. quæ erunt hoc loco examinanda, quærimus igitur primo.

Sectio vnica in cap. 6. Quest. 1. An corruptare quæ scitur, & scientia quoq. debeat corrumpi.

Inter alias rationes propositas ab Arist. quibus potest scientia perire, vna erat si pereat res quæ scitur. Quam senten. vt examinemus libuit hanc q. proponere, quâ alii vetustiores sub hoc titulo proponunt, an scilicet non entis detur scientia.

- 1. Arg.** adhuc super esse illius scientiâ, con firma. primum. In hyeme scientia de rosa in nobis perseuerat: atqui in hieme rosa est corrupta: ergo re quæ scitur corrupta, non statim illius scientia corrumpetur. Deinde sublata causa efficiente non confer uante nondû tollitur effectus, que madmodum quamuis pereat archi rectus non perit domus: at illud quod scitur est causa efficiens scientiæ, & non conferuans: ergo quamuis corrumpatur illud quod scitur non proinde scientia corrumpetur.

In hac q. explicandus est. 1. opi. veterum Latinorum, tres entis significationes proponentium. Primum enim significat illud, quod actu tantum in rerum natura existit, secundo exprimit, quod sola facultate in potentia suarum causarum est comprehensum, qua ratione dicimus rosam esse in hieme, quia adhuc in planta vis illam producendi reperitur: tertio declarat illud, quod per solam intellectus apprehensionem esse sortitur, huiusmodi sunt chimæ, & monstra animi. Totidem etiam modis potest dici non ens. Primo vt opponitur enti secundû actum, secundo vt opponitur alteri secundum actum, & potestatem, ac tertio vt idē significat quod nihil, nimirum illud quod neque est actu, neq. potestatem, neq. à parte rei neq. per intellectum. Hac distinctione statuta dicunt, de non ente in 1.

1. opin.

2. op.

in 1. significa quod non est actu, bene dari scientiã, habemus enim in hieme scientiam de rosa, quæ nõ est actu: at de nõ ente opposito enti in 2. significa. quod scilicet neq. est actu, neq. in facultate suarum causarum, nullo modo posse dari scientiam, sicut neq. de ente in tertia significacione vsurpato, quod enim nullo modo est, sciri nequaquam potest. Hanc tamẽ opi. his duobus argu. cõsutamus. Primum. Si Deus corrumpere facultarem plantæ ad rosam iterum producendam, neque actu, neq. potestate rosa esset: atqui etiam tunc de illa scientiam haberemus: de nõ ente igitur, quod non est in facultate suarum causarum, adhuc poterit esse scientia. Secun.

Secun.

Rosa præterita neq. est actu, neq. in facultate suarum causarum, non actu, vt est apertum, neq. in vi, & facultate causarum ipsam producentium, neque enim id quod semel est corruptum, iterum per naturam reproduci potest: at nos habemus scientiam de illa: ergo de nõ ente, quod neque est actu, neque in facultate suarum causarum optime poterit esse scientia.

2. opin.

Secunda opinio est Aegidij Roma. distinguentis ens in illud quod est actu tatum, & in illud quod est indifferens ad hoc quod sit actu, vel potesta. Inquit itaque de nõ ente, vt opponitur enti primo modo, dari scientiam, de nõ ente vero vt eidem secundum modum aduersatur, eo scilicet quod neque est actu, neque potestate, non dari villo modo scientiam. Quam eandem opinionem sequitur Venetus in commenta. 2. cap. Verum hanc opinionem ex eo reijcimus, quia in primis rosa quæ præterit, neque est actu, neque potestate, de qua tamen scientiam habemus. Deinde, quia infinitum, & vacuum, ne-

que sunt, neque possunt esse, de quibus tamẽ in Philosophia natura veram, ac legitimam scientiam assequimur: iam ergo de re, quæ neque est actu neque potestate poterit dari scientia

His igitur opinionibus confutatis vt quæst. explicemus, animaduertimus in primis aliud esse id quod scitur, & aliud id de quo aliquid scitur, illud quippe quod scitur, est quod cõcludimus per demõstra. illud vero de quo aliquid scitur, est subiectũ eiusdẽ. Vt in scientia de homine quod scitur est hæc conc. homo est capax disciplina, id vero de quo hæc propositio scitur, est ipse homo, etenim & capacitatem disciplina, & reliquas alias proprietates per scientiã de illo intelligimus. Illud etiam sciendũ erit, id de quo aliquid scitur, posse sumi duobus modis, primo absolute, & vt res quædam est, secundo sub ratione scribilibus: sumitur autem hoc modo quando consideratur iuxta habitudinẽ, quã ad sua principia, causas, & proprietates potest habere.

1. Obseruatio

2. Obseruatio

His animaduersis secuti Caieta. in hoc loco, Flãdren. q. 3. art. 3. & alios, statuimus hæc 1. conclu. Corrupto eo, de quo aliquid scitur, vt res quædã est, nequaquã illius scientia corrumpetur. Hæc asseritio est aperta, corrupta enim rosa in hieme vt res quædã est, adhuc in nobis scientia illius perseverat.

1. Concl.

Secunda conclusio. Perempta ea re de qua aliquid scitur sub ratione scribilis, debet etiam illico funditus eius scientia periri, ac e medio tolli. Cõfirmatur. Scientia & scribibile (vt scribile est) sunt relata mutua & secundũ esse: atqui nõ est vis, & natura relatorum, vt vno illorum perempto, illico & alterum quoque intereat: ea igitur re, de qua aliquid scimus (qua scribilis est) e medio sub-

2. conclus.

blata,

blata, illico debet quoque eiusdem scientia corrumpi.

2. Conc.

Tertia conclusio. Corrupto eo quod scitur, vt corrupta veritate conclu. demonstrata, debet quoque corrumpi scientia illius, vt si in scientia, quam de homine obtinemus, periret veritas huius conclu. per de monstra. cognita, omnis homo est capax disciplinae (periret autem si Deus amoueret ab homine hanc proprietatem) statim periret scientia illius. Confirmatur. Scientia solum est de his que sunt vera: igitur veritate conclusionis percunte, etiam illius scientia statim peribit. Et hac ratione intelligi debet Arist. dum ait, corrupta re que scitur, debere quoque scientiam illius corrumpi.

Ad 1. ar
gum.

Iam ad argum. Ad primum dicimus in primis, rosam tantum corrumpi, vt res quedam est, non autem qua est scibilis, nam non minus in hyeme, quam in vere, ad sua principia, & causas denorat habitudinae. Respon. deinde id quod scitur non esse rosam, sed rosam esse florem, vel aliam huiusmodi propositi. hanc autem propositio rosa est flos, quamuis omnino rosa ipsa secundum existentiam & essentiam intereat, se per tamen vera perseverat, vt scilicet.

Ad 2.

2. de rebus vniuersis q. 9. late ostendimus. Ad secundum respon. duplicem esse causam efficientem vnam que tantum est efficiens, & non finis, vt est architectus respectu domus, & alteram que est efficiens, & finis, vt est color respectu visionis, quia est causa efficiens similitudinis in oculo, terminatque actum videndi, qua ratione id quod scitur, vel de quo aliquid scitur, est causa efficiens scientie, quia producit species intellectuales, terminatque actum sciendi. Sublata igitur causa efficiente que non est finis, non

debet illico effectus interire: si autem pereat causa efficiens que est etiam finis, necesse est statim effectum perire. Etenim hec causa ea ratione qua est finis, conseruat effectum, quem admodum color conseruat actum videndi: at sublata causa conseruante debet effectus statim perire.

QVAESTIO II. AN ACCIDENTIA INSEPARABILI NECESSARIO INSINT SUBIECTO.

CVM ex accidentibus quedam sint separabilia, & alia inseparabilia, minime est controuersum de separabilibus illa non necessario in esse subiecto: in dubium autem vertitur de accidentibus inseparabilibus, vt candore in niue, & atrore in coruo insint ne illa necessario subiecto necne: non parum enim negotium facessere videtur, quod Arist. in 5. theorema, docet, accidentia (nimirum) non necessario inesse, nam quod ibi de inseparabilibus agit Themisti. ac Philopo. profertur. Nec desunt aliquae rationes, preter hanc Arist. auctori. quibus hec pars negans innitatur. Prima enim est. Accidentia communia non insunt necessario subiecto, cum hoc solum accidentibus propriis conueniat: at qui accidentia inseparabilia sunt accidentia communia, sicut namque accidens commune a Porphy. in cap. de acciden. diuisum in illud quod est separabile & in illud quod inseparabile est: igitur illa non necessario ipsi subiecto insunt. Secunda confirmat saltem nigredinem non inesse coruone necessario. Que necessario insunt, semper insunt: at nigredo in coruo non semper inest, aiunt enim philosophi, coruum oriri album: nigredo igitur non necessario, huic coruo, vel illi indiuiduo

1. ratio,

Secunda

duo

Tertia

duo inerit. Tertia ostendit eandē nigredinem proprietatem corui in diuiduantem non esse. Proprietates quæ fluunt à principiis essentialibus subiecti, oriuntur & intereunt cū eo: at nigredo nō oritur cū coruo vt ferūt; ergo nigredo non erit proprietas corui in diuidui, & ex consequenti non inerit illi necessario.

1. Obse.

Quæstionem hanc explicaturi præsumunt primum accidentia inseparabilia quæ dā provenire ab extrinseco principio, vt cicatrix in facie ex vulnere ei illato proveniens: alia vero à principio aliquo intrinseco derivari, qualis est nigredo in coruo, dimanant enim illa à corporis opacitate, nimioque calore, albedo etiam in niue, quæ in ipsa ab eius transparentia ac nimia frigiditate ortum habet. Rursus hæc accidentia quæ à principio aliquo interno proveniunt in duplici sunt differentia, quædam enim ab interno principio specifico ortum habent, cuiusmodi est risibilitas in homine, ac sensibilitas in animali, alia vero à principio interno in diuiduante progrediuntur, qualis nigredo corui, & albedo niuis esse cōsentur. Accidentia primi generis proprietates nuncupantur, alterius vero secundi sunt accidentia inseparabilia nūcupanda. Possunt vero hæc postrema accidentia, vel ad in diuidua comparari, vel cū natura generica aut specifica potius conferri, quemadmodum nigredo corui, vel adhuc & illud coruum in diuiduum comparari potest, vel cum natura generica animalis, seu potius specifica corui.

1. cōclu.

Sitiam prima conclusio. Accidentia inseparabilia ab exteriori principio prodeuntia, nequaquam subiecto insunt necessario, cicatrix enim nō inest vultui necessario. Cōfirmatur, illa accidentia quæ casu,

& forte fortuna insunt subiectis, possunt certe eis non inesse, quæ enim fortuito eueniunt, possunt non euenire: at accidentia, quorū principium est extrinsecum, a casu ac fortuito eueniūt, poterat nāq. qui vuln^o intulit vultui, ipsum nō non intulisse; huiusmodi ergo accidentia non in hærebunt necessario suis subiectis.

Secunda conclusio. Accidentia inseparabilia quæ à principio aliquo intrinseco proveniunt, cum natura generica vel specifica collata, minime insunt subiecto necessario quæ eadem si cum naturis in diuiduis comparantur, necessario illis inerunt. Confirmatur hæc conclusio, adhuc modum. Ea solum accidentia insunt necessario subiecto quæ habent subiectum proprium, à cuius principis essentialibus dimanant: at huiusmodi accidentia inseparabilia vt albedo in niue, ac nigredo in coruo non fluunt à principiis essentialibus generis, vel speciei, sed à principiis in diuiduantibus, vt à materia quæ est prima radix in diuiduationis, hoc vel alio modo affecta: ergo non inerunt illa necessario subiecto generico vel specifico, sed subiecto tantum singulari ac in diuiduo. Vnde docens Arist. in theorem. 5. hæc accidentia non necessario inesse subiecto, intelligi debet de generico, aut specifico, nō autem de in diuiduo aut numerico subiecto.

Ad argum. in prin. proposita ita satisfacimus. Ad primum dicimus hæc accidentia in diuiduorum, esse quasdam eorū proprietates cum ab essentialibus ipsorum principiis dimanant: at respectu subiecti generici, vel speciei, esse accidentia communia: vnde in diuiduis necessario inerunt, quamuis, generibus, & speciebus cōtingeret eueniāt.

Ad

Ad i.
argum.

Ad 2. Ad secundum respon. duplicem esse necessitatem, vnam physicam & alteram metaphysicam. Metaphysicam illa est iuxta quam attributum ita necessario inest subiecto, vt semper, & omni tempore illi inest, secundum quam, hominem dicimus necessario esse animal. Physica vero nuncupatur penes quam attributum subiecto certis tantum, diffinitisque temporibus inest, secundum hanc dicimus catulum necessario habere oculos: Et hoc eodem pacto asserimus nigredinem conuenire coruo necessario, ad tempus scilicet certum atque a natura præfinitum, quo adueniente non potest non affici atrore, vt & catulus adueniente non odie nisi cæcus fiat) non potest visum non obtinere. Ad tertium dicimus proprietates specificas, vel genericas, quæ fluunt per naturalem emanationem, oriri, ac interire vna cum suo subiecto, secus tamen esse de indiuiduatibus, dimanant enim illæ a materia indiuiduante, hoc, vel alio modo disposita, vt a materia lucida, ac frigore constipata, ortum habet albedo in niue, ab eademq; obscura ac nimio calore adusta, nigredo in coruo promanat: & ita cum dispositio materiae in tempore debeat fieri, non orientur semper proprietates indiuiduantes cum subiecto, quamuis simul semper cum eo intereant.

QVAESTIO III. AN OMNIS PROPOSITIO PER SE SIT ETIAM NECESSARIA.

3. Arg. Sunt qui his argum. contendant non esse. Primum. Hæc propositio, Petrus est animal, est propositio per se, quæ tamen non est necessaria: igitur non omnis propositio

per se erit etiam necessaria. Confirmatur assumptio. Illa propositio cuius subiectum potest non esse, non est necessaria: sed Petrus potest non esse: hæc igitur propositio non erit necessaria. Deinde. Hæc propositio. Luna patitur eclipsem est per se in 2. modo, eius enim attributum proprietas est subiecti: illa non est necessaria, ergo non omnis propositio per se erit necessaria. Confirmatur assumptio. Quod est necessarium semper conuenit rei: at non semper competit lunæ pati eclipsem, non ergo necessario illi hoc competit. Tertio. Hæc propositio. nix est candida, est necessaria: at illa non est per se, cum eius attributum sit accidens commune, iam igitur non omnis propositio per se, erit necessaria.

Quidam recentiores, quorum opera nondum in lucem prodierunt his argum. adducti, non omnem propositionem per se necessariam esse arbitrantur. Verum communis fere opinio tam Græcorum, quam Latinorum interpretum, vt D. Th. Philoponi, Themistij, & aliorum est, omnem propositionem per se, esse quoque necessariam, itemque omnem necessariam propositionem esse etiam per se. Quam vt facilius intellegere possimus, animaduertimus primo, duplicem esse necessitatem, absolutam vnam; aliam vero ex hypothese. Absolutam vocatur, cuius attributum non potest non inesse subiecto: necessaria vero ex hypothese dicitur, in qua attributum potest non conuenire subiecto, hypothese tamen data necessario eidem inest. Huius postremi generis est hæc propositio. homo quidam mouetur, cuius attributum, moueri scilicet, potest absolute homini non conuenire, hypothese tamen constituta, quod homo currat, non potest non eidem hoc, quod est moueri conuenire.

2. argu.

3 Arg.

Opinio quorum recent.

Vera & communis opinio.

venire. Ad notandum est etiam necessitatem absolutam esse triplicem, unam ex parte solius subiecti, alteram ex parte solius attributi, ac deum tertiam, ex parte utriusque. Cum enim necessarium dicatur, quod aliter se habere non potest, si propositio non possit aliter se habere ex parte solius subiecti, erit illa ex parte tantum subiecti necessaria ut est hæc. Simum est nasus curus. Si vero aliter se habere nequeat ob attributi necessitatem, iudicabitur illa ex parte solius attributi necessaria: cuius generis est hæc, quædam substantia est candida. Si denique impossibile sit propositionem aliquam aliter se habere, tam ex parte subiecti, quam ex parte attributi ut in hac contingit, homo est animal particeps rationis, ex parte utriusque erit talis propositio necessaria censenda, nam neque subiectum sine attrib. neque attrib. sine subiecto possunt vilo modo coherere.

1. Conc. Si prima conclusio. Propositio necessaria ex hypothese non est per se. Confirmatur attributum huius propositionis (si absolute loquamur) competit subiecto contingenter, ut contingenter competit homini moveri atque propositio attributi contingentis, non est per se, ergo hæc propositio non erit per se.

2. Con. Secunda conclusio. Si de propositione necessaria agamus, quæ vel ex parte tantum subiecti, vel ex parte tantum attributi est necessaria non omnis propositio necessaria, est per se. Conclusio hæc aperta est, hæc enim propositio, substantia quædam, est candida, est necessaria si per quandam substantiam intelligamus nivem, quæ tamen non est per se, cum attrib. sit accidens commune subiecti, ergo &c. Diximus autem, non omnis propositio neces-

saria est etiam per se quia fieri potest ut aliqua propositio ex parte solius attributi necessaria, sit simul propositio per se, qualis est hæc, leo est substantia.

Tertia conclusio. Omnis propositio necessaria ex parte utriusque, tantum subiecti, quam attributi est per se. Confir. in primis testimonio Arist. in hoc ca. & in 4. ita expressis verbis constituentis. Confir. deinde. Omnis attributio vel est per se, vel accidentaria, quia omne ens (cui illa innititur) vel est per se, vel per accidens, ut ex Arist. 5. lib. Metaph. cap. 7. aperte satis colligitur: atque propositio illa cuius attributum necessario in est subiecto, & subiectum esse nequit absque attributo, non est accidentaria, quod enim accidentario competit sicut potest convenire, ita etiam potest non convenire: erit ergo attributio illa per se, & ita omnis propositio necessaria, erit per se.

Satisfaciamus iam argu. adductis.

Ad 1. resp. in his propositio: quarum attributum est de natura subiecti, verbum est, non indicare existentiam subiecti; sed connexionem essentialem attributorum. Et quamvis interempto subiecto pereat eiusdem essentia, est nihilominus hæc propositio, necessaria, ac perpetua veritatis, quia adeo necessario, ac perpetuo, sunt hæc extrema inter se affecta, ut inter Petrum, & animal nulla unquam intercesserit, aut intercedere possit diversitas. Hoc autem sufficit ad necessitatem, ac veritatem perpetuam propositio. ut secti. 2. de rebus univ. q. 9. docebamur. Ad 2. aimus necessitatem, ut diximus supra, quandam esse Metaphysicam, & aliam Physicam. Metaphysica est, quando attrib. necessario in est subiecto, semper, & ubiq. qua necessitate dicimus hominem esse ani-

3. conclusio.

Ad 1. argu.

Ad 2.

malj

argu.

Arg.

Opinio quorum recen.

Vera & communis opinio.

mal. Physica autem est, quæ compe-
tit rei iuxta perscriptum causarum
naturalium, non quidæ semper, sed
certis tantum, diffinitisque tempo-
ribus, quæ necessitate, luna neces-
sario patitur eclipsum, eo scilicet
tempore, quando terra inter eam, &
inter solem interponetur. Ad 3. qui-
dam libenter admittunt hanc pro-
posi. nõ esse necessariam, eius quip-
pe attributi, neque ad naturam sub-
iecti spectat, neq. ab eius essentia
promanat. Dicimus tamen nos illam
necessitate Physica esse neces-
sariam neque enim potest per natu-
ram aliter fieri, quin nix sit alba:
nec tamen esse eam per se, quia vt
proposi. necessaria, sit etiam per se,
debet necessitas attributi illius, ab
specifica, vel generica subiecti natu-
ra, depẽdere, vt de hac cõpertũ est,
homo est capax disciplinæ. At neces-
sitas attributi ex quo hæ propo-
si. coalescunt, non ab specifica, vel
generica rerum earundem natura
est petenda cum ab ea tale attribu-
tum non deriuetur, imo ex princi-
piis indiuiduantibus vtrumq. illo-
rum ortum habeat, nam vt ex su-
perioribus aperte satis superest de-
monstratum, albedo in niue, ac in-
gredo in coruo, non à natura spe-
cifica, sed à principiis reddentibus
talem naturam indiuiduam, origi-
nem trahunt.

**QVÆST. IIII. AN SIT
proprium demonstra. consta-
re ex proposi. neces-
sariis.**

Septem argu. est ab Arist. in cap.
confirm. demonstra. cõstare ex
proposi. necessa. Circa id tamen of-
fert se se nobis examinandũ, sitne
hoc illi ita propriũ, vt alteri sylla-
logismo nulla ratione conuenire

queat. Prebuere autem huius q. exa-
gitandæ occasionem, illi syllogis-
mi, qui ex necessariis propositioni-
bus connectuntur, cuiusmodi sunt
qui per causam remotam, per effe-
ctum, per attributi. essentialia aliq.
huiusmodi progrediuntur. Hic v-
nus ceterorum exemplum esse po-
terit, Omne animal est substantia:
omnis homo est animal; ergo omnis
homo est substantia, quin etiam &
qui per signa infallibilia procedũt.
De his enim omnibus suboriri po-
test difficultas, sitne illi demon-
stra. neq. Maxime de his, qui ex
signis infallibilibus eruũtur. Quos
quidẽ demonstrationes esse, hæc
argu. quodammodo ostendunt. Pri-
mum. Ille syllogismus qui generat
scientiam est demonstra: at syllogis-
mus per signa infallibilia progredi-
ens, conclusionemq. necessariã col-
ligens, gignit scientiam, vt author
est Arist. in lib. 1. Rhetoricæ ad Ale-
xan. ergo hic, syllogismus debet
vera ac legitima demonstra. censi
Secun. Hæ omnes ratiocinationes,
quas regulimus, ac presertim quæ
per infallibi. signa procedunt, gignunt
in intellectu, certam, ac infal-
libilem cognitionem: ergo erunt de-
monstra. veræ ac proprię: vni quip-
pe ac soli demonstrationi ex meritis
propriæ naturæ debetur, vt cer-
tam, ac infallibilem generet cogni-
tionem.

Questionẽ hanc explicaturi, quæ
dam prius obseruabimus, quæ ad il-
lius explanationem non parum con-
ducent. In primis ex syllogismis
qui necessariis propositionibus cõ-
stant, quosdam esse qui continent
causam conclu. vt est hic, Omne
animal particeps rationis est capax
disciplinæ: at omnis homo est ani-
mal particeps rationis; ergo omnis
homo est capax disciplinæ: Qui pla-
ne causam, ob quam homo est ca-
pax

Ad 3.

1. Argu.

2. Arg.

2. Obic.

pax disciplinae, in se continet. Sunt & alij, qui causam conclu. minime complectuntur, vt hic. Omne animal est substantia; omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Concluditur enim in ipso esse substantiam de homine, ex eo quod sit animal tanquam per attributum essentiali; certum autē est, inter attributa essentialia superiora & inferiora nullam causā ac effectus propriam rationem interuenire. **Obseru.** iterum ex Arist. lib. 1. Rhetorico. ad Theodectem cap. 2. signa in duplici esse differētia, quaedam enim sunt probabilia tantum ac subinde fallibilia; alia vero quodammodo necessaria ideoque infallibilia. Prima illa sunt, quae absq. ulla necessitate rem aliquam indicant, vt pallor in vultu indicat metum, non quidem cum aliqua necessitate, potest etenim ille ab alia causa, quam a metu prodire. Haec autem postrema sunt, quae necessaria, ac infallibiliter, rem aliquam significant, velut fumus necessario ac infallibiliter ignem nobis denotat, neque enim potest vllō modo ibi non esse ignis, vnde illum in sublimē efferri intuemur. Rursus haec signa necessaria quodammodo, ac infallibilia, duplicia sunt, quaedam enim contingentem, alia vero necessariam conclusionem inferunt, vt idem Arist. in lib. Rhetorico. ad Alexan. cap. de signo aperte proficitur. Primum licet in hoc syllogismo aperte intueri. Quotiescunq. arte, seu pulsus celeri, ac inordinato, motu mouetur, homo febris laborat atqui pulsus celeri interdum inordinatoque motu agitur: homo igitur febris interdum laborat. In hoc syllogismo per signum infallibile febris, quod est pulsus motu inordinato agi, colligimus conclusionem contingentem, cōtingens enim est

hominem febris laborare. At secundum in hoc alio syllogismo possumus manifeste contigere. Illud astrum cuius lumen augetur in orbem, est rotundum: at lumen Lunę augetur in orbem: Luna igitur erit rotunda. Huius syllogismi conclusio est certe necessaria, quae tamen ex signo infallibili, quod est in orbē augeti, infertur. Cum igitur aliquę sint ratiocinationes quae ex infallibili signo procedunt, necessariisq. præmissis, ac conclusione constant quęst. exagitur inter Philoponū, & Alexan. Aphro. debeātne illae demonstrationes, vel argum. solum probabilia nuncupari. Ille quidem in commenta. cap. 3. huius lib. nequaquam huiusmo. ratiocina. demonstrat. nomine, sed quarundam tantum argumentationum, quae a coniecturis petuntur, ornandas esse arbitrat. At Alexan. in commenta. in cap. 1. lib. 1. Topico. censet posse easdem, & demonstrat. & argum. probabilia, alia, & alia ratione vocari, vt enim necessariis propositio. constant demonstrat. nomē promerētur, vt vero Dialectico Topico deseruiunt, sic adeo, vt non minus illis vtatur quamuis necessariæ sint, quam si essent tantum probabiles, merito sunt rationes solū probabiles nuncupandæ. Quae igitur sententia verior nobis videatur, his conclusionibus declaram.

Sit prima. Ratiocinationes quae per signa infallibilia progrediuntur, omnesque aliae necessariis propositionibus constantes, quae tamē veram conclu. causam in se non continent, nequaquam veræ, ac legitime demonstrat. vocari debent. Confirmatur. Demonstrat. est ex causa propter quam res demonstrata habet esse, constituenda, vt Arist. cap. 2. huius 1. lib. docebat: igitur cum hae ratiocinationes, veram eius rei

causam, quam confirmant, in se nõ complectantur, licet necessariis propositio cõstent, veræ tamẽ, ac legitimæ demonstr. vocari minime poterunt, bene tamen demonstra. secundum quid, & imperfectæ appellari poterunt, eo quod quandam cõperfectis demonstra. similitudinem obtinere videantur. Vt enim perfectæ demonstrat. ex necessariis propositi, constant: ita etiam hæc ratiocinationes ex necessariis propositi, coalescunt.

2. conclu.

Secunda conclusio. Non est proprium veræ, ac legitimæ demonstr. ex necessariis propositi, constare. Cõfirmatur. Ratiocinationes ex signis infallibilibus procedentes, ac reliquæ recensitæ, non sunt demonstr., vt ex superiori conclu. constat: at qui illæ ex necessariis propositi, coalescunt: non igitur erit proprium legitimæ demonstr. ex propositionibus constare quæ sint necessariae. Diximus legitimæ, quia si demonstra. nomen ad imperfectas etiam demonstra. extendamus, bene poterimus asserere esse hoc ipsum ei proprium, ita vt omnis syllogismus ex necessariis propositionibus constans, vel sit imperfecta, vel perfecta demonstratio.

3. conclu.

Tertia conclusio. Proprium est veræ, ac legitimæ demonstr. ex propositionibus componi, quæ & necessariae sint, & veram conclusionis causam in se contineant. Hæc assertio dilucida est, ac manifesta, legitima namque demonstra. ex his progreditur quæ & necessariae sũt, & causæ conclu. existunt, vt ex his quæ cap. 2. docuerat Arist. facile cõstat. Quia in re ab imperfecta demonstr. secernitur, quæ licet per propositiones necessarias progrediatur, & tamen nõ sunt conclusionis causæ. Et hac ratione intelligendus est Arist. in hoc cap. inquiring, ac sep-

tem argum. confirmans, demonstr. debere ex necessariis constare. Nõ enim quæcunque necessaria hoc loco ipse intellexit, sed quæ veram conclusio. causam in se continent quæant.

Ad 1. argum.

Ad primum igitur argum. respõ. scientiam significare improprie certam, ac infallibilem cognitionem quomodocunque illa comparetur: proprie enim illam solam cognitionem declarat, quæ certa est, & infallibilis, per veram tamen rei causam. Syllogis. igitur gignens scientiam in prima significat. nequaquam est demonstratio: sed is tantum qui eadem iuxta 2. significat. producit. Arist. vero eo loco non primo sed secundo modo scientiam accepit, & ita syllogismus ex signis infallibilibus progrediens, vera demonstrat., vocari non poterit. Ad secundum negamus consequen. habitus enim primorum primorum principiorum generat etiam certam ac infallibilem cognitionem, qui idem, habitus demonstr., minime iudicatur. At quod proprie demonstra. legitime competit, non est huiusmodi certam, ac infallibilem cognitionem quouis modo in animo generare, sed eandem per veram conclu. causam producere, quod certe ratiocinationibus recensitis, minime conuenit, ob idque non erunt ille demonstrati. existimanda.

Ad 2.

QVÆSTIO V. AN MEDIUM demonstrationis possit esse contingens.

Quærunter interpretes possitne medium demonstrat. esse contingens. Et quidem posse illud esse hoc duplici medio suaderi potest. Imprimis, Medium demonstrat. potest non esse, cum enim profertur est,

Arg.

est, ac cum non profertur, non est: poterit ergo medium demonstrat. esse contingens. Iterum. Contingens optime potest eius causa existere, quod est necessarium: poterit igitur conclu. demonstra. quamvis necessaria sit, ab hoc medio inferri. Confirmatur antecedens. Mors in equo (v. g.) necessaria est: sed potest illa tāquā ex causa a vulnere illato pronenire, quod est contingens: poterit ergo contingens causa esse necessarii.

Vni. cōclusio. Huic quaestioni breuiter hac vni ca conclu. satisfacimus. Quamuis conclusio necessaria possit optime ex praemissis contingentibus inferri, vt Arist. in 1. theore. docebat, medium nihilominus demonstra. contingens esse nequit. Confirmatur primum testimonio Arist. aperte illam in hoc cap. profitentis ac deinde huiusmodi ratione. Medium in demonstra. est causa conclusionis: sed id quod est contingens nequit vllō modo esse causa eius quod semper ac necessario inest: nō ergo poterit quod est contingens medium esse in demonstra. Confir-

matur assumptio. Conclu. demonstrat. cum sit necessaria semper est: at contingens non semper est, cum possit non esse: nullo igitur pacto poterit quod est contingens, causa esse cōclusionis per demonstratio. illatæ.

Ad ea igitur, quæ in contrarium adduximus argum. breuiter ac facile respon. Ad primum dicimus medium posse sumi aut vt est vox quædam significans, quæ ore profertur aut iuxta naturam suam. Medium primo modo potest non esse, at secundo modo non potest non esse: in demonstra. autem non accipitur medium primo, sed secundo modo. Ad secundū vero aliis solutionibus prætermissis, aimus aliud esse ali- quid esse causam rei necessariæ & aliud esse causam necessitatis illius. Vnde vulnus potest esse causa mortis equi quæ necessaria est, non tamen necessitatis ob quam equus est morti obnoxius, cum hæc non sit aliqua alia, quam materia prima contrariis qualitatibus, ac priuatio ni alterius formæ subiecta, ex qua equus tanquam ex parte cōflatur.

CAP. VII. DEMON stra. constare ex propriis & nō ex alienis principiis.

ARGVMENTVM. CAP.

IN prima parte ostendit, demonstrationem ex propriis, & non alienis principiis constare debere. In secunda nonnulla Theorema. quæ maxime huic arti deseruire quæant proponit. In tertia neque ex communibus demonstrationem progredi debere ostendit. Ac tandem in quarta nullam scientiam priuatam posse sua principia confirmare demonstrat.

COMMENTARIA.

I. Pars
capitis.

Repetit
nonnul-
la supe-
dicta.

Co. s.

Secun.

Confir-
masti.

Proponit sibi Arist. in hoc cap. velut scopum, ostendere demōstr. non ex alienis principiis, sed ex sibi met propriis, aliisque minime communibus progredi. Primū vero repetit aliqua ex iis quæ in superioribus capitibus docuit, demonstra. nimirum ex iis constare principiis quæ & sunt per se, & necessaria, sic tamen vt conclu. causam illa contineant, scire enim est rē per causam intelligere. Hinc nonnulla consertaria Arist. colligit. Primum in his verbis,

A *Accidentia enim, &c.* Accidentia nequaunt vt media in demonstra. vsurpari, si enim illa separabi. fuerint, nequaquam subiecto necessario insunt, si vero inseparabilia, vel propria extiterint, conclu. causam minime continent: quare accidentia, quælibet illa sint medium demonst. esse nullo modo poterūt. Qua propter necesse est. Secundū. Medium in demonst. eo ordine est cum maiori & minori extremo disponendum, vt illi subiiciatur, & de hoc prædicetur. Est vero hoc de demonstra. iuxta 1. figu. effectis intelligendū, hoc enim ordine iubēt leges 1. figuræ mediū in ratiocinatione disponi. His consertariis illatis in prima parte cap. duobus argū. confirmat Arist. quod sibi proposuerat oportere scilicet demonstratio-nem per propria, & non per aliena principia procedere, ita vt Arithmetica ex Arithmetiis, & non Geometricis principiis suas connectat demonstra. ac e contra Geometria non Arithmetica, sed Geometrica principia ad suas demonstra. confirmandas assumat. Primum sub his verbis.

B *Ex quo illud efficitur, &c.* Si aliqua

scientia in suis demonstrat. alienis principiis vteretur, fieret, vt à genere in genus abiremus: hoc autem in disciplinis vitium est maximum quamlibet igitur sciētiam suis propriis principiis vt oportet. Confirmatur propositi. Si offerret se confirmanda conclu. aliqua Arithmetica, principiaq. Geometrica ad eam confirmandam afferretur, ab Arithmetica in Geometriam transgredemur, licque à genere in genus abiremus.

C *Tria enim sunt, &c.* Vt intelligamus, quæ in artibus communia aliquibus, & quæ propria singulis sint, tria obseruat Arist. in eis reperi, conclu. id est, proprietatem quæ in conclu. colligimus principia, ac subiectum de quo proprietatem ipsam demonstramus. Ex iis (inquit) principia pluribus disciplinis communia esse possunt, velut hæc, si ab æqualibus æqualia demas, quæ supersunt sunt æqualia, & omne totum est maius sua parte, communia sunt Arithmetica, ac Geometrica: alia vero duo, subiectum nimirum ac proprietates, nullo pacto pluribus communia esse possunt, nam vnaqueque ars adeo peculiarem de obiecto circa quod versatur, ac de proprietatibus ab eodem promanantibus instituit disputationem, vt nulli scientiæ aliquid circa eadem pertractandum relinquat. Vnde fit, vt vnus scientiæ demonstra. alteri scientiæ accommodare velle, sit omnino ineptum, nisi forte tales illæ sint, quod vna sub altera sit contenta, quemadmodum Musica sub Arithmetica, tunc enim poterūt hæc omnia communia quodammodo habere.

D *Nam quod, &c.* Hoc animaduerteso sicut iterum tuum confirmat institutum. Medium debet esse eiusdem naturæ cum extremis, cum de vno prædi

Primo

Adnot

2.
cap
L

prædicetur, alteriq. subiicatur: at si scientiæ non vterentur principiis sibi met propriis, medium non esset eiusdem, sed alterius naturæ à suis extremis, vt si ad conclusionē Arithmeticam colligendam, Geometricum medium aliumeremus, conclusio esset de genere quantitatis diiunctæ, mediū vero de genere quãtitatis coniunctæ: ergo vnaquæq. scientia vteretur in demonstrando propriis principiis.

E *Quare ad Geometriam, &c.* Tradit iam Arist. in secunda parte aliquot theoremata, quæ ad hanc artem spectant. Primum. Nulla scientia alterius scientiæ principia contemplantur, imo eorum tantum principiorum consideratione contenta est, quæ sunt sibi propria. Hoc Arist. duobus adhibitis exemplis ostendit. Primum. Geometria (ut) non curat de hoc principio, contrariorum eadem est disciplina, sicut nec de hoc alio, ex duobus numeris cubis vnus quidam numerus cubus efficitur, nam primum illud ad primam Philosophiam spectat, hoc autem secundum ad Arithmeticam pertinet. Obseruat tamē quod si aliquæ scientiæ sint ita inter se affectæ, vt vna earum sit superior, & subalternans, altera vero inferior, & subalternata, bene poterit scientia superior scientiæ inferioris principia contemplari. Vnico exemplo rem hanc illustremus. Principium hoc, quæ longius distat minorâ apparent, quæ autem propinquiora sunt maiorâ videtur, est vsus Opticæ, quod idem Geometria considerat, illius assignans rationē, quia scilicet quæ longius distant per minorem angulum, quæ vero propinquiora sunt per angulum maiorem cernuntur. Quod ideo est, quia Geometria est scientia superior, & subalternans. Optica vero, est scientia inferior,

& subalternata.

F *Imo vero ne quidem, &c.* Secundo. Nulla scientia in us, quæ suo obiecto accidunt, pertractandis versatur, sed ea solum, quæ eidem per se conuenire possunt, contemplantur. Accidit namq. magnitudini (v.g.) quæ est obiectum Geometriæ, esse candidam, vel atram, lenem, vel asperam, at hæc nec obiter tantum Geometria attingit, quin potius in magnitudinis natura, eiusq. speciebus ac proprietatibus assignandis, velutiis, quæ per se magnitudini conueniunt tota versatur.

G *Ceterum si demonstra. propos.* Tertium. Demonstratio in rebus tantum perpetuis exercetur. Hoc in hunc modum confirmat Arist. Vniuersa sunt perpetua, cum neque ortui, neq. interitui sint obnoxia: at subiectum, circa quod demonstra. in vsum reducit, est vniuersum, neque enim possunt propos. ex quibus illa coalescit, nõ esse de omni, ac per consequens subiecto vniuerso constare: non igitur demonstra. in aliis rebus præterquam perpetuis ac necessariis vsus esse poterit. Hinc colligendum est in primis indiuidua & singularia, neq. scribi posse, neq. per demonstra. vilo modo concludi, cum caduca illa, ac fragilia sint, demonstra. autem circa eas solum res versetur quæ perpetuæ sunt: deinde si res quæ in conclusione inferuntur, fuerit contingens, necesse est aliquam saltem ex præmissis ratiocinationis, per quam illa est illata, contingentem quoq. esse, neq. enim si ambæ præmissæ, ex quibus huiusmodi ratiocinatio constituitur, necessariæ essent, concludi, contingens per eam vilo modo inferretur.

H *Quod autem in demonstra. dixi, &c.* Quartum. Definitiones etiam rerum tantum sempiternarum erunt. Hoc

1. Theo

3. theo.

Aliquos
consequ.

1. Theo

4. theo

Primo

Adnot

2. pars
capitis.
1. Theo.

Arist. sic de monstrat. Diffinitio aut est principium demonstratio- nis, propositio scilicet, vel assum- ptio, aut conclusio interdum, vt quando diffinitionem de re diffini- ta concludimus, aut solo situ, & po- sitione ab ea differt, quia demon- stratio in modo & in figura disponi- tur, non autem ita de diffinitione efficitur: sed confirmatum superest in superiori theoremate, demon- stratum esse rerum sempiternarū: igitur diffinitionem solum esse, re- rum sempiternarum confirmatum etiam remanebit.

Taci, ob-
iect. oc:
currit.

L. Quamquam autem quedam sint, &c.
Diluit Arist. quandam objectionē quæ aduersus 3. theore; occurrere poterat. De eclipfi lunæ dantur de- monstra. in Astrologia: at eclipfi lunæ non est sempiterna: nō igitur demonstra. in rebus sempiternis ex- ercebitur. Respon. Arist. sempiter- num hoc loco non id solum signi- ficare quod semper est, sed id etiam quod certis temporibus debet in fal- libiliter esse. Et hac postrema ratio- ne vocatur eclipfi lunæ sempiter- na, quamuis enim non semper actu sit, quotiescunq. tamen terra inter ipsam & solem interponitur, illa euenit.

3. pars.
cap.

k. Sed quoniam id iam satis, &c. Iam Arist. in tertia parte ad id quod se- cundo loco instituerat confirman- dum suam disputationem transfert, demonstra. nimirum non posse ex communibus principiis constare. Idq. hoc pacto præstat. Demonstra. constat ex proximis ac immediatis causis conclusionis: atqui hæ ne- quæunt esse communes, immo sin- gulis quibusq. rebus sunt propriae ac peculiare: demonstra. ergo ex propriis tantum principiis coales- cet. Vnde non immerito erit ratio Brysonis repræhendenda, qui hoc pacto nitetur ostendere posse cir-

culum quadrari, Vbi datur maius & minus dari etiam potest æquale: sed datur circulus maior quadrato, daturq. etiam circulus eodem mi- nor, cuiusmodi est ille qui intra cir- culi aream descriptus est: poterit ergo dari circulus quadrato æqua- lis. Hęc in quæ ratio vitiosa est, per ea enim progreditur, quæ sunt cō- munia, id genus extant maius, minus, & æquale esse, quæ nō circu- lis tantum, vel quadratis, sed lineis etiam, magnitudinibus, ac numeris conueniunt. Sumenda itaque sunt in demonstra. quæ & extremis sint affinitia, & tali scientiæ propria cum nullaq. alia communia, & denique proximæ conclusionis causa exi- stant. Proprie namq. & non secun- dum quid vel per accidens alicuius rei scientiam nanciscemur, si eam per proximam & immediatam cau- sam, à qua promanat, cognoscamus vel ut tunc temporis perfecte cogno- scemus triangulum habere tres an- gulos pares duobus rectis, quando illud figuram esse planam tribus li- neis comprehensam, quæ est prop- ria huius effectus causa, agnoue- rimus.

L. Quamquam enim in iis, &c. Anno- tat Arist. esse quasdā scientias sub alternantes, quemadmodum Geo- metria est subalternans & superior scientia, Optica vero subalternata & inferior. Quod itaq. dictum fuit, demonstra. scilicet per causam con- clusionis debere progredi. de sub- alternante, non vero de subalterna- ta scientia est intelligendum, hæc namq. solum docet rem esse, cau- samq. ob quam res sit reticet, cum ad scientiam subalternantem, spe- ctet, & rem esse, & causam ob quam sit manifestare, vt de Optica, & Geo- metria superius in hoc cap. docui- mus.

M. Atqui si illud certum est, &c. Con- stituit

Obser-

I. O.
seru-

stituit tandem in postrema parte Arist. nullam scientiam priuatam posse principia sua confirmare. Id hoc pacto demonstrat. Si aliqua priuata scientia sua principia confirmaret, per alia priora principia id illa prestare deberet: atqui de primis principiis disputare non alienius scientiæ priuatæ, sed generalis cuiusdam & vniuersæ artis proprium munus est, ac officium; nulla igitur scientia priuata principia sua confirmabit. Hinc Arist. ansam, & occasionem accipit Metaphy. miris laudibus efferendæ, asserendiq. illam esse scientiam longe omnium certissimam ac nobilissimam; cum in primis principiis, primisq. rerum omnium causis pertractandis versetur, quarum cognitio quascunq. alias longo post se intervallo relinquat. Concludit denique Arist. non esse ab vna scientia in aliam transfundendum, nisi contingat vnam illarum, quæ scilicet inferior fuerit alteri, superiori nempe, sub esse, nam in hoc euentu optime id fieri potest, vt in Arithmetica, & Musica, atq. in Geometria & Optica efficitur.

Scholia in caput septimum.

I. Obseruat.

Proficitur in hoc loco, Arist. nullam scientiam alterius scientiæ principia posse considerare, idque duobus exemplis declarat in Geometria, ad quam de illis pertractare nullo modo spectat. Primum est, contrariorum eandem esse scientiã, & disciplinã, alterũ, ex duobus cubis fieri vnum cubum, quorũ primũ ad primã philosophiã spectat, & non ad Geometriam, idque est intellectũ faciliũ, & aper-

tum: quia de contrariis ipsorumq. natura disputare, munus est metaphisici, vt videre licet 10. lib. metaphy. in quo de contrarietate, variis que illius formis, eleganter, & diffuse satis differuit Arist. Verum de altero exemplo, nimirum ex duobus cubis fieri vnum cubum, dubium est, qua ratione illud effici queat, in quibusque rebus debeat intelligi, num in corporibus solidis, aut in numeris, & ad quem artificem spectet huiusmodi principium explicare Philopponus, illumque sequutus Ferrar. in annotationibus huius loci, putant intelligendum esse in corporibus solidis, ac proinde ad Stereometricam, quæ de illis disputat spectare, sicque cubum ex duobus cubis fieri posse arbitrantur. Imaginantur mathematici, ex fluxu puncti, oriri lineam, & ex fluxu lineæ in latum, oriri superficiem, & ex fluxu superficiem in profundum, oriri corpus, in quo Stereometria versatur. Si igitur sumamus lineam tripedalem, eamque ducamus in se ipsam 7. per tres pedes in latitudinem, superficies quadrata orietur, cuius quodlibet latus erit trium pedum, totaque area erit novem pedum, cuiusque radix erit lineæ tripedalis. Porro si hæc superficies quadrata, in profunditatem per suam radicem fuerit ducta, 7. per tres pedes, fiet corpus cubicum quod omni ex parte tripedale erit, pedesque 27. continebit: nam si novenarium, per suam radicem (nimirum ternariũ) multiplicentur, qui ex hac multiplicatione orietur, erit numerus 27. hæc igitur ratione poterit corpus cubicum oriri. Et hoc e-

opinio.
Philop.
& Ferrar.

Lege
Ferrar.
hanc hi
sto. recē
sentem.

cupiebant, cuius rei structuram cū omnino ignorarent, Platonem consuluerunt, cuius opera illa ara erecta, numin s vindictam placauerunt, à suisq limitibus huiusmodi morbum expulerunt. Cæterum quia apud Euclidem nullam demonstr. legimus, qua demonstretur ex duobus corporibus cubis vnum fieri, præstat si cum D. Tho. B. Albert. Louanien. Zabarella, & aliis dicamus, hoc principium intelligendum esse de numeris, & non de corporibus, ac proinde Arithmetice, & nō Stheometricè intelligi debere. Fit autē ex duobus numeris cubis vnus cubus ad hunc modum. Imprimis ex ductu numeri in se ipsum, oritur quadratus, vt ex ductu quaternarij in se oritur 16. nam quatuor quater, efficiunt 16. Deinde si hūc numerum per suam radicem trahamus, & multiplicemus (est autem radix quaternarius) qui consurget cubus erit, vnde 64. erit numerus cubus, quia oritur ex 16. per quaternarium multiplicatis, nam quater 16 numerum 64. componūt. Quod si deinde per eandem radicem cubum multiplicemus, qui consurget cubus erit, ex duobusque cubis oriatur, ac proinde ex duobus cubis fiet vnus cubus: vnde 156. erit numerus cubus, ex duobus cubis constans: quia si 64. per quaternarium multiplicemus huddubie oriatur 256. quem esse cubum constat ex 4. propositio. lib. noni apud Euclidem, quæ ita habet. *Si cubus numerus cubum numerum multiplicans, faciat aliquem. factus cubus erit.* Vt igitur ad Arist. regrediamur, hoc principium explicare, ex duobus cubis vnus cubus componitur, non erit munus Geometre, sed Arithmetici, ad quē ex proprio munere attinet de nu-

meris disputare.

K. Reprehendit rationem Brysonis, qui nitebatur circulum hac ratione quadrare. Vbi datur maius, & minus, datur etiam æquale, sed datur quadratū maius circulo (vt illud quod extra latera circuli est descriptum) datur etiam quadratū minus, (vt aliud, quod intra eiusdē circuli aream est depictum) ergo dabitur quadratum quod sit circulo æquale, ac proinde poterit circulus quadrari, quia quadratura circuli, nihil aliud est, quam inuenire quadratum quod sit circulo æquale. Hanc inquam rationem reprehendit ex eo Arist. quia progreditur per principia communia, per illud scilicet, vbi datur maius, & minus, datur etiā æquale, quod certe principium commune est Geometriæ, & Arithmeticæ, cum tamen quadratura circuli ad solum Geometram spectet. Hæc quadratura circuli fere per omnes ætates præclara Mathematicorum torsit ingenia, est enim adeo illa difficilis, vt à nemine hucusque fuerit recte explicata. Laborauit in hac re Thomas Brauardinus, qui tamen oleum & operam perdidisse potius, quam illam explicasse videtur. His tamen proxime elapsis diebus, Iacobus Falconius Valentinus noster, Montesiæ miles, vir in omni disciplinarum genere præclarus, suam quoque quadraturam circuli in lucem emisit, qui certe reliquos omnes qui hoc argumentum tractandum susceperunt, longo post se reliquit interuallo. Sit ne autem institutum assecutus, alij iudicabunt, ego enim diligentiam laudo, & eruditionem, in his enim rebus difficilimis, si non attigisse, saltim voluisse sat fuerit.

Dispu-

Disputatio in ea quæ ab Arist. in cap. septimo explicata fuerunt, vni- ca sectione comprehensa.

ARGUMENTVM.

Breviter nos ab his, quæ ab Arist. in hoc cap. tra-
dita fuerunt, expediemus, vt in aliis difficiliori-
bus diutius immorari possimus: duas igitur quæ-
tio. tantum proponemus.

Secti. unica in cap. VII. Questio I. sine ne vera quæ tradita sunt ab Arist. in hoc cap.

Perpendamus num ea, quæ ab
Arist. tradita fuerunt, sint vera
neque: nam non esse confir-
mum. Primum. Quemadmodum se
habent causæ generales ad effectus
produccendos in rebus naturalibus,
ita etiam se habent communia prin-
cipia ad conclu. demonstrationis in-
ferendas: at qui ad aliquem particu-
larem effectum producendum con-
currunt causæ superiores: ad inferē-
dam igitur conclusionem demon-
stra. concurrere etiam debent
communia principia, & ita demon-
stratio ex communibus principiis
constabit. Secun. Den. onstra. con-
stat ex subiectis vniuersis: sed illud
quod est vniuersum est commune,
demonstratio ergo ex cōmunibus
coalescet. 3. Geometra in suis de-
monstrationibus vtitur hoc princi-
pio si ab æqualibus equalia demas,
quæ superfunt sunt æqualia: at qui
hoc principium est commune, eo-
nāque vtitur etiā Arithmeticus: de-
monstratio igitur ex communibus

principiis constare poterit. Quar-
tum. In omnibus scientiis, quot-
quot sunt deseruit nobis principiu
contradictionis quod est proprie
Metaphysicum: iam igitur ab vna
sciencia in aliam, absq. vilo absur-
do transitus fieri poterit. Quintum
In 1. modo tertix figura qui est,
Darapti, cōclusionem particulari exi-
stente, ambæ præmissæ sunt vniuer-
sæ: igitur minus accurate docuit
Arist. in hoc cap. debere alteram
ex præmissis esse particulare, si con-
clusio particularis extiterit. Sextū,
In hac demonstratione, omne ani-
mal particeps rationis est capax dis-
ciplinæ, &c. minus extremum cum
sit proprietas, continetur in catego-
ria qualitatis, medium autem quod
est definitio hominis, est in catego-
ria substantiæ: perperam igitur pro-
fiteretur Arist. mediū in demonstra.
debere esse eiusdem naturæ cum ex-
tremis. Vlti. De rosa dantur permut-
tæ demonstrationes, at rosa nō est
perpetua, cum in hyeme esse desit.

2. Ofser,
uatio.

1. argu.

2. Arg.

3. argu.

4. argu.

5. Arg.

6. argu.

nat: demonstratio igitur non erit rerum sempiternarum vt Arist. opiatur. His tamen non obstantibus verissima esse, quæ ab Arist. tradita fuerunt, & illius auctoritate, & omnium Dialecticorum suffragiis possumus confirmare. De his tamē difficultatibus legi poterunt Caiet. ΔEgidius, Venet⁹, Apollinaris, Flādren. & alij. Ad primam igitur dicimus principia communia sumi posse duobus modis primo secundum se, vel formaliter, & secundo virtualiter: primo modo, nequaquam demonstrationem ingrediuntur, quāuis ad eandem constituendā iuxta secundum modum concurrant, est si quidem ipsorum vis, ac facultas in qualibet demonstrā. inclusa. Que madmodum enim superiores causas ad effectus aliquos producendos secundum solam virtutē dumtaxat concurrunt, vt de solis cōcursu ad ea generanda quæ in terræ visceribus oriuntur, est compertum: ita etiam prima principia demonstratorum conclusionibus inferendis secundum virtutem deseruiunt. Ad secundam dicimus commune duobus modis sumi, primo in simplicibus, in quo sensu idem denotat, quod nō singulare, secundo in propositionibus, qua ratione est idem quod non proprium. Arist. igitur sumpsit commune in hoc cap. iuxta 2. significationem, & ita licet demonstratio constet ex communibus, hoc est, non singularibus, non tamen ex communibus, id est, ex non propriis coalescit. Ad tertiam respon. eiusmodi principium (sicut & quælibet alia eiusdem generis) posse sumi, vel vt est ab omni materia auulsum, & abstractum, vel vt est alicui materiae copulatum, velut in Geometria magnitudini, & in Arithmetica numero: primo modo est quidem illud cōmune, at altero

iam vni, vel alteri scientiæ propriū efficitur, nam si illud magnitudini (v. g.) applicetur, Geometriæ, & si numero coniungatur Arithmetice proprium haud dubie erit, quā sola secunda ratione illud in demonstratione potest locum, & sedem habere. Diffitemur itaq. principia communia, vt communia sunt demonstrā. deseruire, nam ea dumtaxat ratione deseruiūt, qua sunt alicui materiae applicata, alicuique scientiæ propria effecta. Ad quartam respon. Metaphy. esse artem generalem, ob idq. nullum incommodum erit ab ea in alias transitum fieri. Arist. enim, dum huiusmodi transitum vitiosum esse docebat, locutus fuit in scientiis priuatis, quæ neque sunt subalternæ, neq. aliquam habent in obiecto affinitatem: si itaq. aliquæ artes ita fuerint inter se affectæ, vt vna illarum generalis, altera vero particularis fuerit, vt de Metaphy. & Geometria v. g. est perspicuum: vel vna subalternans, & altera subalternata, vt videre est de Arithmetica, & Musica: vel vna denique cū alia penes obiectum quodammodo conueniat, aliquamque cum eo affinitatem habuerit, vt sunt Philosophia naturæ, ac Geometria, cum hæc agat de magnitudine, quæ est quædam proprietas entis naturalis, quod Philosophia naturæ, tamquam obiectum suscipit pertractandum, nullum censei, debet absurdum à quibusdam scientiis in alias transitum fieri. Ad quintā respon. Arist. tantum esse loquutum de prima figura, quæ ad demonstrā. conficiendas est inter alias maxime accommodata, in qua vel conclusio, & ambæ præmissæ sunt vniuersiæ, vt in Barbara, & clarent vel si conclusio fuerit particularis, aliqua ex præmissis erit etiam particularis, vt in Darij, & Ferio. Ad sextā dicimus

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

dicimus medium & extrema sumi posse vel in esse naturæ ac rei, vel in esse scibilis. Primo modo aliquando differunt genere, vt in exemplo proposito: secundo autem modo conueniunt genere & natura, ad eandem etenim scientiam, ad quam spectat agere de medio, spectat etiam agere de extremis, ac sub eadem abstractione: & hoc secundo modo intelligendus est Arist. & non primo, qua ratione animal particeps ratio nis, & capacitas disciplinæ eiusdem sunt naturæ, cum ab eadem scientia, quæ de homine habetur, considerentur. Ad septimam dicimus sempiternum esse duplex posituum vnum, & alterum negatiuum. Positiuum est quod ex sua natura habet vnde sit semper, vt Deus opt. Max. negatiuum vero dicitur quod ex sua natura non habet vnde sibi certam aliquam temporis vel loci vendicet differentiam neq. principium aliquod ortus, aut interitus, & hac ratione dicimus vniuersa esse perpetua, quia ex natura sua non vendicant sibi principium aliquod, quo corruptantur, sed vt in singularibus corruptibilibus reperiuntur possunt corrumpi. Demonstratio igitur versatur in rebus perpetuis non tantum primo modo sed vel primo, vel secundo. Et ita de rosa dantur demonstrationes, que quamuis non sit perpetua positue, est tamen perpetua negatiue, nam ea solum ratione interit, qua in singularibus inuenitur. Legendi sunt D. Tho. 1. p. q. 16. art. 7. ad 2. Caieta. cap. 9. huius 1. lib. & que nos diximus sectio 2. de rebus vniuersis q. 8.

ad 7.

Quædam dubitatio explicatur.

EST tamen dubitatio qua ratione intelligi debeat quod est ab Arist. traditum, scientiam esse rerum vniuersarum. Huius vt satisfaciamus animaduertendum est, vniuersum sumi 4. modis. Primo pro natura vniuersa nudè sumpta sine notione vniuersalitatatis, secundo pro notione ipsa vniuersi, tertio pro aggregato ex natura & notione, & quarto pro natura ea ratione qua subest notioni vniuersi. De vniuerso igitur primo modo nulla scientia pertractat illud namque vt est à parte rei, est inuolutum cum proprietatibus singularibus, qua ratione à nulla scientia considerari potest. Neque est itidem intelligendum de vniuerso secundo modo, nam illud in ea significatione, à sola Dialectica, & non ab aliqua scientia rei consideratur. Præterea neq. intelligi debet de vniuerso in tercia significat. quia illud est ens per accidens, at vero de tali ente nullam scientiam pertractare, auctor est Arist. 6. lib. metaph. cap. 2. Erit ergo propositio intelligenda de vniuerso in postrema significatione, id est, de natura ea ratione, qua subest secunde notioni vniuersi, ita vt res considerata in aliqua scientia, sit ipsa met natura, modus vero considerandi, vel conditio sine qua non sit notio secunda vniuersi. Que madmodum in igne ratio calefaciendi est calor, modus vero, vel conditio sine qua non est approximatio ad rem calefaciendam. Eademque ratione intelligendum est illud, quod constituunt philosophi, obiectum scientiarum esse quiddam vniuersum, diffinitiones tantum tradi de rebus vniuersis, proprietatesq. solum etiam de re vniuersa concludi omnia enim hæc debent intelligi de vniuerso pro natura subiecta notioni secunda vniuersi, & non pro-

Brenti dubi.

Obser.

Solutio dubita.

pronotione, aut ex ea, & natura aggregato.

QVAESTIO II. AN ALIQUA SCIENTIA POSSIT CONFIRMARE SUA PRINCIPIA.

IN postrema cap. p. docuerat Arist. nullam scientiam posse confirmare sua principia. Quam sententiam infringere quodammodo videntur hęc argu. Primum, illa quę habent priora supra se, possunt confirmari a priori: at principia habent aliqua priora supra se, scilicet terminos ex quibus componuntur: ergo poterunt confirmari a priori. Deinde quę confirmantur per ea quę sunt communiora, confirmantur per ea quę sunt priora: at qui Metaphy. confirmat aliarum artium principia per esse, & non esse, ac per alia attributa communissima: confirmabit igitur Metaphy. a priori omnium aliarum artium principia. Deniq. Hoc principium, quę longius distant minora videntur, & quę propinquiora sunt maiora apparēt, Opticę deseruit, atqui illud confirmatur a priori in Geometria: poterunt ergo principia confirmari a priori.

His tamen nihil impredientibus, ut quætionem explicemus, animaduertimus. Primo, principia alicuius artis posse confirmari, vel a priori & per causam, vel a posteriori & per effectum. Iterum principia demonstra. confirmari possunt vel demonstra directa, directe nimirum concludente, vel ducente ad incommodum. Demum eadem principia possunt confirmari, vel intra eandem scientiam, vel in scientia superiori His animaduertis sit 1. conclusio. Demonstra. ducente ad incommodum optime possunt omnium

scientiarum principia confirmari. Ita proficitur Arist. 4. lib. Metaphy. qui constituit omnia principia posse per principium contradictionis argu. ad incommodum vergente confirmari.

Secun. conclu. Demonstratione directa, & intra limites eiusdem scientię, & non ultra, modo principia confirmari. Confir. primum testimonio Arist. in hoc capite, ac præterea huiusmodi ratione. Principia demonstra. debent esse prima, ac immediata, vt ex cap. 2. constat: atqui illud quod est primū & immediatum nihil aliud supra se obtinet, per quod confirmari possit: non igitur poterunt principia demonstrationis demonstratione directa, & a priori, ac intra eandem scientiam confirmari.

Tertia conclu. Hęc principia in arte superiori optime poterunt a priori confirmari. Vt hanc assertionem intelligamus, repetenda erunt ea quę ab Arist. sepe in hoc cap. ponuntur, ex scientiis scilicet qualdam esse superiores, ac subalternates, & alias inferiores, ac subalternatas. Quod igitur in hac assertionem constitutum est, principia scientię sub alternatę posse confirmari a priori per principia scientię subalternantis, idq. in hunc modum suademus. Principia scientię subalternatę, sunt conclusiones scientię subalternantis, vt infra cap. 10. ostendimus: at conclusiones in superiori scientia a priori confirmantur poterunt ergo principia scientię subalternatę, a priori in scientia subalternante confirmari.

Quarta conclu. Principia cuiuslibet scientię possunt intra ipsam scientiam confirmari primum demonstratione a posteriori, quia ea quę sunt priora secundum se, manifestantur nobis per ea quę sunt posteriora.

2. argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. conclusio

2. conclusio

3. Conclusio

4. conclusio

steriora, & per effectus: ac iterum in ductione, quæ est accommodatum sciendi instrumentum, vt Arist. in hoc lib. infra cap. 14. profitetur, & maxime aptum ad prima principia colligenda, vt ipsemet 2. lib. de demonstra. cap. vlti. profitetur constituens prima principia esse per experientiam colligenda, cui tamquã basi ac fundamento inductio ipsa innisitur. Tandemq. argumentis probabilibus, sicq. sicut Arist. 1. lib. topico, cap. 4. Dialecticum dicat confirmare principia omnium aliarum scientiarum quod haud dubie debet de rationibus communibus, ac probabilibus intelligi, ac interpretari.

Ad 1. ar gum. Iam ad argum. proposita in principio. Ad primum respond. aliquid posse dici prius, vel tanquam pars, & materia, vel tanquam principiu.

Si illa que sunt priora partes tantu extiterint, & non principia, poterunt à priori confirmari, illud si qui pem per quod aliquid confirmamus principium est, si vero illud fuerit principium non poterit confirmari à priori, quia principia vt principia sunt, non habent supra se alia priora tanquam principia, sed tanquam partes, quia constant subiecto & attributo, tanquam partibus habentibus causam per quam con-

Ad 2. firmari queant. Ad secundum dicimus Metaphysicam argum. ducente ad incommodum per attributa communissima, omnium scientiarum principia confirmare: nos tamen hoc nequaquam diffitemur, sed quod negamus est, posse principia vt principia sunt demonstratione directa, & à priori confirmari.

Ad 3. Ad tertium aimus Opticam esse scientiam subalternatã, ac subinde principia eius confirmari in Geometria quæ est scientia subalternans respectu illius. Vel respon. hoc principiu

posse sumi, vel vt est conclusio illa in Geometria, vel vt est principium deseruiens Opticæ Primo modo potest illud à priori confirmari, non tamen secundo modo. Semper itaque erit verum dicere, principia vt principia sunt non posse confirmari. Adhuc tamen circa ea que in solutione secundi diximus persistet aliquis rogãdo, num Metaphysica aliarum scientiarum confirmare queat principia: Huic dubitationi respon. directa ratiocinatione & à priori nulla ratione posse ipsam aliarum principia confirmare, vt viri graues ante nos docuerunt Sôcinas 4. metaph. q. 9. Ferrari. 1. con. Gent. cap. 4. Iauellus 1. metaph. q. 2. M. Soto, & Sufanus cap. 7. huius lib. Mercado q. vnica in cap. 6. huius lib. & alij. Cuius ratio est aperta: quia datur in aliis scientiis principia ita per se nota, vt nulla ægeat ratiocinatione, aut demonstratione confirmante, quod enim ex se suapteque natura est satis notum, vt notum fiat, nulla æget demonstratione. Huius generis sunt in Geometria, si ab æqualib' æqualia demas, quæ supersunt sunt æqualia, & omne totum est maius sua parte: in philosophia, omnem motum fieri inter duos terminos, aquo, & ad quem: & in dialectica, rem diuisam maiorem esse membro diuidente. Cæterum poterit eadem Metaphysica, aliaru principia magis, explicare eaque ab iniuriis aduersarioru tueri, vel ad incommodum ea vera esse demonstrare: constant enim ex terminis communibus, vt ex esse non esse toto, partibus, æquali, inæquali perfecto, imperfecto, & sic de aliis quorum omnium vim, & naturam declarare munus est philosophi primi: atque ita si quis neget hoc principium, omne totu est maius sua parte, confirmabit illud

Interroga.

Respon. sio.

Meta-

Metaphysicus ad hunc modum: Omne continens est maius contento; sed totum continet, pars vero continetur; ergo omne totum erit maius sua parte. Præterea ita argumētabitur ex illo generalissimo principio impossibile est idem simul esse, & non esse. Si totum non esset maius, sed minus sua parte, ergo idem contineretur, & non contineretur a toto; at hoc est impossibile, nam contineri est esse in toto, non contineri est nō esse in illo, impossibile est autem idem simul esse, & non esse; ergo omne totum erit maius sui parte. Confirmatur propositio. Partem contineri in to-

to certum debet esse, cum illud cōponat; deinde non contineri si totum esset minus, confit. Quia maius non potest in minori contineri; ergo si pars esset maior, & totum minus, idem contineretur, & non contineretur in toto. Hæc ratione ducente ad commodum, hoc & alia scientiarum principia poterit Metaphysica confirmare, non tamen à priori, & per causam.

Multi in hoc loco de veritate propositionum, quæ æterna veritatis nuncupantur disputant: de qua re abudæfatis sectionos. 2. de rebus vniuersis in vltimis quæstionibus differuimus.

CAPVT. VIII. DE monstrationem consta.

re ex propriis principiis.

ARGVMENTVM CAP.



N prima parte docet sola propria principia ingredi demonstratio. In secunda tradit discrimina quæ inter, dignitates, suppositiones, postulata, & definitiones interueniunt, in tertia qua ratione vti possimus in demonstrando principio contradictionis, & in vltima Metaphysicam, & Dialecticam, esse scientias generales demonstrat.

COMMENTARIA.

Antequam Arist. præstare incipiat quod instituit, demonstra, scilicet constare ex propriis principiis, hæc duo prius statuit. Primum. *A Difficile autem est, &c.* Nimirum difficile esse rem aliquam perfecte, ac per demonstra. scire, cum enim

scire sit rem per causam intelligere, rerumq. causæ ac principia non sine maxima difficultate cognoscantur, haud dubie rem aliquam perfecte scire erit difficillimum.

B Ego vero propria. &c. Secundum. Propria principia alicuius artis nequaquam sunt per demonstra. confirmanda, sed statui debet tamquam certum

certum illa esse in rerum natura, erit nihilominus vis, & significatio nominū ac vocum quibus illa met- explicantur aperienda. Perspicuum est in Geometra, & Arithmetico, ex quibus hic numerum, ille vero punctum & lineam minime confir- mat, sed tanquam certum illa esse supponit. Geometra tamen quid sibi velit hoc nomen vnitas, sicut & Arithmeticus quid hoc nomen punctus, vel linea significant aperit ac declarat.

1. pars
cap.

Diut
priaci

C *Sunt porro, &c.* His iam consti- tutis in prima parte diuidit Aristo. principia in propria, & communia, propria dicuntur illa quæ vni tantum, vel alteri scientiæ deseruiūt, velut hoc est proprium Geometriæ principium, dato quolibet puncto & intervallo circulum describere, quia hoc illi soli est vsui. Communia vero principia ea dicuntur quæ per varias scientias se se diffundūt, id genus extat hoc principium, si ab æqualibus equalia demas quæ super sunt sunt æqualia. Adnotat tamen Arist. hæc postrema princi- pia posse sumi dupliciter, primo vt auulsa ab omni materia, secundo

Obfer.

vero modo vt alicui materiæ, mag- nitudini vt pote, vel numero appli- cata, vt si ita dicamus. Si ab æqua- libus magnitudinib⁹ auferas æqua- les magnitudines, quæ supererunt, æquales erunt. Ex his igitur princi- piis certum est ea quæ propria sunt ingredi demonstrationem, commu- nia vero, si vt communia & auulsa sunt accipiantur, nullam certe de- monstra. ingrediuntur. Demonstrat- ionem enim ex communibus prin- cipiis, vt communia sunt, minime posse componi iā fuit à nobis cap. superiori confirmatum: ex iisdem tamen quatenus alicui generi sub- iecto applicentur, dubium non est quin aliqua demonstra. efficiantur

Conse-
sta.

Ex principio namque nunc à nobis assignato, vt magnitudinis applica- tur Geometricæ demonstra. fiunt, ex eodemq. numero adiuncto Ari- thmetica demonstra. constituuntur. At principium commune hoc modo acceptum proprium potius est, quam commune cum id omne quod alicui applicatur proprium ei reddatur.

D *Ex his vero quæ sunt propria, &c.* Dissuso sermone, quæ fuerunt in pra cap. 1. enarrata in hoc loco re- petit, tria nimirū esse ante demon- stra. prænotanda, subiectum pro- prietates, ac principia prænoten- dumq. esse de subiecto an sit, & quid illud sit, de proprietate quid tantum illa sit, ac de principis an sint, id est, illa esse vera. Obseruat vero hic, quod loco superiori præ- termiserat, has nimirum prænotio- nes non esse ante omnem demon- stra. necessarias, si enim notum fue- rit subiectum esse, & quid sit, non est cur in eo prænotando nō vel minimum temporis momentum in moremur, Idemq. est de princi- piis ac proprietatibus ferendum iu- diciū.

E *Differunt autem plurimum, &c.* Assignat Arist. in secunda parte dif- crimen inter dignitates, suppositio- nes, & postulata. Dignitates (ait) sūt ppositio adeo per se nota, vt nulla ratione negari possint, huiusmodi est hoc principium, omne totum est maius sua parte, nā si hoc quis- piam ore diffiteatur, is id ipsum as- firmer oportet, cum primum men- tem suam circa illad. consulerit. Suppositiones, sunt quædam pro- positiones quæ à Magistro discipu- lo, vel ab interrogante responden- ti tam quam ab eis vt veræ admit- tendæ proponuntur, vt propositio hæc, est in Geometria suppositio: a quolibet puncto ad quodlibet non

Repetit non nul- la super- dicta. *Obfer.*

2. pars. cap. Quidia- ter sit in- ter dig- ni. sup- posta. & postula-

atum

Etum recta linea ducitur. Postula-
ta itidem sunt propositiones a Ma-
gistro, vel interrogante, discipulo,
vel respondenti assignatae, de qui-
bus quid ipsi sentiant nihil certum
habent, num enim verae, an falsae
sint discernere nequeunt: vt si de
calorum ac terrae magnitudine a-
gens Magister discipulum sciscite-
tur estne sol terra maior: propositio
haec postulatum dicitur, rem enim
a discipulo sub dubitatione inter-
rogat, de qua forte nihil ei certum
est ac exploratum.

Diffinitio. *Diffinitiones igitur, &c.* Latum e-
tiam discrimen inter diffinitiones
ac suppositiones interuenire tribus
argum. demonstrat. Imprimis dif-
finitio non ostendit rem esse, vel
non esse, nec veritatem vel falsita-
tem manifestat; atqui suppositio
haec eadem vtraque praestat, cum sit
propositio rei esse, vel non esse, ve-
ritatem vel falsitatem declarans: diffi-
nitio ergo non erit suppositio.

G *Deinde diffinitiones, &c.* Iterum.
Diffinitio est simplex quidam men-
tis conceptus, dirigit enim illa
primam intellectus functionem, quae
est simplicium apprehensio: at sup-
positio est actio quaedam intelle-
ctus composita, nam cum sit illa e-
nuntiatio, secundae intellectus fun-
ctioni dirigendae deseruiet, quae est
compositio, vel diuisio: diffinitio
ergo non erit suppositio. Interpo-
nit hic Arist. quandam obiectionem,

Obiec. eiusque solutionem. Obiecto huius
modi est. Geometrae sumunt v. g.
ac supponunt magnitudinem qua-
tuor pedum, esse vnius pedis, ex
qua post modum suam conclu. infer-
unt: potest igitur in demōstra. ve-
rum ex falso sequi. Respon. Arist.

Solutio. Geometras non statuere hanc, alias-
que eiuscemodi suppositiones, tan-
quam veras, neque in eorum virtu-
te conclusiones inferre: sed quia ad

suum institutum parum, aut nihil
interest, magnitudinem esse qua-
tuor, vel plurium cubitorum, i-
deo illam vnius vel plurium pedum
esse constituunt. Iam vero omnis,
&c. Ad institutum regrediens sic de-
mum idem quod prius confirmat.
Omnis suppositio, vel est propositio
vni uersa, vel particularis: at dif-
finitio nec vniuersa est, nec particu-
laris, cum non constet subiecto, &
attributo a quibus huiusmodi de-
nominaciones sumuntur: diffini-
tio igitur non erit suppositio.

H *Aqui idem quidem esse, &c.* Cū
dictum sit in superioribus scientiam
esse rerum sempiternarum, & om-
nia quaeque sensibus obiciuntur,
orientur ac intereant, nihilque in
singularibus inueniatur quod sit
ortus ac interitus expers, videntur
esse quaedam idae a singularibus
separatae, ac sempiternae praeter v-
niuersa praefata constituendae, cir-
ca quas scientia versetur. Ob hanc
tamen causam minime (inquit Ari-
stot.) huiusmodi idae villo modo
constitui debent, naturae enim vni-
uersae, quae habent in singularibus
esse, de quibus scientiam haberi do-
cuimus, quamuis per accidens ad-
ortum scilicet, & interitum indivi-
duorum orientur, ac intereant, ex-
se tamen suapteque natura perpetuae
sunt, nullique ortui ac interitu
subiciuntur, vt in superiori ca.
exposuimus.

I *Hoc vero, &c.* Quomodo princi-
pium contradictionis in disputatio-
nibus vsui esse possit in hac tertia
parte declarat. Sed cum illud sit du-
plex vnum negatiuum vt hoc, de
nulla re potest esse simul vera affir-
matio, & negatio, & alterum affir-
matiuum, vt hoc aliud de omni re
vera est affirmatio, vel negatio o-
stendit primum qua ratione princi-
pium contradictionis negatiuum
deser-

Tercio,

Ob quā
causant
vel non
sint tideo
constit.3. pars.
capit.
Quomo-
prim. ob
tradit.
vsui sit
primum
que ne-
gat.4. pars
cap.

deseruire potest. Inquit ergo esse il-
 lud hoc pacto in usum reuocandū,
 quod in propositione sic affirmatio
 & negatio maioris extremi accipiā-
 tur, vt vna de eo asfirmetur, & alte-
 ra negetur, vel e conuerso: in con-
 clusione autem maius extremum
 de minori itidem extremo eo mo-
 do quo in propositione asfirmetur,
 vel negetur vt est in hac argu. per-
 spicuum. Omnis homo est animal,
 & non est non animal: at Callias est
 homo: ergo Callias est animal, & nō
 est non animal. Quod autem asfir-
 matio & negatio minoris extremi,
 vel medijs verbi accipiuntur parum
 refert ad huiuscemodi conclusionē
 colligendam dum modo affirmatio
 & negatio maioris extremi præfa-
 to modo vsurpentur.

K. Est & aliud prouuntiatum, &c. I-
 dem præterea affirmatiuum contra-
 dictionis principium solum est v-
 sum in demonstratione, quæ vsget
 aduersarium ad incommodum, &
 ea ratione qua alicui particulari
 materiæ applicatur, nequit tamen
 illud omnibus demonstrari. absolu-
 te deseruire vt 4. lib. Metaphy. cap.
 3. & 4. apertius multo explicatur.

L. Habent autem omnes &c. Repetit
 quod in superiori cap. docuerat, ex
 tribus scilicet, quæ in qualibet sciē-
 tia reperiuntur, quæ sunt principia
 proprietates, ac subiectū, principia
 posse interdum multis scientiis esse
 communia, reliqua tamen duo
 ita cuiuslibet scientiæ propria esse, vt
 alteri scientiæ nullo modo possint
 conuenire, dum tamē huiusmodi
 scientiæ sic sese habeant inter se,
 vt altera sit subalternans, & altera
 subalternata, vt & in superiori cap.
 obseruauimus, & vberius cap. 10.
 ostendemus.

**M. Dialectica etiam cum omnibus,
 &c.** Absoluit denique Aristo.
 præsens cap. constituens duas

esse scientias generales ac vniuer-
 sas Dialecticam scilicet, ac primam
 Philosophiam, quæ per omnes alias
 priuatas artes sese diffundunt, ac
 diuagantur, ita vt illarum omnium
 principia confirmet, Metaphy. argu.
 ducente ad incommodum, per
 principium contradictionis, Diale-
 ctica vero probabilibus argu. a cō-
 munitibus locis petitis. Colligit autē
 hinc Arist. Dialecticam non habere
 certam aliquam ac determinatam
 materiam circa quam versetur. In
 qua re maxime (inquit) a parte ana-
 lytica differt, quæ in sola materia
 necessaria versatur. Hoc vero ita
 esse in hunc modum cōfirmat. Qui
 interrogationibus inter disputan-
 dum vtitur non versatur in certa
 aliqua ac determinata materia, pos-
 sunt namq. interrogationes quibus-
 cunq. rebus accommodari: at Diale-
 cticus vtitur interrogationibus, a-
 nalyticus vero easdem nulli vsui
 habet: Dialecticus ergo destitutus
 erit certa aliqua materia de qua dis-
 putet. Est autem hoc de Dialectico
 vtente, non de docente illo modo
 intelligendū, vt in quæst. Proemia
 libus sectio. 1. q. 5. & 6. longa oratione
 disseruimus. Consulendus est Fer-
 rarien. in annotationibus huius
 cap. qui nonnullas alias interpræ-
 tationes proponit, nos enim sola ve-
 ritatis explicatione in hac re sumus
 contenti.

Consec.

**QUESTIO VNICA AN
 communia principia ingre-
 diantur demonstra.**

Quædam sunt principia com-
 munita conflata ex vocibus cō-
 tentis in aliqua catego. cuiusmodi
 est hoc principium, si ab æqualibus
 equalia demas quæ supererunt erūt
 æqualia, æquale enim, ac inæquale
 Mmm in ea.

Tertio

Ob quæ
 cau, sint
 vel non
 sin tideq
 consti.

3. pars
 capit.
 Quomo
 prin. cō
 tradic.
 vsui sit
 primum
 que ne-
 ga.

4. pars
 cap.

in eadem categoria, quantitatis continentur. Alia vero principia ex communissimis vocibus constituuntur, quae sese per omnes categoria, diffundunt, quale est hoc principium, impossibile est idem simul esse ac non esse, quod constat ex esse, voce communissima, & ex negatione ipsius. Si loquamur de primis principii, in quantum sunt aucta ab omni materia, non ingrediuntur demonstrationem: hoc enim pacto sunt communia: at si agamus de eisdem ut sunt applicata alicui materiae, magnitudinis nempe, vel numero, demonstrata illa ingrediuntur, cum iam sint effecta propria, vel Geometriae, vel Arithmeticae. Rem hanc abunde satis in cap. testatus fuerat Aristo. Si vero loquamur de altero principio omnium generalissimo, distinguendum erit imprimis sumi posse illud vel actu & formaliter, vel secundum virtutem: iterum posse illud vsurpari, aut in actu signato, aut in actu exercito. Sumitur sub eisdem vocibus esse, & non esse: sumitur vero in actu exercito, quando sub contractioribus vocibus idem tamē significantibus, ut quando dicimus impossibile est hominem esse animal, & non esse animal.

1. conc. Sit igitur 1. conclusio: Hoc principium communissimum includitur secundum virtutem in omnibus demonstra. Confirmatio. Eodem modo se habet hoc principium ad conclusionem demonstrata, quae se habet causa generales ad producendos effectus particulares: atque virtus primarum causarum, est in omnibus particularibus effectibus inclusa: ergo & in omnibus demonstra. virtus huius primi principii includitur.

2. conclus. Secunda conclusio. Si loquamur de hoc principio formaliter, & in actu signato, interdum ingreditur

illud demonstrationem. Confirmatur exemplo proposito in hac demonstratione: impossibile est idem simul esse, & non esse: at materiam primam esse absque forma, est simul idem esse, & non esse: ergo materiam primam esse absque forma impossibile erit. In hac enim demonstra. continetur illud principium formaliter & in actu signato.

Tertia conclusio. In actu exercito non est necesse contineri hoc principium in qualibet demonstra. Confirmatur: Superfluum est contineri hoc principium in actu exercito in de demonstratione atque ea, quae superflua sunt, merito reici debent a demonstratione: non igitur continetur hoc principium in actu exercito in demonstratione. Confirmatur propositi. Quamvis non continetur negatio in propositione ad inferendam conclusionem adhuc potest inferri conclusio, ut ad concludendam hanc propositionem, ergo Petrus est risibilis, quamvis auferamus negationem scilicet non risibilis, tantumque collocemus affirmationem ad hunc modum, homo est risibilis & Petrus est homo, illico sequetur conclusio ergo Petrus est risibilis.

Obiect. Sed dicitur forte aliquis ad inferendam hanc conclusionem, Petrus est risibilis, ut debemus hoc principium in actu exercito ad hunc modum, homo est risibilis, & non est non risibilis, sed Petrus est homo ergo Petrus erit risibilis & non erit non risibilis: iam ergo hoc principium in actu exercito ingreditur demonstrationem. Respon. cum Caieta. hanc conclusionem posse sumi vel ratione illationis, vel ratione demonstrationis. Primo modo necesse est sumere hoc principium in actu exercito, nam lex est prima argumentationis, ut eo modo sumatur maius extremum in conclusio, quo in propositione

Solutio

ne vsurpatur & quia sumitur hoc principium in concl. tanquam maius extremum in actu exercito, debet etiam assumi in proposito. Si autem altero modo accipitur non est illud assumendum, nam cum in demonstra. haberi debeat ratio veritatis consequentis, quod potest in ferri etiam si tale principium non adhibeatur, dum modo colloquetur sola propositio affirmans, quia si affirmatio competit subiecto exploratum est negationem eiusdem

attributi debere ab eo remoueri, & ita non continebitur hoc principium in actu exercito in demonstra. Legendi sunt Caieta, Flandr. q. 25. art. 1. Aegidius & Venetus.

Nonnulla alia in hoc loco proponere poteramus, quae quia facilissima sunt, & parui ponderis, in hoc loco praetermittimus, ne in aliis grauioribus breui & succinta oratione vti cogamur. Legendus est de illis acutissimus Caieta.

CAPVT IX. IN qualibet scientia dari proprias interrogaciones.

ARGVMENTVM CAP.

IN tres partes est totum caput distributum, in quarum prima in omnibus scientiis esse proprias interrogaciones declarat, in secunda quasdam dubitationes dissoluit, & tandem in tertia discrimina inter demonstratorem, & dialecticum interuenientia proponit.

COMMENTARIA.

Fuerat in calce cap. superioris de interrogationibus effecta ab Arist. mentio. Inde igitur orta occasione, instituit ipse in hoc cap. in qualibet scientia suas proprias, & peculiare interrogaciones inueniri accurate confirmare. Ad id autem praestandum hoc in primis vtitur argu.

A Acqui si interrogatio, &c. Interrogatio non differt a propositione

nisi iuxta modum proferendi: at in omnibus scientiis dantur propriae propositiones ac principia: ergo etiam dabuntur in qualibet scientia propriae interrogaciones: non igitur ea ad Geometriam (v. g.) aut Medicinam vel aliam priuatam scientiam spectabunt ita ut alius scientiis illa denegentur, sed diuisa potius erunt, ita ut quaedam soli Geometriae sint propriae, aliae Medicinae tantum sine vsui, ac denique aliae priuatis artibus peculiariter deseruiant. Vnde quae-

libet scientia priuata peculiare in interrogationes sibi vendicabit, quibus mediis ea omnia demonstrat, quæ in ipsa concludenda occurrunt, vel quæ ab eis fidem sunt acceptura. Etenim quamuis in scientiis subalternatis ex scientiæ subalternantis interrogationibus concludi non inferantur, ex vi tamen earundem fidem illæ assequuntur, ut videre est de conclusionibus in Opticis illatis, quæ licet ex Geometricis interrogationibus, ac principiis non eliciantur, ab eisdem tamen fidem accipiunt.

C. nec.

B. *Ac de his quidem, &c.* Colligit Arist. earum tantum interrogationum esse in qualibet scientia reddendam rationem, quæ in tali scientia efficiuntur, & non quamcumque aliarum, ut in Geometria de his solum interrogationibus debet ratio reddi, quæ circa magnitudinem sunt, ac non de his quæ circa numerum postulantur. Si quis igitur in aliqua scientia priuata ea, quæ alterius sunt scientiæ, percontetur, minime debebit ei à viro talis scientiæ perito satisfieri, quia ea tantum debet unusquisque artifex probe nouisse, ac de eis rationem reddere, quæ sunt artis ac scientiæ suæ propria, de quibus merito conuinci ac redargui potest, si minus recte ac accommodate respondeat. Vbi obiter obseruatione dignum est, nequam debere alicuius artis ut Geometriæ interrogationes, coram eius ignaris, ac imperitis proponi, neque enim eas illi intelliget, nec quid eis accommodate possint respondere, in promptu poterunt habere.

Notan.

2. parte.

cap.

Pri. ex 3

Quest.

circa in

terroga.

C. *Exiſtit autem hoc loco, &c.* Tres in hac 2. parte miscet Arist. quæſtiones ad interrogationes spectantes, prima est de turbe aliqua in interrogationes non propriæ, seu potius impropriæ: Huic respon. Arist.

dari quidem illas, esseque in duplici differentia, vel enim dicuntur in propriæ quia nullo modo spectent ad illam artem, ut interrogationes Geometriæ, nunquam in dato circulo quadratum possimus describere, vel e contra nunquam in dato quadrato circulum intra latera depingere valeamus vocantur impropriæ respectu Arithmeticæ, nuncupanturque simplicis negationis. Vel appelliantur impropriæ eo quod progrediantur ex praua aliqua dispositione, vel ignorantia, quamuis sine de rebus ad illam scientiam spectantibus, ut si quis existimaret lineas parallelas posse concurrere, & interrogaret in Geometria an concurrerent, esset huiusmodi interrogatio prauæ affectionis (vt dicunt). Vnde quemadmodum dicitur aliquid in forme vel quia nullam habet formam: vel quia habet turpem formam, eodem modo dicitur aliquid interrogatio impropria, vel quia nullo modo spectet ad artem, vel quia ex praua affectione, ac errore, circa illam progreditur. Secunda quæſt. quænam ex his duabus impropriis interrogationibus magis impropria censei debeat. Respon. Arist. interrogationem simplicis negationis, vocandam esse magis in propriam, eo quod illa nullo modo ad artem pertinet, cum tamen altera quomodocumque ad eandem spectet. Tertia quæſt. est, an ignorantia prauæ affectionis oriatur ex forma, vel ex materia interrogationis. Respon. Arist. oriri illam ex materia, quia oritur ex principiis artis prauæ intellectus, ac principia materia sunt in artibus ac disciplinis.

D. *Nā in doctrinis & disciplinis, &c.*

In 3. & postrema huius cap. parte quinque profert discrimina quæ in ter demonstrationem, & argum. Dialecticam interueniunt. Primū.

Diale

Secūda.

Tertia.

3. parte

cap.

2. Di
crimi

Dialecticus sapissime progreditur ex medio aliquo homonymo, cum tam en demonstratoris artis peritus, nūquam tali medio utatur. Vnde fit vt demonstrator nunquam ex nominis homonymia aliquam decipiat, at Dialecticus saepe huiusmodi labore vitio. Et ita in hęc argumētatione, omnis circulus est figura: at quoddā genus carminis est circulus: ergo quoddam genus carminis est figura, decipitur Dialecticus, falsamque conclusionem infert vitur namque hac voce, circulus, tanquam medio verbo, cum sit homonyma ad figuram mathematicā, & quorundam carminum genus. At demonstrator hoc pacto nequaquā ruer, ac labetur, neq. enim hoc nomen vt ambigū vltur pabit, sed vt synonymum ea nimis ueritate, qua significat quādam figuram planam, vnica linea comprehensā. Negaret itaque ille assumptionem, apud eum enim carmen est circulus. **2. Discrimine** *Nam si est huius.* Secundum discrimen. Ad euerendam aliquam propositionem in Dialectica, sat est adhibere instantiam alicuius rei particularis vt si dicat Dialecticus, omne corpus est per se in loco, ad hanc propositionem euerendam, adducemus vltimam sphaeram rem singularem, quæ est corpus, ac non est per se in loco. Ad euerendam nihilominus propositionem aliquam in scientiis, proponenda est instantia de toto genere, vel vniuersa. Vt si quis dicat in Mathematicis, triangulum non habere tres angulos pares duobus rectis, proponemus instantiam vniuersam, scilicet omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. Huius rei ratio est, quia instantia in scientiis sumitur interdum, vel tamquam principium, vel tamquam conclusio, demonstrationis, & ita cum demonstratio

constet propositionibus vniuersis, vel de omni, debet & instantia etiā de omni ac vniuersa assignari.

F. Accidit autem interdum, &c. Tertium discrimen. Dialecticus decipitur aliquando falsa ratiocinatione, vt cum medium ad vtrumq. extremum consequens assumit. Quomodo Ceneus Philosophus hac ratiocinatione deceptus est, qua per multiplicatam proportionem ignem generari confirmabat. Vocatur autem proportio multiplicata, quando ex vna particula inferioris elementi (vt aeris) generantur decem ignis. Argumētatio quidē ita se habebat. Quicquid per multiplicatam proportionem producitur, quam celerrime generatur: at ignis celerrime generatur: generabitur ergo ille per multiplicatam proportionem. Hęc inquam ratio fallax est, nam contingitur sub secunda figura, ex duobusq. aientibus in terminis imparibus progreditur. At demonstrator non hoc modo hallucinabitur, etenim vel medium quod vnū extremum antecedat, & alterum consequatur accipiet, vt fit in 1. modo 1. figuræ quo ille maxime vitur, vel mediū quod sit extremis equali proponet, diffinitionem vt pote, quæ est cum re diffinita, ac proprietate equalis. Quamuis itaq. ex duobus aientibus in secunda figura argumentetur, nullum committet vitium, quod tunc tantum committitur, cum medium non se habet reciproce cum extremis.

G. Quod si non, &c. Quartum discrimen. Dialecticus nequit concludi in sua principia resolueri: at analyticus id ipsum accurate præstat. Nam cum Dialecticus verum ex falsis colligat, ac verum in fallum nullo pacto resolui quæat, conclusiones illas nūquam ipse in sua prima principia resoluet. At cum analyticus

3 discrimen.

4 discrimen.

Acidit

Acidit

2. Discrimine

Secunda

Tertia

3. partibus cap.

ex veris immediatisq. principiis progrediatur, possitq. verum in verum resolui, sicut & effectus in sua principia, & causas, optime poterit ille hoc efficere, conclusionesq. in sua principia reuocare.

5. discrimen.

H. Solent autem disciplina, &c. Quin tum discrimen ab Arist. assignatū facilius multo intelligemus, si prius obseruauerimus, tribus modis posse demonstrationem aliquam augeri. Primum si postquam conclusionem ex suis præmissis intulimus, ipsam deinde cum altera ex præmissis assumentes, alteram præmissam confirmemus, vt in lib. de priori analysi late docuimus. Iterum si proprietatem superioris de eius inferioribus demonstremus, vt si capacitatem disciplinæ de Petro aliis que hominis indiuiduis concludamus, tot quippe modis multiplicari poterunt demon. quot extiterint inferiora de quibus eiusmodi proprietates concludi possint. Augentur demum si per varia media eandem conclu. inferamus. Hoc igitur inter est (inquit Arist.) inter Dialecticam, ac analyticam conclu. quia hæc, primo tantum, ac secundo modo augeri potest, non autem tertio, cum enim ea per prima, & immediata principia progrediatur, quæ amplius multiplicari nequæunt quam sint, multiplicari illa per varia media minime poterit; at Dialectica argumentatio non primo tantum, ac secundo, sed & tertio etiam modo multiplicabilis est, ex variis namque communibus locis, multa ac diuersa ad eandem conclu. inferendam erui possunt argumenta.

Scholia in caput nonum.

A. Non videntur hæc bene con-
 A. hæc cum sine cap. superioris, vbi docuerat proprium esse Dialectici, vt interrogacionibus, Scientificum autem, seu Demonstratorē easdem vsur non habere. Quæ si vera sunt, quomodo inquit in qualibet scientia dari proprias interrogaciones? D. Tho. & Aegidius inquit vtramq. artificem, & Dialecticum, & Demonstratorem interrogare, diuersa tamen ratione, quia Demonstrator tantum interrogat de conclusione, & non de præmissis: Dialecticus vero de his omnibus potest interrogare, Etenim cum illud de quo interrogamus, possit ab interrogante confirmari, & in demonstratione sola conclusio possit confirmari à priori (nam præmissæ sunt immediate, ac in demonstrabiles) propterea de sola conclusione poterit ille interrogare. Verum quia in argumento Dialectico, & probabili, non tantum conclusio, sed & præmissæ etiam per alia communia & probabilia argu. confirmari quæunt, ob hanc rationem illæ tam de præmissis, quam de conclusione poterit interrogare. Itaque negans Arist. in cap. superiori demonstratorem interrogare, loquutus est de interrogatione quæ fieri potest de præmissis: ac quando in hoc loco inquit omnes scientias habere proprias interrogaciones, egit de interrogatione quæ fieri potest de conclusione. Possimus tamen nos hoc alio modo nodum hunc dissoluere si dicamus, ex interrogacionibus quasdam ferri in vtramq. partem quæstionis, & alias in partem tantum determinatam, eã scilicet quæ necessaria est. Cum igitur inquit Arist. in cap. superiori, Dialecticū vt interrogacionibus, non autem demonstratorem, intelligendus est de interrogatione in vtramq. partem

Difficultas.

1. Solut.

2. Solut.

rem

tem, quando autem omnes scientias proprias obtinere interrogatio nes in hoc cap. proficitur, sermonē facit de interrogationibus in alterā partem, veram scilicet, ac necessa- riam.

D. 1. Inquit illud interesse inter De monstratorem, & Dialecticū, quod Dialecticus, interdum vocibus vta- tur homonymis, Demonstrator ve ro nequaquam: vnde Dialecticus alios poterit ex nominis varia signi- ficatione decipere, at Demonstrator non poterit: ac proinde Diale- cticus hac argumento cōtendet pro- bare quoddam genus carminis esse figuram, ad hunc modum. Omnis circulus est figura, sed quoddā ge- nus carminis est circulus, ergo quod- dam genus carminis est figura, quæ sane argumētatio captiola est, quia vtitur medio homonymo, nam cir- culus qui est medium, significat fi- guram Mathematicam vnica linea comprehensam, in cuius medio pu- ctum est aquo omnes linee à centro ad circū ferentiā ductæ sūt æquales: & significat genus quoddam carmi- nis, quod duobus modis fieri po- test: primo cum eadem vox est ini- tium, & finis eiusdem carminis, vt est illud apud Vergiliū 4. æneidos.

Multa super Priamo rogatans, su- per Hectore multa.

Secundo quando initium vnus car- minis, est finis alterius, vel e cōuer- so quando vnus finis, est alterius initium: Quo genere carminū mul- ta de rege Mida Homerus olim cœ- cinerat, vt Herodotus lib. 9. testa- tur. Eodēq. genere vsus fuit Sedu- lius Vetus, & Christianus Poeta, in elegia in qua nostræ sacrosanctæ re- ligionis mysteria cōscripta reliquit. Etusdem (vt ferunt) leguntur duo- carmina de primorū fratrum Caimi & Abelis sacrificio Venetiis, in D.

Marci celeberrimo templo, ea sic se habent.

Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

Sacrificabo macrum, nec dabo pin- gue sacrum.

Multa alia huius rei exempla pro- ponere poteramus, quæ quia mi- nime sunt necessaria hoc loco mis- sa facimus, illud autem libuit hoc loco proponere, quo in beatissimæ virginis laudem, quidam in hunc modum eleganter, cæcinit, & de- uote.

Sit benedicta dies, quate regina Po- lorum.

Anna parit nobis, sit benedicta dies, Sit benedicta dies, qua tu uirguncu- la Christum.

Concipis eccælo, sit benedicta dies. Sit benedicta dies uteri, quo numen adorat.

Helisabet uates, sit benedicta dies. Sit benedicta dies, hominem, qua uirgo, Deumq.

Ad præsepe paris, sit benedicta dies.

Sit benedicta dies, qua tres duce sy- dere reges.

Dona serunt domino, sit benedicta dies.

Sit benedicta dies, stygio qua Chri- stus ab antro.

Surrexit victor, sit benedicta dies. Sit benedicta dies, tuus in qua filius arces.

Scandit in æthereas, sit benedicta dies.

Sit benedicta dies, quo te, quoq. re- gia, cœli.

Accepit, semper sit benedicta dies. Quibus carminibus a Christianis,

Mmm 4 & re-

& religiosis mentibus, nihil suauius, nihilq. iucundius legi potest, in quibusq. hoc genus carminis cernimus exaratum, atq. ita nullus vt opinor nobis vitio vertet, quod illa fuerint à nobis (quamuis Arist. interpretemur) in hoc loco conscripta. Vt igitur eo vnde fluxerat regrediatur oratio, syllogismus ille propositus fallax est, & captiosus, quia vtitur, voce homonyma, & ambigua, nimirum circulo, quæ vox (vt exposuimus) & figuram Mathematicam, & genus quoddam carminis propositi, significat.

2. Obse

D. 2. Vox homonyma aliquando sumitur pro ea, quæ est homonyma à casu, qua ratione hæc vox canis cælestem, domesticum, & marinum significat: & aliquando pro homonyma à consilio vsurpatur, vt pes de pede montis, & animalis dicitur: & sanitas, de vna, medicamentis, & animali sano. Quorum omnium naturam in antecatego. cap. de homonymis, late explicatam proposuimus. Non igitur debet putare aliquis, quando inquit Arist. demonstrator non vti vocibus homonymis, in secunda significatione, sed in altera prima hæc vocæ vsurpasse: nam quæ homonyma secundo modo dicuntur, sunt vere analogæ, in quibus scientias, quæ demonstrationibus vtuntur versari, auctor est Arist. 1. lib. Metaphy. cap. 2. & 11. cap. 6. Et certe Metaphysica est vera scientia, accuratissq. vtitur demonstrationibus, quæ nomine homonymo vtitur in hac significatione, nimirum ente, cum illud sibi tanquam obiectum contemplandum proponat.

3. Obse.

E. Inquit in scientiis & demonstrationibus ad euertendam aliquam propositi adhibendam esse instantiam de roto genere, vel vniuersam. Quæ verba contraria esse videntur his quæ docuerat cap. 4. vbi inquit ad

euertendam propositionem aliquam de omni, sufficere instantiam rei singularis adhibuisse, vt ad euertendam hanc, omnis homo est sapiens, fat esse proponere Socratem insipientem, vt illam funditus, ac omnino euertere possimus. Vt hanc dubitationem explicet Phyloponus, in omne se latus vertere videtur: eam tamen nos duobus modis possumus dissoluere. Primo si dicamus cum Magistro Soto, verum esse quod Arist. docuerat cap. 4. ad euertendam aliquam vniuersam, sufficere aliquam instantiam particularem. Verum quia in his propositionibus quæ ab aliqua scientia contemplantur, si vna singularis fuerit falsa, & omnes quoq. aliæ erunt falsæ, propter vnam, & eandem rationem omnium singularium ad attributum vniuersam, eadē siquidē est habitudo omnium hominum ad hominem, quæ est Socratis ad ipsum, ob hanc causam, si vna singularis fuerit falsa, & omnes etiā aliæ erunt falsæ, vt si hæc est falsa Socrates est capax disciplinæ, hæc etiā aliæ erunt falsæ, Iacobus est capax disciplinæ, vel Thomas: ac proinde ad euertendam illam propositionem vniuersam, omnis homo est capax disciplinæ, proponenda erit instantia vniuersa, quæ omnia individua complectatur, vt si dicamus nullus homo est capax disciplinæ. Et hac ratione intelligi debet quod in hoc loco docuit Arist. Eandem etiam cum Cateta hoc alio pacto explicamus.

2. Solu.

Si dicamus aliud esse loqui de instantia absolute, & aliud de instantia propria analytica, vel demonstratoria: vnde quamuis ad euertendam absolutam aliquam propositi vniuersam, sufficiat aliqua singularis, cæterum ad euertendam aliquam propositi vniuersam in demonstratione, aut in scientiis, aliqua

Dubit

1. Solu.

2. Solu.

n. p.
cap

qua instantia vniuersa proponi debet, quia demonstratio primo, & per se, non est singularium, sed rerum vniuersarum. Vnde neque demonstrator cognoscit singularia ni

si per accidens, quemadmodum neque scientia de eisdem singularibus esse potest. Legendus est Toletus in Commenta. huius loci.

CAP. X. DE VTRA

que demonstratione

quia, & propter quid.

ARGVMENTVM CAP.

ST totum hoc cap. in duas partes distributum, in quarum prima quæ discrimina in vna, & eadem scientia, inter demonstrationem quia, & propter quid interueniant explicat: in altera alia discrimina in scientiis subalternantibus, & subalternantis interuenientia tradit.

COMMENTARIA.

IN superioribus cap. egit Arist. de demonstra. partibusq. ac proprietatibus eius, in hoc vero cap. eam diuidit in demonstra. quia, & propter quid: seu quia sit, & cur res sit, seu denique per effectum, & per causam: discrimina proponens, quæ in ter eam demonstra. quæ re ostendit esse, & quæ cur illa sit, inueniuntur, manifestat. Id autem in vna primam ac eadem scientia, deinde vero in diuersis scientiis explicat. Imprimisq. in hac prima parte capit. in vna & eadem scientia.

r. par. capit.

A At primum in eadem scientia. In vn, & eadem scientia differunt imprimis hæc demonstrationes, quia demonstra. quia, non per rei causam sed per effectum procediunt, qui

est nobis notior: at demonstra. propter quid per propriam, ac legitimam rei causam procedunt, quod duobus exemplis Arist. illustrat. Primum est. Si quis ad confirmandum planetas esse propinquiores stellis, ita argumentaretur, Quæ non scintillant sunt propinquiora: at planetæ non scintillant: ergo planetæ sunt propinquiores: Hic vteretur demonstratione quia, tantum enim concludit planetas esse propinquiores, non autem reddit causam quare sint propinquiores, nam non scintillare non est causa propinquitatis, sed effectus. Si tamen quispiam alius sic argumentaretur, Quæ sunt propinquiora non scintillant: sed planetæ sunt propinquiores, quæ fide ra: planetæ igitur non scintillat. Demonstrationem propter quid in

I. exem.

Mmm s vsum

2. exēp.

vsus reuocat, neq. enim tantū plānetas nō scintillare confirmat, verum etiam reddit rationem ob quā non scintillent. secun. exemplum. Si ad probandum lunam esse astrū rotundum simile conficiat aliquis argu. Illud astrum cuius lumen augetur in orbem est rotundū: atqui luna est astrum cuius lumen ita augetur: ergo luna erit astrum rotundum, demonstracionem quia conficiet, eo quod nihil aliud ostendit quam lunam esse rotundam, causa ob quam illa sit rotunda, non reddita, augeri enim lumen in orbem, non est causa, sed effectus potius rotunditatis. Sed si ita è conuerso cōnecteremus argumentum. Omne astrum rotundū habet lumen quod augetur in orbem: at luna est astrū rotundum: ergo lumen lune augetur in orbē, esset huiusmodi argu. demonstratio propter quid: nam & lumen in orbem augetur confirmamus, & causam quare hoc modo augetur reddimus.

2. Discrimen.

B. At ne tum quidem potest, &c. Secundum discrimen. Demonstratio propter quid, progreditur per proximam, ac immediatam causam, demonstrata. vero quia per remotam, ac superiorem. Illustrat hoc Arif. duobus aliis adhibitis exemplis. Primum. Si ad confirmandum parietē non respirare ita argumentaremur. Quidquid respirat est animal: at paries non est animal: paries ergo nō respirat. Hoc argumentum esset demonstratio quia, eo quod per remotam causam progrediamur: nam nō esse animal, causa est remota eius quod est non respirare. Id vero sic Arif. manifestat. Eo modo est negatio causa negationis, quo affirmatio est causa legitima affirmationis: vt quemadmodum si calor, & frigus, non bene inter se consensent, sunt causa, vt non bene valea-

mus (quod est negationem esse causam negationis) ita etiam si recte cōsenserint causa erunt vt nos recte valeamus, (idque erit affirmationē esse causam affirmationis). Si ergo non esse animal, est causa non respirationis, ergo & esse animal respirationis causa erit: atqui hoc est omnino falsum, pisces namque sunt animalia, qui tamen non respirant: iam ergo non esse animal non erit proxima non respirandi causa, sed hæc altera, pulmone carere. Verum si ad hunc modum argumentaremur, quidquid respirat habet pulmonem, sed paries caret pulmone, paries ergo nō respirat, haud dubie esset hæc argumentatio demonstratio propter quid, illud etenim per quod progredimur, est causa proxima ac immediata effectus: nam quē admodum habere pulmonem est causa proxima respirationis, ita etiam non habere non respirandi causa exister. Secundum exemplū. Cum reddimus causam quandam remotam vtentes quadam hyperbole progredimur per demonstrationem quia. Huiusmodi erat demonstratio Anacharsis Philosophi contententis probare nō esse apud Scythas tibicines, eo quod non erant apud eosdem vites. Vbi non sunt vites (aiebat ille) non sunt tibicines atqui apud Scythas non sunt vites, ergo non erunt tibicines. Fiebat hic progressus per causam remotā, nam non esse vites, non est causa proxima cur non sint tibicines, sed potius non potare laute, cum enim hi homines maximam copiam spiritus emittant, ob quam causam exsciantur venæ, palatum, aliaque oris partes, indigent lauta potatione vini, qua partes exsiccatæ humectentur, ac spiritum suscipiant, eundemque emittere valeant.

C. Est autem & aliud inter ista &c.
Quæ

2. par
exp.

2. pars
cap.

Quæ hætenus dicta sunt, quomodo hæc duo demonstrationum genera, respectu vnus, ac eiusdem scientiæ differant, ostenduntur quo modo in habitudine ad diuersas scientias, quarum vna alteri subest distinguantur, id nunc in hac 2. parte explicandum suscipit Arist. Diximus enim supra quasdam esse scientias subalternantes, & alias subalternatas, vt sunt Arithmetica, ac Musica, Geometria, & Optica, inter quas sunt nonnullæ quæ idem obtinent nomen, velut Astrologia, & Nautica, hæc enim postrema, quæ Astrologiæ subest, Astrologia etiam vocari potest, cum sidera etiam contempletur: itemque Musica Theorica, & Practica, vtraque enim Musicæ nomine donatur, cum tamen practica quæ auribus demulscendis aptos modos nouit adhibere, sub Theorica contineatur. In his igitur scientiis, hoc interest, inter vtrumque genus demonstrari, quia demonstrat, propter quid, solis superioribus scientiis deseruit: at demonstra, quia scientiis inferioribus accommodatur, scientiæ siquidem superiores, & subalternantes, & rem esse, & quam obrem illa sit ostendunt, scientiæ tamen subalternata, solum confirmant rem esse, non tamen ob quid res sit explicant. Quamuis inquit Arist. aliquando eueniant vt scientiæ superiores solum causam confiderent, effectum autem minime contemplentur, eo quod causam ad effectum intelligendum non accommodent.

D *Sunt porro, &c.* Sunt etiam & aliquæ alix scientiæ, quæ quamuis non sint proprie subalternantes, & subalternata, quandam tamen affinitatem cum ipsis obtinere videntur, ita enim se habent, vt vnabillarum superior, altera vero inferior esse videatur: huiusmodi sunt Geo-

metria ac Medicina. In quibus quidem scientiis idem discrimen inter hæc demonstrationum genera interuenit, nam demonstratio propter quid, tantum est vsui scientiæ superiori, demonstratio vero quia, soli scientiæ inferiori deseruit. Nam Medicus tantum sit vulnera (v. g.) rotunda difficilius curari, huius autem rei causam ignorat, quam Geometra tradit, quæ est: quia latera vulneris rotundi, magis distant, & ita difficilius vniri possunt, quam latera cuiuspiam alterius vulneris, vniantur. Utetur itaque Geometra demonstrat, propter quid, Medicus autem demonstrat, quia tantum vsurpabit.

Scholia in caput decimum.

A 1. Ne nomium varietate, & i. Obse
multitudine, quæ ad eandem rem significandam assumuntur, quis possit perturbari, animaduertere oportebit, hæc duo genera demonstrationum: quia, & propter quid, sub aliis nominibus legi apud alios auctores: nam demonstratio propter quid, vel à priori, vel per causam vel cur res sit, sepe nominatur: altera vero quia, à posteriori, vel ab effectu, vel an sit, aut quod sit dicitur demonstratio, quam ergo nos propter quid diximus, alij, his nominibus quæ proposuimus expressere, & quam quia nominauimus, aliis nominibus propositis apud alios legimus explicatam.

A 2. Totam scintillationis causam & in hoc loco, & 2. de cælo distantiz maximam, quæ inter stellas fixas ac visum nostrum intercedit, tribuere visus est Arist. Alij ad imbecillitatem oculorum hanc causam referunt,

Obse. *

In lib.
de sub-
tilitate.

runt, quia nequæunt illi in tantam
distantiam aërem convertere. Car-
danus apud Iulium Scalige, ex erei-
ta. 63. causam docuit esse, celerimū
illum motam, quo stellæ fixæ à pri-
mo mobili rapiuntur, hæc enim cæ-
litas tremulos reddit, & quodam
modo contractos radios stellarum,
vnde illarum scintillatio prodire
videtur. Sunt qui ad radiorum in-
uolutionem ipsam referant. Neque
desunt qui ipsam ad solarium ra-
diorum reflexionem referre conten-
dant. Verum non est, hic locus rem
hanc accurate perpendendi, cum
sit questio philosophica quam abū-
de satis Deo propitio 2. de celo
agitabimus. Interim legi poterunt
Iutinus, Ciruelo, & alij interpretes
Sphæra in cap. 1. & quæ à Ioanne
Cantuariensi 2. p. suæ communis
Perspectivæ, Propositione 36. con-
scripta fuerunt.

g. Obser-
uatio.

B. 1. Sentit Arist. esse animal non
esse adæquatam causam respiratio-
nis: quia multa sunt animalia quæ
non respirant, vt sunt pisces, sed ha-
bere pulmonem, qui cum in pisci-
bus non reperiatur, ob hanc causam
respirare nullo modo poterūt. Quæ
certe sententia non omnibus pla-
cet: nam Plato in Timeo ad finem,
Galenus 6. lib. de Vsu partium, &
Plinius lib. 9. c. 7. illos respirare pro-
fitentur, primo ex obseruata in qui-
busdam piscibus tempore æstiuo
anhelatione, quæ sine attractatio-
ne, & emissione spiritus, & ex con-
sequenti respiratione, fieri næquit.
Secundo ex quorundam etiam ob-
seruata oscitatione. quam sine res-
piratione fieri non posse est explo-
ratum. Tertio quia ex eisdem quæ
plures dormiunt, at sine respiratio-
ne, quis somno poterit esse locus?
Præterea cum in multis maxima co-
pia sanguis abundet, egebūt haud-
dubie illi aliquo spiritu attracto,

Hæ ra-
siones
sunt Pli-
nij.

cuius frigiditate feruorem, nimium
que ætulla a calore sanguinis pro-
uenientem, temperare, valeant. Nec
obstat non habere illos Pulmonem,
possunt enim vel branchiis attrahe-
re aerem, & emittere, vt voluit Ga-
lenus, vel certa viscera habere, quæ
officio pulmonis fungantur, vt Ple-
nio placere videtur, aut angusta
quædam foramina, per quæ subin-
trect, & emittatur spiritus attractus,
vt ex recensitoribus quam plures
profitentur. Quæ profecto si vera
sunt, animal causa erit quæ cum
respiratione vicissim comet, & re-
ciprocetur: nam omne animal res-
pirat, cum pisces etiam respirent, &
omne quod respirat est animal: vn-
de ex esse animal, sequetur respira-
re, & ex non esse, animal non respira-
re. Ex his tamen sententiis quænam sit
alteri præferenda, non est in Diale-
ctica, sed in Philosophia iudicandū
sequatur quisque quam voluerit,
hoc enim tantum ex Arist. nouisse
debemus, iuxta eum, neq. ex non
esse animal, sequi non respirare pro-
xime & immediate neq. ex eo quod
est esse animal sequi respirare.

B. 2. Vitiose visus est argumen-
tari Arist. dum ita agit: si non esse
animal est causa non respirationis:
ergo & esse animal erit causa respira-
tionis, nam argumentatur ab oppo-
sito antecedentis, ad oppositum cō-
sequentis, quod est sane maximum
vitium in disputando. Nam non es-
se animal, est antecedens, & non res-
pirare, consequens, argumētaturq.
ex animali, quod est oppositū, non
animalis, ad respirare, quod est op-
positum ei, quod est non respirare.
Huic tamen Philopo. Caieta. & alij,
occurrunt, aientes Arist. hic non de
argumentatione, aut forma eius,
sed de causa proxima, & immediata
alicuius effectus egisse: etenim si
affirmatio est causa proxima, & im-
mediata

Oble.4

Oblec.

Solutio.

mediata affirmationis, & negatio erit etiam causa proxima, & immediata negationis, & e conuerso: atq. ita si non animal est causa proxima non respirationis, animal erit proxima eiusdem causa. Verissimum enim est in causis, quod si negatio causæ, est causa negationis effectus, & affirmatio etiam causa est affirmationis eiusdem: quemadmodum si non debita humorum, & quatuor qualitatum mensura, causa est non valetudinis, quod est negationem esse causam negationis. debita eandem qualitatum & humorum proportio erit causa valetudinis, hoc enim est affirmationem esse causam affirmationis.

3. Obse. B. 3. Anacharhis Philosophus cuius mentionem hoc loco facit Arist. fuit natione Scitha, inter quos rara quædam eruditione, & admiranda sapientia fulsit vt in Cicerone s. Tusculana, & Laertio lib. 1. in Anacharhi legimus. Hic cum inter Græcos esset, semelq. ehorum quendam sceminarum psallentem videret, & tibicines modulantes, rogatus num apud Scithas essent tibicines, vt erant apud ipsos, respondit non esse quia apud eos non erant vites, vinum enim, lauraque potatio in his hominibus est prorsus necessaria, ad eam copiam spiritus restituentia, quæ ex modulatione solet exauriri. Apud Scithas vero non esse vites, produunt viri grauisissimi Ioannes Boemus de moribus gentium lib. 2. cap. 9. & Olaus Magnus in historia gentium Septentrionaliū: vel quia homines illi nullum agrum colunt, neq. certas sedes, & domos, possident, quamuis Herodotus Anicarnasens lib. 4. musarum eos aratores, & agricolas esse dicat: vel quia regio illa est grauisissimis frigidibus, & glaciibus obnoxia, sicq.

vitibus progignendis minus apta & accommodata exilit.

C. 4. Agens de scientiis subalternatis, ac subalternantibus, quatuor ex eis facit subalternantes, Geometriam, Arithmetica, Sthereometriam, & Astrologiam, & quatuor subalternatas, Perspectiuam, Musicam, Machinatiuam, seu eam quæ tractat de fabrica, & quæ agit de phænominis, vel apparentiis astrorum. Perspectiua subest Geometriæ, Musica Arithmetiæ, Machinatiua Sthereometriæ, & quæ agit de phænominis Astrologiæ. Etenim Geometria magnitudines, ac lineas contemplatur, quas ad certam materiam, nimirum ad lineam visibilem, limitat perspectiua. Arithmetica in explicanda numeri natura versatur, quam ad esse sonorum comtrahit ipsa Musica. Sthereometria scientia est exactam nobis corporum solidorum mensurandorum cognitionem proponens: Machinatiua vero hanc eandem cognitionem ad ligna, vel ad eam materiam ex quæ sunt machinæ construendæ, accommodat. Astrologia docet cognoscere ex astris effectus, ventos videlicet, imbres, frigora, aëris serenitates, & id genus complurima, quæ in hæc inferiora ex corporum cælestium, stellarum planetarumq. motibus, conjunctionibus, & aspectibus efficiuntur: at ea quæ agit de phænominis, vel vt alii interpretantur Nautica, quæ est veluti quædam Nautarum Astrologia, eisdem effectus contemplatur, quantum conuenit gubernandis nauibus, ex sensibus signis circa cælum apparentibus. De his tamen scientiis subalternantibus, & subalternatis luculentè satis in 2. secti. huius cap. disputabimus.

Obse 64

Legedi sunt Louanien

Obse 4

Obiec.

Solutio

Dis.

Disputatio in ea, quæ de de-
monstratione quia, & propter quid
in cap. 10. propofita fuerunt ab
Arist., duabus sectioni-
bus comprehensa.

ARGVMENTVM.



N prima huius cap. parte Arist. de speciebus demōstrationis, quia scilicet & propter quid longa differuit oratione, in altera vero de scientiarum subalternatione egit satis luculenter, quæ eadem erunt à nobis in hac disputatione repetēda, speramus enim omnibus Dialecticis rem hanc, vtilē & gratam futuram, in prima ergo sectione de speciebus demōstrationis, & in altera de scientiarum subalternatione disputabimus.

*Quest. I. An demōstratio quia, & propter quid
specie differant.*

1. argu. **E**Xordiamur hanc disputationē si placet ab vtriusque demōstrationis natura, inquiramusq. assignari ne possit verum aliquod genus vtriusq. & num ille specie differant inter se: Etenim non differre conhr. Primo. Vtriq. demōstrationi communis est vna & eadem demōstrationis diffinitio, nam vtraq. est syllogismus generans scientiam: sed quorum est communis diffinitio, sunt eiusdē speciei: ergo hæ demōstrationes non different specie. Secundo. Vna species nulla

ratione potest alteram constituere: at vna ex his demōstrationibus componitur ex altera, eadem si quidem propositiones ex quibus vna earum constituitur si fuerint transpositæ, alteram quoq. componit. vt hæ, quotiescunq. deest humor in radicibus foliorum arbores defrondescunt, sed in autumno deest humor in radicibus foliorum, ergo in autumno arbores defrondescunt, quæ constituunt demōstrationē propter quid, si transmutentur demōstrationē quia cōponent, vt si in hunc

in hunc modum dicamus. In autu-
no arbores defrondescunt, sed qua-
do arbores defrondescunt deest hu-
mor in radicibus foliorum; ergo in
autumno deest humor in radici-
bus foliorum; ergo haec demonstra-
tiones specie nequaquam differunt.
Rursum, quae specie differunt, aliqua
essentiali differentia inter se diffe-
runt: sed haec demonstrationes nul-
la possunt essentiali differentia in-
ter se differre, quia eadem voces ex
quibus una conflat, & altera co-
stituitur, ut in demonstrationibus
superioris argumenti facile poterit
quilibet intelligere, in quibus ve-
nisque eadem voces (nimirum)
deesse humor in radicibus, defron-
descere, & autumnus) usurpantur
quod certe non obscure indicat, nul-
lam essentiali differentiam inter
eas intervenire: ergo haec demonstra-
tiones nulla ratione inter se specie
distinguentur.

30 Arg.

I. conl.

2. argu.

His tamen nihil impediens, in
explicationem sit. 1. conclu. De-
monstratio non est verum & legiti-
mum genus harum duarum de-
monstrationu, sed natura analogi.
Hac nullus (ut opinor) distabitur
solum inter superiores philoso-
phos. Hac fuit constans, perpetuaq.
sententia, ut optime fuit a Jacobo
Zabarella cap. 1. de speciebus de-
monstrationis animaduersum. Sua
decur. primo. Omnes species quae
sub aliquo vero, & legitimo genere
continentur, simpliciter, & absolute
illius naturam, nomenq. partici-
pant: sed demonstratio quia neque
nomen neque naturam demonstra-
tionis simpliciter & absolute parti-
cipat non igitur erit demonstratio:
ad ipsam, & alteram propter quid ve-
rum, & legitimum genus. Maior pro-
positio perspicua est, minorem autem
in hunc modum confirmo. Demon-
stratio est syllogismus generans sci-

entiam: sed demonstratio, quia, non
est huiusmodi, quia scire est rem
per causam intelligere ut Arist. 2.
cap. docuerat, at haec demonstratio
non progreditur per causam, sed
per effectum: ergo demonstratio quia
non erit simpliciter, & absolute de-
monstratio, neque naturam demon-
strationis quae communis est ad
vtramque participabit. Iam, Ge-
nus una, & eadem ratione dicitur
de suis formis, & speciebus: de-
monstratio autem non dicitur de
his duabus una, & eadem ratione,
est siquidem de ratione illius pro-
gredi per causam, at causa non ea-
dem ratione dicitur de demonstra-
tione quia, & propter quid, nam de-
monstratio propter quid, per vera,
& legitimam causam in essendo pro-
greditur, altera vero quia, per sola
causam incognoscendo, ut in eode-
cap. 2. luculenter satis differuimus
non igitur demonstratio quae com-
munis est ad vtramque, vera, & legiti-
mi generis ratione poterit obtinere.
Quod si non obtinuerit, fateamur
oportet esse naturam analogam, quae
simpliciter, & absolute de demon-
stratione propter quid esseratur, &
secundum quid minusque. praecipue
de demonstratione quia: eo modo
quo sanum simpliciter dicitur de
animali, secundum quid vero, mi-
nusque praecipue de dieta, vrinis, &
medicamentis.

2. Argu.

2. conc.

Secunda conclusio. Haec demon-
strationes specie distinguntur, non
quid vera, & legitima subiectibili,
quia ubi non est verum & legitimum
genus, neque haec species, quae ad
illud refertur poterit reperiri, sed
specie praedicabili. Itaque demon-
stratio propter quid, natura, & esse
tia differat demonstratione quia,
& de talis numero differentibus,
quam de his, de quibus dicitur de-
monstratio quia, praedicabitur Pro-
fientur

D. Th. fitentur hanc sententiam omnes se-
 re Philoſophi D. Tho. Philoppo.
 Themilt. Auerro. Caieta. Venetus,
 Suelanus in commenta. M. Soto, &
 Veracrucis quæ ſt. vnica huius cap.
 Cõfirmaturque primo. Quæ diffe-
 runt tanquam perfectum, & imper-
 fectum; neque vnum tranſit in na-
 turam alterius, ſpecie differunt; at
 demonſtratio quia, & propter quid
 differunt tanquam perfectum, &
 imperfectum, nam demonſtratio
 propter quid eſt, perfecta, altera ve-
 ro, quia, imperfecta, neque vna trã-
 ſit in naturam alterius, non enim
 ex demonſtratione quia potèſt ſic
 ri propter quid, cum illa & mediis,
 & conſiſionibus diſtinguantur:
 ergo demonſtratio quia, & propter
 quid ſpecie diſtinguentur. Dixim⁹
 in propoſit. niſi vnum tranſeat in
 naturam alterius, quia ſi trãſierit,
 quæ differunt tãquam perfectum,
 & imperfectum non diſtinguentur
 ſpecie: quemadmodum puer, & vir
 non differunt ſpecie, quamuis hoc
 modo differant, quia puer labente
 tempore in viri naturam commuta-
 tur. Præterea. Quorum obiecta ſpe-
 cie differunt, & habitus quoq. ſpe-
 cie diſtinguuntur: ſed obiecta v-
 triuſq. demonſtrationis ſpecie diſfe-
 runt, ſunt enim illa conſiſiones il-
 late, vna per veram, & legitimam
 cauſam, & altera per effectum, quæ
 ſane ſpecie differunt: ergo & hæc de-
 monſtrationes ſpecie diſtinguuntur.
 Rurſus habitus illi qui mediis
 differunt, ſpecie diſtinguuntur: vt
 omnes Philoſophi profitentur: ſed
 hæc demonſtrationes mediis diſfe-
 runt, vnius enim medium eſt cau-
 ſa, alterius vero effectus: iam igitur
 & illæ inter ſe ſpecie diſtinguentur.

Dubiũ. Dubiũ tamen eſt, an aſſenſus ge-
 niti ab his duabus demonſtrationi-
 bus ſpecie differant necne? M. So-
 to, Veracrucis & multi alii putant

eſſe eiufdem ſpeciei, tãtumque iux-
 ta clarũ, & minus clarũ diſtingui,
 quia aſſenſus ortus à demonſtratio-
 ne propter quid, clarior multo eſt
 aſſenſu a demonſtratione quia pro-
 ducto. Hanc ſententiam confirmam⁹
 primo. Quia aſſenſus eclipſis
 lunæ genitus per veram cauſam à
 demonſtratione propter quid (quia
 nimirum terra eſt interpoſita inter
 ſolem & ipſam) & genitus ab experi-
 entia, quando iatuemur ipſam ef-
 ſe lumine priuatam, non differunt
 ſpecie: ergo cum hic, qui ab experi-
 entia naſcitur, ſit per effectum, & à de-
 monſtratione propter quid, hi duo
 aſſenſus erunt eiufdem ſpeciei. Se-
 cundo. Quia ſi hi duo aſſenſus ſpe-
 cie differrent, poſſent eſſe ſimul in
 eodem intellectu, quemadmodum
 & duo alia accidentia ſpecie diuer-
 ſa poſſunt eſſe in eodem ſubiecto:
 at hoc cum experientia pugnare vi-
 detur, neque enim experimur de
 eclipſi Lunæ dari in Aſtologo duos
 aſſenſus, vnum apertum per demõ-
 ſtrationem à priori, & alterum mi-
 nus clarum per alteram à poſteriori
 non: igitur duo hi aſſenſus ſpecie
 diſtinguentur.

Sit tamen tertia cõcluſio Hi duo
 aſſenſus ſpecie diſtinguntur. Con-
 firmatur aduerſus M. Soto. Veracrucis,
 & alios. Imprimis à cauſis ſpe-
 cie diuerſis neceſſario debent pro-
 dire effectus ſpecie diuerſi, vt ab ig-
 ne, & aqua, quæ ſunt cauſæ ſpecie
 diuerſe, prodeunt caliditas, & frigi-
 ditas, quæ ſpecie quoque diſtinguun-
 tur: ſed hæc duæ demonſtrationes
 ſpecie differunt, vt conſtat ex ſuper-
 iori conſiſione eiſdem Magiſtro So-
 to, & Veracrucis ſuffragantibus: er-
 go & aſſenſus ab eis prodeuntes ſpe-
 cie diſtinguentur. Præterea quæſt.
 an ſit, & cur hoc illud ſit generant
 aſſenſus ſpecie diuerſos, vt colligi-
 tur ex 2. lib. de demonſtra. cap. 1. er-
 go &

Secur

Tertio

go & demonstratio quia, & propter quid, generabunt assensus specie diuersos. Cōsequentiā est perspicua, quia demonstratio quia, explicat quātionē. An sit, ppter quid vero cur hoc illud sit. Confirmatur antecedens. Hæc quæstio spectant ad diuersas scientias, vt quæstio an vulnera rotunda difficilius curentur, spectas ad Chirurgiam, quæ est scientia inferior, altera vero cur hæc vulnera difficilius curentur ad Geometriam, quæ est superior & subalternans & quæ reddit causam finis rei: sed scientiæ specie diuersæ generat assensus specie diuersos; ergo quæstio an sit, & cur hoc illud sit generabunt assensus specie diuersos. Iam in scientiis vnitas specifica sumitur ex vnitate mediij & diuersitas ex diuersitate, vt sepe petit D. Tho. 1. q. 54. art. 2. ad 2. de virtutibus. q. 2. art. 13. & 1. sententia dicit. 35. art. 2. ad 2. & in hoc lib. lect. 41. ergo & in assensibus. (qui a scientiis tanquā a veris, & legitimis causis dimanant) vnitas specifica, ex vnitate mediij, & diuersitas ex diuersitate deprimuntur: at assensus generat a demonstratione propter quid a medio, quod est vera rei causa, ortum habet, alius vero, qui nascitur a demonstrat. quia, a medio quod est effectus, postulatur, erunt igitur hi assensus specie diuersi. Rursus assensus generatus a demonstratione propter quid, est simpliciter & absolute scientificus, alius vero nequam, quia demonstratio propter quid generat simpliciter scientiam, non tamen altera quia, vt ex Arist. 2. cap. et in hoc etiam aperte colligitur quod idem M. Sotus, in q. vnica cap. 2. ad 2. argum. ingenue profiteatur: sed assensus simpliciter scientificus specie differt ab eo, qui non est, vt et scientia simpliciter specie differt ab ea quæ non fuerit: ergo

Secun.

Tertio.

huiusmodi assensus specie distinguuntur.

Iam ad argum. Ad primum dicimus, hanc rationem, nimirum generare scientiam, non esse specificam, sed communem, & analogicam, vt in prima cōclusionē exposuimus: sub qua continentur alix specie diuersæ, vnā demonstrationem ab alia separantes: nam generare scientiam, aut sit per veram, & legitimam causam in essendo, aut per solam causam in cognoscendo. Primo modo generare scientiam proprium est demonstrationi propter quid, secundo alteri quia, & his differentiis essentialibus hæc duæ demonstrationes inter se specie distinguuntur. Ad secundum dicimus vnā speciem secundum formam non posse fieri ex alia, bene tamen secundum materiam, vt ternarius secundum formam non componit quaternarium, bene tamen secundum materiam, sicque ex demonstratione propter quid non poterit fieri secundum formam demonstratio quia, bene tamen secundum materiam, quia eadem propositiones vnus demonstrationis si commutentur, fieri poterunt alterius propositiones, vt in argumento exposuimus. Vocamus autem hoc loco formam demonstrationis, medium per quod ipsa progreditur, est autem in demonstratione propter quid ita proprium progredi per causam, vt nullo modo possit demonstrationi quia conuenire, & in hac demonstratione ita est proprium progredi ab effectu, vt demonstrationi propter quid nulla ratione possit adaptari. Ad tertium iam diximus has demonstrationes essentialiter differentiā differre, quæ est progredi per diuersam media, per causam nimirum vel effectum: & quamuis eadem voces & termini possint esse vtrique communes

Ad 1. argum.

Ad 2.

Obser.

Ad 3.

Nnnn munes

munes, non hinc fit non distingui
specie, & essentiali differentia, quia
voces non ad formam (à qua peti-
tur differentia) sed ad materiam spe-
ctant demonstrationis.

Ad arg. pro M. Soro
Ad 2.
Ad alia duo quæ in patrocinium
opinionis M. Sori proposuimus, su-
perest vt satis faciamus. Ad primū
dicimus negandum esse antecedēs,
imo asserimus duos illos assensus
specie distingui, nam quamuis fiat
de vna & eadem re materiali, scilicet
de eclipsi lunæ, non tamen sūt
de eadem formali, quia eclipsis cō-
gnita per veram & legitimam cau-
sam, forma differt à se ipsa cognita
per experientiam, vel per effectum:
vnde cognitio eclipsis, quia terra
est interposita inter solem, & ipsā,
specie distinguetur, à cognitione
eiusdem qua cognoscitur ita esse
per experientiam, quia est lumine
orbata. Ad secundum possumus in

Ad 2.
1. Solu.

primis respond. negando maiorem
propositionem: licet enim verum
sit in his accidentibus quæ non op-
ponuntur ex parte subiecti, posse
duo quæ specie differunt in eodem
simul reperiri, vt calor, & dulcedo
in lacte: at quando opponuntur ex
parte illius, nequaquam poterunt
simul in eodem reperiri, quia ratio-
ne lux meridiana, & tenebræ pug-
nant ex parte subiecti, atque ita ad-
ueniente luce illico omnes tenebræ
dissipantur. Hæc igitur eadem ratio-
ne assensus genitus à demonstra-
tione quia, & ille alius qui à demon-
stratione propter quid generatur,
pugnant ex parte subiecti, eo mo-
do quo clarum, & obscurum: ac proin-
de adueniente assensu demonstra-
tioni, propter quid, illico euanes-
cet alius à demonstratione quia pro-
ductus, tanquam à clariori lumine
omnino dissipatus. Eadēque ratio-
ne in cap. vltimo profitebimur, ad-
ueniente lumine scientifico alicu-

ius cōclusionis illico dissipari lumē
obscurum conclusionis opinatæ.
Quare quamuis specie differant as-
sensus geniti ex his duobus demon-
strationibus, non tamen poterunt
simul in eodem subiecto coha-
rere. Possimus etiam respon. libere
admitentes dari simul hos duos as-
sensus in intellectu, neque hoc vllū
esse absurdum, aut contra experi-
tiam arbitramur: possūt etenim in
intellectu simul duo actus reperiri,
quibus clarè prima principia dig-
noscere valeamus, scientiæ scilicet
& intelligentiæ, de actu intelli-
gentiæ, non est dubium, cum
ille in primis principiis versetur,
de altero vero scientiæ qua ratione
ad prima principia intelligēda sese
quoque possit diffundere, iā supra do-
cuimus cap. 7. q. 11. Respectu etiam
eiusdē obiecti formalis potest quis
habere duos assensus: specie diuer-
sos, vnum scientiæ infusæ, & alte-
rum acquisitæ, vt in Christo Domi-
no respectu huius conclusio: Sol
perpetuo cursu agitatur in orbē,
erant duo assensus, vnus a scientia
infusa, & alius ab acquisita proge-
nitus. Quare poterunt simul duo
assensus specie diuersi ab his demō-
strationibus geniti in eodem subie-
cto reperiri.

2. Solu.

**QVÆSTIO II. NVM DE
demonstratio quia vel à postero
ri, sit uocanda simpliciter
demonstratio.**

Qua ratione sit affecta demōstra-
tio ad has duas formas quia, &
propter quid in quæstione supe-
riori exposuimus, num autem
demonstratio quia simplicitet sit,
& absolute vocanda demonstra-
tio,

Opin
Auer

tio, sequitur vt discutiamus, Et qui dem ita esse simpliciter, & absolute vocandam confirma. primo: Quia in philosophia natura dantur vera, & legitima demonstrationes, cum sit ipsa vera, & legitima scientia, quæ tamen sunt à posteriori, & demonstrationes quia cum ab effectu progrediantur: cum enim nos lateant cause, ex effectibus, tanquàm ex notioribus nobis, ad earum naturam indagandam paulatim progredimur: erunt igitur demonstrationes quia; simpliciter demonstrationes. Secundo scientia quia, vel à posteriori, est simpliciter scientia, ergo & demonstratio quia, erit simpliciter demonstratio. Consequentia perspicua est, quia sine demonstratione non possumus aliquid scire, vt saepe reperit Arist. at. que ita idem iudicium erit de demonstratione, quod de scientia pronuntiatur. Confirmatur antecedes. Scientia quia est simpliciter quæ situm, ergo erit simpliciter scitum, confirmatur consequentia (nam antecedens est Arist. 2. de demonstrat. cap. 1. vbi inter quæ sit. eam, quæ est quia, vel an est recēset) quia ex eo dem Arist. in hoc loco, numerus quæstionum debet esse æqualis numero eorum quæ sciuntur. Tertio. Demonstratio quia est simpliciter syllogismus, ergo sub aliqua specie syllogismi simpliciter continebitur. Consequentia perspicua est, ex illa regula Topica Arist. nihil continetur sub aliquo genere, quod nō sit sub aliqua eiusdem forma, & specie comprehensum, sed non comprehenditur sub syllogismo sophistico, neque sub probabili, vt est apertum: sub demonstratione igitur continebitur, atque ita erit simpliciter demonstratio.

1. argu.

2. Arg.

3. argu.

Opinio Auerro.

Auerroes commen. 25. lib. 1. de demonstra. & in quæstio. Logicis,

q. 15. in aliisque locis, aduersus Auicenam tuctur, demonstratiōe quia, simpliciter & absolute vocandam esse demonstrationem, in eadem sententia omnes Auerroista fere extitisse videntur, & Iacobus Zabarel la de speciebus syllogismi cap. 9. & 10. in operibus logicis. Contrariam sententiam amplexus fuit Auicenna, vt testatur Auerroes. D. Tho. 1. p. q. 2. art. 2. Suesanus in hoc loco M Soto supra cap. 2. q. vnica ad 2. argum. Villalpandus q. 1. proemia li in hoc lib. de demonst. Toletus in commentariis huius loci, & alij quam plures, qui omnes solam demonstrationem propter quid, vocant simpliciter, & absolute demonstratiōem, & alteram quia, secundum quid, & imperfectam: Et quæuis fortassis de solo nomine hæc quæstio esse videatur, in illius tamen explicatione animaduertimus cum Ferrari 3. cont. Gent. ca. 20. duobus modis posse aliquid vocari simpliciter tale, primo quia est tale secundum essentiam, quæ ratio ne animal dicim⁹ simpliciter sanū, quia ipsi essētia & natura sanitatis inhaeret: secundo, vt idem significat quod sine addito, quomodo vrinam simpliciter sanam dicimus, quam primo modo sanam nulla ratione possumus appellare, quia debita quatuor humorum, & qualitatum Symmetria, nullo modo sibi, sed soli animali potest inherere.

Sit igitur prima conclusio. Demonstratio quia, vel ab effectu est simpliciter & absolute vocanda demonstratio, sumpta hæc voce, simpliciter, vt idem denotat quod sine addito. Hæc est aperta, quia plene ore illam, nihil penitus addendo, demonstrationem nuncupamus: quæ admodum etiam plene ore, vrinam dicimus esse sanam.

Secunda conclusio. Si eadem particula

Opinio Auicena.

Obser.

1. Conc.

2. con - clusio.

Confir-
pri.

Quis
est

Secun-

Tertio.

tioula simpliciter, in alia significatione (vt idem denotat quod secundum essentiam) supra fuerit demonstratio quia non est simpliciter demonstratio. Confirmatur illa primo. Quia demonstratio que est simpliciter demonstratio, est syllogismus simpliciter generans scientiam, vt constat ex illius definitione propo- sita ab Arist. 2. cap. huius libri: sed demonstratio quia non generat simpliciter scientiam: non igitur erit simpliciter demonstratio. Minorem ita confirmamus. Scire est rem per causam intelligere ex eodem 2. cap. 8. 1. physico. cap. 1. sed demonstratio quia non progreditur per causam sed per effectum, ergo non generabit scientiam. Et confirmatur argum. Scientia que generatur a demonstratione quia non est simpliciter scientia, sed secundum quid, & imperfecta, saltem non est illa que est ab Arist. definita: ergo & demonstratio quia non erit simpliciter, sed secundum quid demonstratio. Secundo. Demonstratio secundum essentiam diffinitur. Syllogismus com- plexus ex veris, primis, immediatis, notioribus, & prioribus, & causis conclusionis, vt 2. cap. illam defini-ebat Arist. at hæc demonstratio- ni quia, nequaquam possunt conuenire, quia illa, neque ex prioribus simpliciter, neque ex immediatis, neque ex causis progreditur, vt est etiam tyronibus manifestum: non igitur erit simpliciter demonstratio. Ad do. si esset simpliciter demon- stratio, ergo & inductio posset quo- que ita vocari, quia quemadmodum hæc demonstratio progreditur ab effectibus ad causam, & a notioribus nobis ad notiora natura, pari ratio- ne inductio progreditur ab effectis ad causas, & a notioribus nobis ad notiora natura: quod sane cum sit absurdum, non est cur tale nomen

hujus demonstrationi concedamus. Hæc igitur sit nostra sententia, iux- ta quam possumus Aueroem, cum Auicenna conciliare, iudicamus, Aueroem hanc vocasse simpliciter demonstrationem, quia iam e addito ita vocatur, Auicenam vero hoc ipsum negasse, quia sumpsit simplici- ter, vt idem quod secundum essen- tiam designat, qua ratione explora- tum est, hanc demonstrationem non esse simpliciter, hoc nomine insig- niendam, cum nulla ex definitioni- bus illius ab Arist. in cap. 2. propo- sitis, nobis ipsi vlla ratione conue- nire, vt effracibus (ni fallimur) ra- tionibus dedimus, confirmatum.

Superest, vt argum. quæ propo- sumus satisfaciamus. Ad primum gum, dicimus, Philosophiam in inuentio- ne, quando nimirum primo fuit a Philosophis adinuenta, non fuisse scientiam perfectam, & simpliciter talem, quia nondum innotuerant causæ earum rerum, quæ in ipsa ex- plicantur at nunc post adinuentas iam huiusmodi causas, rerumque naturalium principia, & vt a præ- prioribus edocetur est simpliciter & absolute scientia nuncupanda, quia in ea a causis ad effectus progressi- mur. notum enim est his qui medio- criter philosophiam attigerunt, in ea pleraque perveram et legitimam rei causam cognosci. Vnde Arist. in exordio eiusdem Philosophiæ præ- cipiebat, in rebus naturalibus a principis, causis, & elementis rerum initium esse ducendum. Igitur dis- sitendum erit, Philosophiam, quæ nunc traditur, vti semper demon- strationibus quia, nam quamuis in- terdum illis vtatur, vt in plurimū tamen, & frequentius aliis propter quid ipsam vti intuemur.

Ad 2. dicimus verum esse scien- tiam, quæ est a posteriori, esse sim- pliciter scientiam, i. sine addito,

Propria
senten-
tia dicit
concilia-
ans,

Ad 1.
gum,

Ad v

non

non tamen simpliciter, ita vt sit talis secundum essentiam, quid definitio sententiæ quæ explicat illius quidditatem (nimirum rem per causam intelligere) nullo modo potest illi conuenire. Et ad confir. Est simpliciter quæ sit tum: ergo erit simpliciter scitum, dicimus negandam esse consequent. si simpliciter, significet idem quod secundum essentiam, si tamen denotet idem quod sine addito, illam libenter admittimus, qua ratione intelligi debet Arist. quando inquit numerum eorum, quæ sciuntur, debere esse æquale numero quæstionum: intelligi si quidem debet, de iis quæ sciri possunt sine addito, non tamen de alijs quibus essentia scientiæ nata est conuenire, hæc enim pauciora sunt numero quæstionum, cum solum illa possint ita sciri, quæ per verā rei causam progrediuntur. Ad vlti. Respon. demonstrationem quia, contineri sub demonstratione in communi, quæ est natura analogā ad ipsam & ad alteram propter quid, vt in superiori quæst. conclu. 1. docebamus, Neq. tamen hinc fit, esse simpliciter demonstrationem, quia nō quælibet quæ sub demonstratione in communi, & analogā cōtinetur, est simpliciter demonstratio, sed tantum illa quæ per veram causam in essendo progreditur: quemadmodum, non quodlibet sanum quod sub sano in communi continetur, est sanum simpliciter, & absolute, sed illud cui debita quatuor primarum qualitatum proportio, tamquā subiecto nata est conuenire. Admittimus igitur contineri sub demonstratione communi, & analogā, negamus tamen esse simpliciter, & absolute vocandam demonstrationem.

Ad vlti.

QVEAST. III. NUM DEMONSTRATIO quia optime diuidetur in demonstrationem a causa remotā, & ab effectu.

INstituimus in hac q. species demonstrationis quia, siue a posteriori explicare, num scilicet sint illæ duæ ab Arist. assignatæ, nimirum quando progredimur per causam remotam, vel per effectum, nam illam demonstra. quæ progreditur per causam remotam, nō esse quia, sed propter quid, ex eo sane colligi poterit, quia demōstratio quia progreditur a posterioribus: hæc vero a prioribus, progreditur enim per causam, quæ est prior effectu.)

Vnicum ac facile argu.

Vt hæc dubitationē explicemus ex M. Soto, & Veracrucē quæ vnica huius cap. & ex alijs obseruamus, in primis triplicē esse causam remotam, vnā quæ adæquat effectui, a se mediate addito, vel quæ retrocomitat cum illo, & vicissim effectus cum causa reciprocatur, qua ratione dicimus hominem esse causam remotam admirationis, illam enim non immediate, sed mediante, vi, & facultate intelligendi producit, cum ea tamen ita reciprocatur, vt omnis homo sit capax admirationis, & quidquid est capax illud sit etiam homo. Altera causa remota est, quæ neq. conuertitur cum effectu, neque effectus cū ea reciprocatur, sed potest causa non inferre talem effectum, & hic ab alio principio, quam ab huiusmodi causa, potest dimanare, qua ratione febris est causa pulsus concitati, quæ neque conuertitur cum illo, neq. necessario ab huiusmodi causa prodit: non conuertitur perspicuum est in hominibus, iam, iam moriturus, qui febrī maxima laborat, in quib.

Obser. 1

tamen nulla pulsus agitatio reperitur. Præterea non ne. etario ab huiusmodi causa prodire, constat ex eo quod sæpe vel a maximo, & profundo somno oriatur, vel a vi alicuius motus nimium concitati, in his enim hominibus qui concitato cursu sæpe mouentur, experimur celerem quandam pulsus agitationem. Tertia causa remota est, quæ est superior effectus, quem infert, neque convertitur cum eo, remotaque dicitur secundum prædicationem, qua ratione animal est causa remota respirationis, non enim de quocunque animal prædicatur, dicitur respirare, pisces enim (vt multorum fert opinio) sunt animalia qui tamē non respirant. Sciendum est etiam duplicem esse effectum remotum, quædam qui ex sola causa infertur, non tamen ex omni, vt respirare est effectus animalis, ex eo namque potest tantum oriri, non tamen ex omni, quia non omne animal respirat; aliū vero esse remotum, qui sequitur ex omni causa non tamen ex sola, vt viuere est effectus animalis, quia ex omni animali sequitur, non tamen ex solo, cum plantæ uiuant, quæ non sunt animalia.

2 Obsc.

1. Cōcl. His statutis sit 1. conclus. Demonstratio quia, optime est in demonstrationem a causa remota, & ab effectu distributa. Hanc & auctoritate Arist. in hoc cap. & ex omnium Dialecticorum consensu, esse veram possumus confirmare.

2. Cōcl. Secunda conclus. illæ argu. in quibus sumimus tamquam mediū causam remotam secundi generis ad concludendum effectum, non sunt veræ, ac legitimæ demonstrat. neque quia, neque propter quid. Non esse propter quid, aperte satis in hoc cap. profertur Arist. inquitens hoc genus demonstrat. progredi per causam proximam, & immedia

tam: at non esse quia perfacili, & aperto argu. confirmamus. In demonstratione non nisi veras propositiones possumus assumere: sed si illæ argumentationes in quibus sumimus tamquam medium huiusmodi causam, essent veræ, & legitimæ demonstrationes sumemus in demonst. falsas propositiones, ergo hæ argumentationes non erunt veræ, & legitimæ demonstrationes. Maior propo. aperta est, quia demonstrat. ex veris tantum constare potest, vt cap. 2. docuerat Arist. Minorem ita confirmamus. Sumamus hanc argumentationem. Quotiescunq. quis febre laborat, celerè & agitatū continet pulsū: sed quando quis afficitur intemperie caloris febre laborat; ergo quando quis afficitur intemperie caloris celerem, & agitatū pulsū habebit. In hac argu. sumimus tamquam medium causam remotam agitationis pulsus, nimirum laborare febre, in qua & præmissam falsam assumimus, & conclu. etiam falsam inferimus, nam falsum esse, omnem hominem febre laborantem habere pulsū agitatū, vt in propo. sumebamus, & affectum intemperie caloris etiam habere pulsū agitatū, vt concludebamus in conclusione, in homine iam morituro experimur, qui maxima febre laborat cuius tamen pulsus nulla agitatione commouetur.

Tertia conclusio. Illæ argumentationes, quæ progrediuntur ex causa remota tertij generis, si ex propositionibus aientibus componantur, non erunt legitimæ demonstrationes, si tamen ex aliqua negante consistunt veræ, & legitimæ demōst. poterūt appellari. Primā partē hoc exemplo possumus suadere. Si sumamus in aliqua argu. hos tres terminos animal, leonem, & respirare, ex quibus

3. Cōcl.

bus eſſe animal eſt cauſa remota reſpirationis, ſicque illam conne-
ctamus. Omne animal reſpirat, om-
nis leo eſt animal, ergo omnis leo
reſpirat. Quæ ſane argumentatio,
non eſt demonſtratio, aſſumit enim
falſam propoſitionem, quæ in de-
monſtra nequit locum aliquem ob-
tinere, falſum enim eſt omne ani-
mal reſpirare cum piſces ſint anima-
lia, qui tamē (iuxta multorum opi-
nionem) non reſpirant. Alteram ve-
ro partem nimirum quando in argu-
m. ſumitur aliqua negans propo-
ſitio, ſumpto tanquam medio eadē
cauſa remota, eſſe veram, & legiti-
mam demonſtrationem, confirma-
mus ſumpta hac alia ratiocinatione
in ſecundo modo ſecundæ figuræ,
ſcilicet in Cameſtres. Quidquid
reſpirat eſt animal: ſed null⁹ paries
eſt animal: nullus igitur paries reſpi-
rat, quæ ſane argumentatio, vera
eſt, & legitima demonſtratio quia,
nam & aſſumit veras propoſitiones
& ex cauſa remota effectus progred-
itur.

4. cōclu.

Quarta conſuſio. Illæ argumen-
tatio. quæ progrediuntur ex cauſa
remota primi generis, ſunt vere, ac
legitimę demonſtrationes quia, ſeu
à poſteriori. Confirmatur quia con-
tinent illæ omnia, quæ ad hoc gen⁹
demōſtrandi ſunt neceſſaria, ſcili-
cet veras propoſitiones, & cauſam
remotam continentes. Id licet in-
tueri in his argumentationibus. Pri-
ma. Omne animal capax intellect⁹
eſt capax admirationis: ſed omnis
homo eſt animal capax intellectus:
ergo omnis homo erit animal capax
admirationis. Secunda. Quando v-
num ex luminariſus erit in capite,
& alterum in cauda draconis, luna
patiētur eclipſim: ſed certo aliquo
& diſſinito tempore vnum ex lu-
minariſus eſt in capite, & aliud in
cauda draconis, ergo certo aliqua

ac diſſinito tempore luna eclipſim
patiētur. In harum prima progredi-
mur per cauſam remotam, ſcilicet
per eſſe animal particeps intellectus
quod eſt cauſa remota admirationis,
cum medio intellectu illam effi-
ciat: in altera autē progredimur per
eſſe in capite, vel cauda draconis,
quod eſt cauſa remota, ac mediata
eclipſis, nam cauſa proxima eſt in-
terpoſitio terræ inter ſolem, & lu-
nam, quas ſane eſſe optimas demon-
ſtrationes nullus diſſitetur.

Quinta conſuſio. Illæ demon-
ſtrationes quæ progrediuntur ab
effectu inadæquato, qui nimirum
ſequitur ex ſola cauſa, non tamen
ex omni, ſi aſſumant aientes propo-
ſit. erunt vera demonſtrationes: ſi
vero in altera earum medium ab
aliquo ex extremis negetur, nequa-
quam demonſtr. erunt. Aientis poſ-
ſumus hoc exemplum proponere.
Quidquid reſpirat eſt animal: ſed
omnis equus reſpirat: igitur omnis
equus eſt animal. In qua ſumimus
tanquam medium, reſpirare, quod
à ſolo animali tanquam à cauſa nō
tamen ab omni deriuatur. Alterius
vero negantis exemplum eſſe pote-
rit hæc alia ratiocinatio. Omne a-
nimal reſpirat: ſed piſcis non reſpi-
rat: ergo piſcis non eſt animal. Quæ
profecto argumentatio ſumit mino-
rem negantem, ac proinde non erit
legitima demonſtratio huius generis,
cum aſſumat & propoſitionem
falſam, & ex illa media aſſumptio-
ne negante, falſam etiam colligat
conſuſionem.

Sexta conſuſio. Argumentatio-
nes in quibus progredimur ab effe-
ctu ad cauſam, ex qua omni, non
tamen ſola ipſe conſequitur, ſi ne-
gando argumentemur erunt opti-
mæ demonſtrati, ſi vero aiendo nō
erunt. Sit exemplum in his tribus
vocibus, animal, homo, & vita, ex
quibus

5. cōclu.

6. cōclu.

quibus, si sumpta tanquam medio vita, affirmatiue argumentemur, nihil demonstrabimus, falsam siquidem assumemus propositionem. In hunc enim modum progrediemur. Omne quod uiuit est animal: sed omnis homo uiuit, ergo omnis homo est animal. In quo progressu propositio falsa est, cum planta uiuat, quæ non est animal. Si autem negā argumentemur optimam construemus demonstrationem, sūp̄ his tribus terminis, animal, vita, & lapis. Quod non uiuit, non est animal: sed lapis non uiuit, ergo lapis non est animal. Quæ profecto ratio cinatio optima demonstratio cense-ri debet, cum nihil ei desit ad hoc genus demonstrationis necessariū. Legendus est Caietanus in commentariis.

7. cōclu. Septima conclusio. Hæ demonstrationes quæ ab effectu progrediuntur, constant tribus terminis, non minus quam alia, quæ à causa siue proxima siue remota petuntur. Quidam in ea extiterunt opinione (si credimus Zabarellæ cap. 4. de speciebus demonstra.) ut arbitrentur hoc genus demonstratio- nis, duobus tantum constare extre- mis, causa nimirum, ac effectu, ut si ita dicamus, est fumus, ergo est ignis: est generatio, ergo est materia prima. Cæterum hæc opinio aliena est ab Arist. ac rei ueritate, nam de- monstratio est syllogismus: at in syl- logismo tres terminos reperiiri, ma- ius extremum, minus, ac medium uerbum communis est, cōcōrs que omnium Dialecticorum sententia.

Quorun- da opi- nio.

Refelli- tur.

Secūdo.

Iam. In demonstratiōe debemus maius de minori concludere, quod certe nunquam fieret, nisi duo hæc in aliquo tertio (medio nimirū uer- bo) vnirentur, ut esse sphericæ fi- guræ, nunquam de luna concluderetur, nisi hæc duo, medio aliquo,

augeri scilicet lumen in orbem, con- iungerentur: etenim ex eo quod quidquid habet lumen, quod auge- tur in orbem, est sphericæ figuræ, & luna recipit lumen quod auge- tur in orbem, concludimus lunam esse sphericæ figuræ. Constabunt i- gitur hæc demonstrationes, quæ ab effectu progrediuntur, tribus termi- nis, non minus quam alia demon- strationes.

Ad argum. propositum in princi- pio, vnico uerbo satis facimus, cau- sam remotam non explicare quid res sit, ut explicat proxima, ac im- mediata, ac proinde quæ progredie- tur per causam remotam, non erit à priori: altera uero quæ traditur per causam proximam erit, sola enim illa est, quæ explicat quid res sit, ef- fectumque clare, ac distincte nobis contemplandū proponit, & ita est nomine demonstrationis propter quid insignienda.

Ad uoi- cum ar- gu. in- prin- proposi-

**Q V A E S T I O III. A N D E
monstratio per causam remo-
tam in sola .i. figu. fieri
possit.**

H A E C quæst. anceps est apud viros graues, quibusdam partē aientem, aliis uero negantem dese- dentibus. Qui partē negantem tue- tūr hac ratione contendunt proba- re fieri etiam posse in .i. figura. Hæc est legitima demonstratio progred- iens per causam remotam. Quo- tiescunque alterum luminarium e- rit in capite, & alterū in cauda dra- conis luna patiet. eclipsem: sed 24. Iunij hora 9. huius anni 1591. alter- um luminarium erit in capite, & alterum in cauda draconis, ergo 24. Iunij hora 9. præfati anniluna pati- etur eclipsem. Hæc in quam de- monstratio legitima est, progrediens per

De hac eclipsi lege E- pheme- ri. hu- ius anni Stadii a Lúicino correc- tas.

Opi- quo- Gra- Ara

Con- opi- rior

i. C- clu.

per causā remotā, nā proxima est interpositio terræ inter solē, & lunā, quæ tamen fit in 1. figura. Iam igitur non in sola secunda figura, sed & in prima etiam, poterit fieri huiusmodi demonstratio.

Opinio
quorū
Græ. &
Ara.

Contra
opi. ve-
rior.

In Iacobus Zabarella cap. 3. de specie. Demonstra in operi. logicis refert Themist. Philop. inter Græcos, & Alphara. inter Arabes, opinatos fuisse, hoc genus demonstrat. quod à causa remota progreditur, nō minus posse in 1. quam in 2. figu. exerceri. Contrariam tamen sententiā fere omnes tanquam veriore, & Arist. magis consonam amplectuntur. Alexander, Averroes, D. Tho. Caieta. Suesanus, Zabarella, Ferrar. in annota huius cap. Tolerus & alij. Cæterum vt nostram sententiā proponamus reuocamus ad memoriā, quæ in superiori q. diffuse diximus, ex causis nimirum remotis, quasdam esse maiores effectū, vt est animal respectu respirationis, quod ad plures sese diffundit, quā respiratione (iuxta Arist.) dicitur enim illud de piscibus, quibus respiratione nequit vllō modo conuenire: aliaq. itidem esse, quæ cum eisdem retro commēant, ac recipiuntur, vt homo est causa admirationis, huius generis, nam non immediate, sed mediante facultate intelligēdi, illam à se emittit, & vnum ex luminariibus esse in capite, aliud vero in cauda draconis, est causa remota eclipfis lunæ, proxima namque est interpositio terræ, quæ cum huiusmodi effectū retro commēat, ac recipiatur.

1. Con-
clu.

Sit 1. conclusio. Demonstrationes quæ progrediuntur à causis remotis secundi generis, quæ nimirum cum effectibus recipiuntur, fieri possunt in 1. figura. Hæc constat ex demonstratione, quā in argum. in principio proposito effecimus, quæ

sane optima est, & in 1. figura constructa. Et ratio est, quia in his quæ retro commēant, ac recipiuntur possumus ab vno ad aliud aiendo argumentari, ac proinde assumere poterimus vtramque propositionem, sūpto medio, quod vtrique extremo, tā scilicet maiori, quam minori conueniat, vt in præfata demonstratione. sumimus tanquam mediū esse in capite, vel in cauda draconis quod de luna quæ est maius extremum, & de anno, & die prædictis, quod est minus extremum prædicatur: at certum est quando medium ita connectitur cum extremis, vt vtrique possit vere conuenire, talem demonstrationem construere posse iuxta 1. figuram.

2. Con-
clu.

Secunda conclusio. Demonstrationes, quæ progrediuntur per causam remotam alterius primi generis, per eam scilicet, quæ latius patet quam effectus, in sola secunda figura construere possunt. Hanc aperuimus verbis proponit Arist. in cap. ita dicēs. Conoscitur autem illa ratio cinatio, in qua huiusmodi causa sumitur, in secunda figura. Et quidem fuisse ipsum loquutum de demonstrationibus, in quibus hoc genus causæ vsurpamus, constat ex demonstratione quam illico in exemplum subiungit, de animali, ac respirare: perspicuum namque est, animal causam esse remotā respirationis ad plura sese diffundens quam ipsa respiratione se diffundat. Confirmaturque hac ratione cum Zabarella. Illa demonstratio in cuius propositione medium prædicatur de maiori extremo, necessario est in secunda figura. efficienda, quia tam in 1. quam in 3. medium subiicitur & nō prædicatur in maiori proposito, sed in illa demonstratio, in qua progredimur per causam remotam, medium in maiori proposito prædicatur de

Nann § maiori

Ad vni-
cum ar-
gu. in-
prin-
proposi

De hac
eclipfi
lege E-
pheme-
ri. hu-
ius anni
Stadii a
lūcino
correc-
tas.

maiori extremo: ergo illa demōstr.
 quæ progreditur per causam remo-
 tam necessario in 2. figu. efficietur.
 Proposi. perspicua est, minorem in
 hūc modum suademus. Sumamus
 hos tres terminos causam, effectum
 & subiectum, atque in minori nege-
 tur causa, & in conclusione effectus
 de subiecto, sitque causa medium,
 effectus maius extremum, & subie-
 ctū minus, vt sit animal causa, res-
 pirare effectus, & paries subiectū, &
 ita argumētemur. Omne quod res-
 pirat, &c. In hac certe demonstratio-
 ne, medium in maiori propo. præ-
 dicatur de maiori extremo, neque
 potest non prædicari, quia cum
 medium sit causa, & maius extre-
 mum effectus, impossibileq. sit cau-
 sam non dici de effectu (nam nega-
 ri de eo nullo pacto potest) fieri nul-
 la ratione poterit, quin medium in
 maiori propo. de maiori extremo
 dicatur. Rursus eādē conclu. hoc
 alio argum. demonstramus. In hu-
 iusmodi genere causæ, ab ipsa ad ef-
 fectum non possumus nisi negan-
 do argumentari, nam cū latius pa-
 teat eo, aiendo, ex causa non poteri-
 mus effectum colligere, cum à supe-
 riori ad inferius inadæquatam, nō
 recte argumentemur aiendo, erit igi-
 tur in hac demonstra. colligenda
 conclusio negans: sed si conclusio
 fuerit negans, debet aliqua ex præ-
 missis esse negans, ergo in huiusmo-
 di demonstra. aliqua ex præmissis
 erit negans: at illa nō potest esse ma-
 ior propositio, cum probatum sit
 in superiori ratione illā necessario
 debere esse aientem, nam in ea cau-
 sam attribuiamus effectui, quæ non
 potest de illo non affirmari, ergo erit
 necessario minor: sed minor negans
 solum habet locum in 2. figu-
 ra: hæc igitur demonstra. à primo ad
 vltimum in 2. tantum figura fieri
 poterunt.

Confir.
 iterum,

Tertia conclu. Hæ eādē demō-
 stra. mediate possunt construi in
 1. figura, per mutationem scilicet
 & conuersionem propositionum,
 vt recte Suesanus animaduertit: nā
 præfatam demonstra. Omne respi-
 rans est animal, nullus lapis est ani-
 mal, ergo nullus lapis respirat, pos-
 sumus ad secundum modū primæ
 figuræ nimirum celarent, hac ratio-
 ne reuocare, conuersa minori propo-
 si. in hanc nullum animal est paries,
 & mutatis propositionibus ita
 vt propositio conuertatur in assump-
 tionem, & assumptio iam conuer-
 sa in propositionem. Nullum ani-
 mal est paries: omne quod respirat
 est animal: ergo nihil quod respirat
 est paries, & per conuersionem sim-
 plicem, ergo nullus paries respirat.
 Ex his possum⁹ conciliare (si libet)
 duas propositas opiniones, si dica-
 mus Græcos intelligendos esse de
 demonstra. per causam remotam,
 quæ cum effectu conuertitur, ac re-
 ciprocatur, vel de demonstra. quæ
 ex hoc genere causæ im mediate coa-
 lescit, sed quæ sit mediate, vel per
 conuersionem propositionum, ita
 enim huiusmodi demonstratio opti-
 me fieri poterit in 1. figura Ale-
 xandrum vero D. Tho. Auerroem,
 & alios Latinos, intelligi debere, de
 demonstra. progrediente per cau-
 sam remotam, diffusioem & latius
 parentem effectu, & de illa quæ im
 mediate per talem causam progre-
 ditur, hæc namq. demonstra. iuxta
 solam secūdā figurā effici possunt.
 Ad argu. vero in principio ex 1.
 conclu. constat quid respondere de-
 beamus.

QVÆSTIO. V. AN DE-
 monstratio, quæ ab effectu pro-
 greditur, sit nobilior ea quæ
 petitura causa re-
 mota.

3. Con.

Concil.
 2 Opia

Ad arg.

In

Inter species demonstra. quia vel à posteriori diximus iuxta sententiam Arist. esse vnam, quæ progreditur per causam remotam, & alteram ab effectu, de quarū perfectione, & nobilitate aliquid oportet in medium proferre. Et quidem inter hoc genus demonstrandi demonstra. per causam remotam progredientem sibi nobilitatis locum vendicare, ita demonstramus. Causa est multo nobilior quā effectus, ergo progressus ab ipsa ad effectum erit multo nobilior, quam is qui fit ab effectu ad ipsam: sed quando progredimur per causam remotam, progredimur à causa ad effectum: ergo demonstra. hæc multo nobilior erit. Rursus. Nobilius multo est scire aliquid per causam, quam ab effectu, nam scire est rem per causam intelligere: ergo demonstra. quæ progreditur per causam etiam remotam nobilior erit illa, quæ ab effectu procedit.

1. Arg

2. Arg

Vniconclu.

Confir. 1.

Secun.

His tamen nihil impediētibz sit vnica cōclu. Demonstratio quæ ab effectu progreditur, est nobilior altera, quæ fit per causam remotā. Hanc possumus cū Zabarella cap. 7. de speciebus demonstrationis ex forma, ex materia, & ex fine demonstra. in hunc modum confirmare, Imprimis ex forma, quia demonstratio ab effectu est affirmans & in r. figu. at demonstra. à causa remota si fuerit maior effectu in sola 2. figura effici potest, vt in superiori q. exposuimus, certum autem est r. figu. esse longe nobiliorem secunda. Iterum ex materia, quia demonstratio ab effectu, constat ex proposito, aientibus tamquam ex materia, quæ autem per causam remotā progreditur, ex aliqua proposi. negante coalescit. Prioris ab effectu exemplum esse potest hæc demonstra. Quando arbores defrondef.

cunt de est humor in radicibus foliorum: sed in autumno arbores defrondefcunt: ergo in autumno de est humor in radicibus foliorum. Cuius certe demonstra. proposito nes sunt omnes aientes. Alterius vero, à causa nimirum remota hæc aliam libet in exemplum adducere. Omne respirans est animal: sed nullus paries est animal: ergo nullus paries respirat, quæ vt perspicuū est ex assumptione componitur negante. Sed proposi. aientis est nobilior negante: ergo ex parte materiæ demonstra. ab effectu progrediens, erit ea nobilior quæ desumitur à causa remota. Vltimo confirmatur id ipsum ex parte finis. Finis demonstrationis est scientia: sed nobilior est scientia, quæ comparatur per demonstrationē ab effectu, quam ea quæ per demonstra. à causa remota obtinetur: ergo demonstra. ab effectu nobilior erit. Minorem (de qua sola potest esse dubitatio) ita cōfirmamus. Causa ea ratione quæ causa est, nulla meliori via quam per effectum inuestigari potest, ac cognosci: at effectus ignotus, meliori via quam per causam remotam potest cognosci, nimirum per causam proximam: ergo scientia à demonstra. per effectum genita, longe nobilior est, quam illa quæ ex causa remota dimanat, cum nobilius multo & clari⁹ explicet id ad quod explicandum assumitur, quam illa quæ per causam remotam progreditur.

Tertio;

Ad argum. igitur respon. Ad primum dicimus parum referre esse causam nobiliorem effectu, vt ex illa colligamus demonstrationem à causa remota esse nobiliorem, siue enim nobilior siue ignobilior fuerit, de qua re 2. phys. cap. 3. disputabimus, sed finem ad quem vtræque assumitur, nobilior est, & longe præstan.

Ad argo. Ad 1.

1. Con.

Concl. 2 Opia

Ad arg.

stantia demonstrat, ab effectu, cum magis declaret id cuius explicandi gratia sumitur, quam explicet demonstra. à causa remota effectum, ad quem explicandum vsurpatur. Ad secundum respon. scire per causam proximam esse multo nobilius quam scire per effectum: at scire per causam remotam, ignobilius multo esse, vt ex his quæ proxime diximus, satis superest demonstratum.

QVÆST. VI. AN SINT tantum duæ species demonstrationis quia, & propter quid.

Quærendum est in vlti. q. huius sectio. num dentur tantum duæ formæ demonstra. quia, & propter quid, vel an præter has sint etiam aliæ demonstra. species. Nam esse multo plures confirmatur primo, ex eodem Arist. in cap. sequentibus constituyente, quandam esse demonstra. aientem, aliam negantē, quandam vniuersam, & aliam singularem, quandam directam, & aliā ad incommodum cōcludentem: erunt igitur multa plures species demonstrationis. Secundum. Datur demonstra. quia à causa remota, datur etiam aliā ex effectu immediato: ergo dabitur etiam aliqua quæ ex effectu remoto, & mediato progrediatur, nam non occurrit maior ratio, ob quam detur demonstra. tio per causam remotam, & mediatam, & non detur per effectum remotum, & mediatum. Præterea videtur Arist. omisisse aliud genus demonstrandi, quo ab effectu ad effectum eiusdem causæ progredimur, nam quando ab eadem causa duæ æquales effectus deriuantur, quorū nemer est alterius causa, possumus vnum per alterum demonstrare, vt

si de laborante febris putrida inæqualitatem pulsus per immoderatum calorem concludamus, nam hi duo effectus inæqualitas pulsus, & moderatus calor, à febris putrida oriuntur: iam ergo plures erunt species demonstr. quam hæc assignatæ. lam. Ex diuersitate mediij colligere possumus diuersitatem specierum demonstrationis: sed triplex est medium: ergo triplex erit genus demonstrationis. Confirmatur minor. Medium in demonstra. notius esse debet conclusioni: sed tribus modis potest aliquid esse notius, vel secundum suā naturam, vel quo ad nos, vel secundum suam naturam simul, & quoad nos, ergo triplex erit medium demonstrationis, ac ex consequenti tres etiā erunt illius formæ.

Hæc quæstio semper fuit anceps & dubia apud Philosophos, sunt enim in ea explicanda varia ipsorū iudicia, atque sententiæ. Prima est quam profitetur Auerroes. commēta. 55. 1. lib. postero. in epyto. in ca. de demonstra. commenta. 35. lib. 1. de cœlo, & 5. lib. colliget cap. 24. existimans, tres esse formas, ac species demonstr., vnam quia, alteram propter quid, & tertiam simpliciter. Quia est quando ex effectu colligimus causam, aut quando ex causa remota effectum concludimus: propter quid, quando concludimus in esse proprietatem subiecto, vel esse eū causæ, vt quando de luna concludimus pati eclipsem: simpliciter vero dicitur illa, in qua non tantū concludimus proprietatem in esse subiecto, verum etiam & causam propter quam insit, explicamus, vt quando de eadem luna concludimus pati eclipsem, per interpositionem terræ inter solem, & ipsam. Hanc permulti ex Auerroistis sequuti fuerunt, & quam Zabarella cap. 18. de speciebus demonstrat, inquit

Ad 2. argum.

1. argum.

2. Arg.

3. Arg.

4. Arg.

1. Opib. Auerro.

2. o. Th. i. mo. cap.

3. Op. Raic. di L.

Num duo sint in spe. demons. quid quia & prop. 22

1. opin.
Thomi.
1. De
monf.
cap. 29.

quit sua tempestate, apud Logicæ
& philosophiæ professores, fuit et cō
munem. Themistius aliam excogi
tauit speciem demontra. ab Arist.
præternatiam, quæ neque est a cau
sa, siue proxima, siue remota ad ef
fectum, neque ab effectu ad causã,
sed ab effectu ad effectum. Ete
nim quando ab vna & eadem cau
sa duo effectus æquales oriuntur,
quorum neuter alterius causa exi
stit, possumus vnum ex altero de
monstrare. Quæ sane demonstratio
neque erit a priori, neque a postero
riori, sed ab æquali ad æquale, erit
enim argumentatio necessaria, & ex
propositi de omni, per se, ac necessa
rius constituta. Cuius rei proponit
exemplum, quod nos in tertio arg.
tradidimus, de febris putrida, quæ
causa est inæqualitatis pulsus, & cer
ti cuiusdam, ac immoderati caloris
in egrotò, quæ duo sunt effectus pa
res, & æquales inter se, nec vnum
est alterius causa, quamuis ab vna
ac eadem febris putrida dimanent,
ac proinde si ex eo quod inest egro
to certus hic, & immoderatus ca
lor, inferamus inesse eidem pulsam
inæqualem, argumentabimur de
monstra. huius generis, in qua ab
effectu ad effectum parem, & æqua
lem, progrediemur. Alia sententia
est ab hac parum differens Raimū
di Lullii in sua arte magna p. 7. cō
stituentis præter demonstrat. quia,
& propter quid, alteram per æqui
parantiam, seu æqualitatem, quod
genus demonstrandi est, quando
per medium par, & æquale conclu
dimus attributa, aliquid de subiecto
vt si de homine concludamus esse
animal per hoc medium quod est
sentire, nam hæc duo attributa sūt
inter se paria, & æqualia, ex vnoq.
alterum de homine colligimus. Et
hoc genere demonstrandi opinatur
posse euidenter confirmari sacrosã

1. Opin.

1. Opin.

3. opin.
Raimū
di Lullii

Dullii

ctæ nostræ religionis mysteria, & de
Deum (v. g.) esse unum, & vnum
Quænam autem sit veritas, diuina
Arist. magis accommodata sententi
tia, his affectionibus exprimitur sit
que earum primas sup. h. l. a. i. l. o. i.
Demonstratio tantum est imme
diata in demonstra. quia, & propter
quid diuidenda. Itaque tantum e
runt hæc duo formæ demonstrat. &
non plures. Hæc certe sententia est
expressa Arist. in hoc cap. 10. oin a rē
que fere interpretum illius Græco
rum, & Latinorum Alex. Philopo.
Beati Alberti Mag. Di. Tho. Caieta.
Suesani. M. Soti, Villalpandi in com
menta. huius cap. Zimara contradi
ct. & theorema. 53. Aquarii 2 li. me
taphy. q. vlti. & fere omnium (quos
ego viderim) recentiorum. Confir
maturque quia omnis demonstrat.
vel est a causa, vel ab effectu, si a
causa vel a proxima, vel a remota,
si fuerit a proxima, est demonstra
tio propter quid, si vero a remota
vel ab effectu, est quia, ergo omnis
demonstratio debet immediate di
uidi in demonstrat. quia, & propter
quid.

1. Concl.

Commis
senten.

observa

Diximus immediate, quia de
de demonstra. propter quid, est rur
sus subdiuidenda, in demonstra.
propter quid tantum, quæ solū con
cludit proprietatē simpliciter, & ab
solute, in esse subiecto in eã quæ nō
tantum inesse, verum etiã causã, prop
ter quam insit, declarat, quemad
modum Caieta. acute, & erudite,
Suesanius, & Aquarius in locis indi
catis adnotarunt, qui dicunt Auer
roem non effecisse tertium genus
demonstra. distinctum ab his quæ
proposuerat Aristot. sed ex duobus
ab eo traditis, vnum eorum in de
monstrat. tantum propter quid, &
in alteram simpliciter diuisisse.
Secunda conclusio. Non est con
stituenta alia species demonstrat. in 2. conc.
qua.

qua ab effectu ad effectum æqualē
 progredimur, vt volebat Themis-
 tius. Hanc in hunc modum posu-
 mus suadere. In omni demonstrat.
 sunt sumendæ proposi. per se, & ne-
 cessariæ: sed quando ex vno effectu
 alterum colligimus, non sumimus
 omnes proposi. per se, & necessariæ
 non igitur talis syllogismus poterit
 demonstra. appellari. Proposi. est ab
 Arist. in cap. 4. 6. & 7. sæpe repeti-
 ta, assumptionem hæc ratione de-
 monstramus. Sit hic syllogism⁹ pro-
 positus à Themistio. Qui habet pul-
 sum in æqualem, afficitur calore im-
 moderato: sed qui laborat febre pu-
 trida habet pulsū in æqualem: er-
 go qui laborat febre putrida affici-
 tur calore immoderato. Hic sane nō
 assumit proposi. per se, ac necessa-
 rias, nam imprimis maior non est
 per se, quia neque calor immodera-
 tus, est de diffinitione pulsus in æ-
 qualis, neque hic per immoderata
 calorem diffinitur. Vnde neque in
 1. neque in 2. modo dicendi per se,
 erit huiusmodi proposit. contenta.
 Præterea neque in 4. quia subiectū
 non est causa attributi, cum neuter
 respectu alterius, locum causæ, sed
 vtrumque locū effectus obtineat.
 Iam neque est eadem proposit. ne-
 cessaria, ea necessitate, quam Arist.
 necessariam ait esse demonstra. con-
 sciendis: etenim quamuis si vterq.
 effectus cum causa à qua fluit con-
 feratur necessitatem aliquam obti-
 neat, quia non potest ab illa non di-
 manare, si tamen inter se conferan-
 tur, & ex proprijs (vt ita loquamur)
 meritis terminorum cōsiderentur,
 nullam denotant connexionem ne-
 cessariā: at vt aliqua proposit. sit ne-
 cessaria, & per se, ex propria natura
 subiecti, & attributi, non autem a-
 liunde, vel ex accidenti, erit iudicā-
 dum quare propositus syllogismus
 nullo modo inter veras & legitimas

demonstr. poterit recenseri.

Tertia conclusio. Non est præter
 demonstrationem quia, & propter
 quid, alia demonstratio ab his distin-
 cta, quæ sit per æquiparantiam, seu
 æqualitatem, constituenda.
 Hanc aduersus Raimundum Lul-
 lium profitemur. Quam confir-
 mamus primo. In omni demonstr.
 medium debet esse notius conclu-
 sione, nam cognoscendæ conclusio-
 nis gratia, illud assumitur: vel igitur
 est notius natura tantum, vel natu-
 ra simul & nobis, vel tantum nobis,
 neque enim pluribus modis po-
 test aliquid esse notius, si fuerit no-
 tius natura tantum, vel natura, &
 nobis, illud est causa conclusionis,
 si vero fuerit notius nobis, est effe-
 ctus eiusdem: ergo omnis demonstr.
 debet vel per causam, vel per effe-
 ctum procedere. At illa demonstra.
 quæ progreditur, per causam est de-
 monstrat. propter quid, quæ vero
 per effectum est quia, ergo omnis
 demonstra. erit, vel quia, vel pro-
 pter quid. Iam. In exemplo quod de
 sentiente, animali, & homine pro-
 posuimus, demonstratio ex his ter-
 minis effecta, est demonstra. pro-
 pter quid, nam concludimus de ho-
 mine esse animal, per veram, legiti-
 mam, ac formalem causam illius, es-
 se enim particeps sensus, forma est
 animalis, & hominis sub eo conten-
 ti. Deinde. Quando vnum attribu-
 tum diuinum, de Deo per alterum
 concludimus, vt quando concludi-
 mus æternitatem, ex immutabilita-
 te, medium (nimirum immutabili-
 tas) est causa formalis conclusi. ac
 vera p inde, & legitima demōst. pro-
 pter quid vtetur: In quibus demō-
 strationibus, cum sint termini pa-
 res, & æquales, profecto demonstr.
 per æqualitatem, vel æquiparantia
 non differet à demonstratione pro-
 pter quid.

Illud

Illud tamen ferendum non est, quod hic auctor inquit, posse hoc genere demonstrandi per equalitatem euidenter confirmari sacrosancta nostra religionis mysteria, ut Deum esse trinum, & unum, esse incarnatum, & sic de alijs. Hec enim sententia est error in fide manifestus, sunt namque adeo hec sacrosancta mysteria eleuata, ut nisi intellectus super naturali lumine fulciatur, nulla ratione, non dico demonstratiue, sed neque probabiliter, illa attingere ulla ratione queat. Hec siquidem est fidei nostre dignitas, ac maiestas, ut non lumine imperfecto, quale est naturalē, sed perfecto, ut est alteram diuine reuelationis, quod est certum & omnibus modis infallibile, innitatur: etenim non posse ratione naturali, aut philosophicis demonstrat. huiusmodi mysteria apprehendi, ubique clamant sancte literę, Isayę 53. generationem eius quis enarrabit? Mathę 11. Nemo nouit filiū nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Et ad Hebręos 11. fides uocatur ab Apostolo argum. non apparentium. Verum sat fuerit hec Diabolus indicasse, ut si forte fortuna in huius auctoris opus inciderint, ab hoc illius errore prudenter caueant, sciantque esse illius opera caute legenda, ne in alios, huic similes errores labantur. Quia tamen probe noui aliquos hac nostra etate nimium esse huius Raimundi Lullij doctrinę addictos, nitiq. pro uiribus, ut illius fere extincta, ac obliuioni tra-

ditā doctrina, uerū, reflorescat, breuiter, quid de illo, eiusque doctrinā sententiā explicabo. Fuit is Raimundus Lullius, ciuis Maioricensis, qui solitudinis dulcedine ductus, in altam quandam, ac sublimem illius Insule rupem, (es a Maioricēsis dicitur Randa,) secessit, in qua perper multos annos uitam egit eremiticam, ibique contemplationi, ac literarum studijs incumbens, multa uolumina edidit de omni parte tādī diuina, quam humanę Philosophię, ubi sibi non minimam rerū diuinarū, & humanarum cognitionem conquisiuit. Qui illius nomine gloriantur illam a Deo Opt. Max. hausisse per infusionem profitentur. Ego uero si uera sunt, ut uera esse putare debemus quę a Nicolao Eymérico regnorum Aragonię Generali Inquisitore, uiro integerrimo, & nostri Prędicatorum ordinis alumno, ac B. Dalmatij discipulo in 2. par. Directorij Inquisitorum q. 10. & 26. traduntur, impium ac blasphemum esse iudico, asserere hęc scientiam fuisse illi a Deo infusam, refert enim ille innumeros errores ex uariis operibus Raimundi Lullij collectos, a Grego. XI. condemnatos: At quę maior impietas, aut blasphemia in Deum referri potest, quā ipsum alicuius erroris auctorem esse profiteri? Sane quemadmodū fieri nulla ratione potest, ut a candore res atra fiāt, uel a calore frigidę, ita multo minus haud dubie fieri poterit, ut a prima illa supremaque ueritate, quę neque falli, neque

Lege Prateo, lib. 16. de sectis hereticorum ca. 2. & Luzęburgo lib. 3. sui catalogi hereticorum. Gerſonē in l. de examine doctri. confiderat. 1. & Ciruelū q. 6. Paradoxa: vide etiā cata logū prohibitorū Pauli. 4.

folia

Reiicit opinio. Lullij.

Quis fuerit Lullius.

fallere quemquam potest, unus, nec
 uel minimus error queat deriuari.
 Non me latet que probra, atque
 conuicia aduersus Eymericum Lul-
 listæ coniciant, inter alia tanquam
 de proferente falsum testimonium,
 ipsam accusantes. Dicunt enim has
 literas Grego. r. XL. non uere ab eo
 dimanasse, sed ab Eymérico, (in or-
 dium quod aduersus Raymundum
 conceperat) confictas fuisse. Verum
 qua fronte hanc iniuriam uiro lau-
 datissimo, & per tot annos illo su-
 premo Inquisitoris munere fungen-
 ti inurant prorsus ignoro. Legant
 hi directorum eiusdem, Francisci
 Pegñe commentarijs illustratum,
 & auctoritate Grego. XIII. Romæ
 excussum, in quo hanc eandem Bal-
 lam Gregorii XI. uidere poterunt:
 que certe si conficta fuisset nequa-
 quã à uiro doctissimo Pegña consen-
 tiente summo pontifice edita pro-
 diisset. Plura addere poteram aduer-
 sus istos, que, quia non sunt huius
 loci, missa feci. Moneo tamen inge-
 nuos adolescentes, & omnes qui li-
 terarũ studijs sedulo incũbant, ne
 hinc, alijsque eiusmodi auctoribus,
 nimium fidat ac afficiantur hosque la-
 cus turbidos omittant & ad lim-
 pidissimos aquarum, & totius sa-
 pientie fontes, (Arist. dico in Philo-
 sophia & D. Tho. in Theologia) ex
 quibus puram, ueram, & sinceram
 doctrinam possunt haurire, se totos
 conferant, ita enim fiet ut & philo-
 sophia & sacre Theologie fastigiũ

attingere summa cum facilitate, pro-
 priq; nominis laude ualeant & clari-
 tate. Hecigitur sũt que de huius uiri
 eruditione, breuiter ut scriberemus
 habuimus.

Iam ad argum. quæ in initio pro-
 posuimus. Ad primũ iam docuimus
 omnes illas demonstra. recensitas
 sub demonstra. quia, & propter quid
 esse comprehensas, nam ex aienti-
 bus, quædam est quia, & alia prop-
 ter quid, idemque est de alijs omni-
 bus iudicium. Ad secundum resp.
 Arist. omisisse demonstra. ab effe-
 ctu remoro, tum quod eam tanquã
 imperfectam siliuerit, tum vel maxi-
 me, quod illius nullus sit in scien-
 tijs usus, nam cum in ipsis solus ef-
 fectus dumtaxat assumatur, qui no-
 bis causas latentes manifestet, quod
 officium non prestat effectus remo-
 tus, ob hanc causam, nullus erit ho-
 rum effectuum usus, nullaque ex il-
 lis fiet demonstra. Ad tertium
 respon. illam argumentationem, in
 qua ex vno effectu alterum de sub-
 iecto concludimus, non posse vocari
 demonstra. tionem, neque enim in
 illa altera ex propositionibus, per
 se est, neque necessaria, cuiusmodi
 esse debet quæ demonstra. tionẽ. cõ-
 stituit, vt late in secunda conclusio
 aduersus Themistium docuimus. Ad 4.
 Ad quartum dicimus ex illis tribus
 medijs duos deseruire demonstra.
 propter quid, scilicet mediũ quod
 est natura tatum, & quod est simul
 natura & nobis notum, nam in hoc
 genere demonstra. tandi, aliquando
 vno, & aliquando alio modo uti-
 mur: & alterũ a notioribus tantũ no-
 bis, soli demõstrat quia deseruire,
 ac proinde hæ duæ tantum erunt
 species demonstra. tionis, quia scili-
 cet, & propter quid.

Sectio

Sectio secunda in qua de
Scientiarum subalternatio-
ne disputatur.

ARGUMENTVM.

N 2. p. huius cap. egit Arist. de scientiarum subalter-
natione, de qua in superioribus etiam cap. disser-
uerat. Quam eandem explicandam suscipientes,
tanquam maxime necessariam omnibus Philosophis, nõ
nullas in eorum gratiam quæst. proponemus.

*Sect. 2 in cap. 10. lib. 1. De demonstratione q. 1. quæ ad
Scientiarum subalternationem requi-
rantur.*

E Gerunt de hac re Metaphy. 1. &
4. lib. Metaphy. Soncinas in hoc
vlti loco quæst. 9. Fonseca q. 2. Ia-
uellus 1. lib. q. 2. Flandren. 1. Meta-
phy. q. 8. art. 4. Theologi 1. p. q. 1. ar.
2. vbi Caieta. acute, & erudite sem
hanc explicatam proponit, & in pro-
logo sententia. Capreo, q. 1. Duran.
q. 7. & 8. Argen. q. 2. & Dialecti. idẽ
Caieta. B. Albert. Mag. Louanien.
M. Soto, Veracrucẽ, & alij in commẽ
huius loci. Veritur à nomine dũca-
mus initium, scientia subalternata
nihil aliud significare videtur, quã
scientiã quæ est subaltera compre-
hensa, hoc enim subalternati no-
men præ se ferre videtur. Tribus au-
tem modis potest vna scientia sub-
altera contineri, ratione finis, ratio-
ne principiorũ, & ratione subiecti.
Vnde & tribus etiam modis dicentur
scientiã subalternata, ratione

finis, ratione principiorum, & ratio-
ne subiecti. Imprimis ratio-
ne finis, illa dicitur alteri subal-
ternata, cuius finis sub alterius
fine continetur, qua ratione ars
Frænfactoria Equestris, Eque-
stris Militari, & hæc Polytica sub-
alternantur: quia finis frænifa-
ctoriæ, sub fine equestris, & finis e-
questris sub fine militaris, & milita-
ris sub fine Polytica continetur.
Hoc autem duobus modis fieri cõ-
tingit. Primo quando scientia ad
quam spectat finis superior per im-
perium dirigit eam quæ finem infe-
riorem contempletur, vt in exem-
plo proposito Equestris dirigit Fræ-
nifactoriam ad suum finem. Milita-
ris Equestrem, & Polytica Militariẽ
Secũdo modo, quãdo ea quæ est su-
perior agit solum superiorem finẽ
contempiado, nullo modo per impe-

scientiæ dirigens ad illum, finem inferioris. Qua ratione Ethyca subalternatur Physicæ, agit enim Physica de recta hominis operatione, illius naturam contemplando, quæ est perfecta operatio partis intellectus Ethyca vero docet recte vitam instituire, ac mores componere, vt perfecte homo, bene nimirum, feliciterque vivere valeat. Ratione principiorum illa scientia est alteri subalternata, cuius principia in illa demonstrantur, siue demonstratione directa, siue ducente ad incommodum illud fiat. Primo modo Medicinæ subest Philosophiæ nature, quia ea principia quæ Medicus ad sua dogmata confirmanda assumit, de qualitatibus elementorum, de virtutibus, & facultatibus plantarum, & lapidum, sunt in Philosophiæ nature demonstrata. Altero modo demonstrata, scilicet ad incommodum ducente, Geometra subalternatur quodammodo Arithmeticæ, vt quando Geometria demonstrat diametrum quadrati non esse commensurabilem lateri, ex eo, quod inde fieret vnitate esse commenturabile numero, id est, quia haberet cum eo communem mensuram, quod in sua scientia Arithmeticus accurate explicat, ac demonstrat. Ratione denique subiecti illa scientia est alteri subalternata, cuius subiectum sub illius subiecto continetur, quomodo Musica subalternatur Arithmeticæ, quia subiectum illius est numerus sonorus, Arithmeticæ vero numerus: ac certum est numerum sonorum, sub numero absolute comprehendendi. Ex his tribus subalternationis generibus, hoc vltimum est quod vere, proprie, ac simpliciter, scientiam subalternatam constituit, nam primus & secundus in partibus vnus, atque eiusdem scientiæ possunt reperiri, etenim vna pars

scientiæ practicæ, potest alteri imperare vt ad suum finem sese accommodet in agendo. Conspicimus etiam in eadem scientia contemplatiua, vnus partis conclusio, sumi vt principia in aliis partibus ad conclusionem inferendas, vt in Philosophiæ nature conclusio quæ de motu in lib. physico. explicatur, sumuntur tanquam principia in lib. de cælo de ortu, & de anima. Cæterum quâdo obiectum superioris contrahitur per differentiam aliquam accidentariam, ad obiectum inferioris, vt sit in tertio genere, semper scientia quæ de obiecto ita contracto, agit diuersa est ab his, quæ agunt de obiecto superiori, quamuis differtendum non sit, fere semper secundum genus esse cum tertio coniunctum, nam si obiectum inferioris sub obiecto superioris comprehenditur, profecto principia quæ ab inferiori ad suum obiectum explicandum assumuntur, erunt in superiori propolita, ac explicata.

Huius subalternationis quatuor ab omnibus fere Metaphysicis, & Dialecticis solent proprietates assignari. Prima vt obiectum scientiæ subalternatæ sit magis pressum, magisque contractum, obiecto scientiæ subalternantis: nam obiectum Musicæ, quæ subalternatur Arithmeticæ, contractius multo est obiecto ipsius, agit enim Arithmetica de numero absolute, musica vero de numero non quolibet, sed sonoro, aut in sono contento. Secunda est, illud quod contrahit, ac coercet obiectum scientiæ subalternantis ad subalternatam, neque debet esse differentia aliqua essentialis, neque maxime propria obiecti contracti, neque debet illud in huiusmodi contrahente secundum essentiam includi. Ob defectum primi, scientia de animali participi rationis disputans,

Et hoc eodem modo metap. confir. aliarum artium princi.

Quæ condit. ad subalternat. necesse.

1. Cōdit.

2. Cōdit.

rans, non subalternatur illi, quæ agit de animali in cõmuni, quia particeps rationis est differentia quædam essentialis animalis. Ob defectum autem secundi (vt statim dicemus) nulla scientia Metaphy. subalternatur. Tertia est. Quod contra hit obiectum scientiæ subalternatur ad subalternatam, non debet esse aliqua proprietas alicuius inferioris, ob quam causam ea scientia quæ disputat de animali compotens risus, non subalternatur scientiæ de animali pertractantæ, quia animal contrahitur per compotem risus, quod est proprietas quædam hominis, qui est inferior animali quare quod contrahitur debet esse natura quædam accidentaria, & ab obiecto contrahito omnino extranea.

4. Con. Scientia subalternans explicat rem esse, & propter quid sit, subalternata vero, tantum explicat rem esse, indifferens autem relinquit propter quid illa sit. Id autem haud obscure visus est innuere Arist. in cap. dilens scientiam subalternantem vti demonstra. propter quid, altera vero subalternatam demonstratione quia, nã chirurgus (cuius scientia subest Geometriæ) cognoscit vulnera rotunda tardius curari, propter quid tamen hoc ita eueniat, hæc eius scientia nequaquam explicat: at Geometra qui Chirurgum sibi subalternat, non tantum tradit huius rei cognitionem, verum etiã eiusdem causam reddit, quia huius vulneris latera longius inter se distant, ac proinde difficilius possunt inter se coniungi. Hæc tamen conditio intelligi debet eo modo quod erit in q. 3. anobis illa explicanda. Hactenus cõmmunem exposuimus op. & quæ ad subalternationem requirantur ex omnium fere sententiã tradidimus. Ceterũ Caieta. acutissimus 1. p. q. 1. art. 2. alio modo

progreditur, inquit enim ad scientiarum subalternationem non esse hæc quatuor, quæ recensuimus, necessaria, sed vnum solum, nimirũ vt scientia subalternata, nõ habeat conclusiones in se, neque ex principiis, aut in principiis, intra proprios limites subalternatæ euidentes. Illud siquidẽ debet consti tuere scientiam subalternatam, ratione cuius ipsa a subalternante separatur: at hoc, quod diximus, est ratione cuius a subalternante separatur. Hoc autem vt explicet, adnotat nullam scientiam habere conclus. in se ipsa euidentes, sed in principiis, & ex principiis a quibus illa inferuntur, eum enim euidencia sit clara rei visio, quæ non aliunde ortum habet quam ex eo, quod principia nata sicut inferre conclusionẽ certo, & infal libiliter, profecto ab huiusmodi habitudine principiorum ad conclus. huiusmodi euidencia oritur. Inter est igitur inter scientiam subalternantem, & subalternatam, quod in subalternante, principia ex quibus oritur euidencia conclusionũ, sunt propria illius, & infra eiusdem limites explicantur: at in subalternata principia ex quibus euidencia conclus. dependet, non sunt ipsi propria, neque infra proprios limites declarantur, sed in scientia superior: subalternante. Vt in exemplo de Geometria, & Chirurgia, hoc principium, quæ longius distant difficilius curantur, ex quo dependet euidencia huius conclusionis: vulnera rotunda difficilius curantur, non explicatur neque demonstratur in Chirur. sed in Geometria, etenim Geometra hoc principium in hunc modũ concludit. Quæ difficilius cõiunguntur difficilius curantur: sed quæ longius distant difficilius cõiunguntur: ergo quæ longius distant difficilius curantur. Est igitur progius scientiæ subal-

Explicatio Caieta de subalternatione.

Quar. condit. ad subalternationem necessaria. i. Cõdit. 2. Cõdit.

ternatæ (in quo differt à subalternatæ) nō habere cōclusiones in se, neq. in principiis ab illa assumptis evidentes, sed in illis quæ in superiori scientia concluduntur. Ex quo fit vt Theologia nō sit vere subalternatæ scientiæ Beatorum, quia nō sita non habet conclu. in se, neque in principiis, aut ex principiis, quæ ab illa proponuntur evidentes, sunt enim hæc principia articuli fidei, qui nullam habent euidentiā, Theologia vero beatorum habet euidentiā suarum conclus. ex, & in principiis quæ in ipsa proprio lumine, nimirum gloriæ, manifestantur. Acuta sane huius rei explicatio, quam Son. i. 4. Metaph. q. 9 ante Caieta. inuere, visus fuit. Altera tamē, quam nos primo loco exposuimus est multo cōmuniōr, atque ita liberum erit vnicuique ex his duabus eligere, quam maluerit, opinionem.

Explicatur quedam appēdix dubitatio.

EX his facile quisque poterit de illa quæst. num omnes scientiæ sint Metaph. subalternatæ, iudicium ac sententiā ferre, asserendum enim erit, non esse subalternatæ, vera, ac propria subalternatione: quemadmodum etiam ante nos viri grauissimi Soncinas 4. metaph. q. 9. Lauellus 1. metaph. q. 2. Fladré. q. 8. art. 4. Durā. q. vlt. Prolo. & Fonseca vbi supra docuerunt. Et confirmare possumus primo. Quia in ple risque scientiis datur aliqua prima principia ita clara, euidentiā, & immediata, à quibus tota vis conclud. dependet, vt ad suam claritatē, & euidentiā, nulla egeant directā demonstrat. aut metaph. probatio

ne, vt in Geometria datur hoc principium, si ab æqualibus equalia demas, quæ supersunt sunt æqualia, & in Philosophia nature sunt etiā hæc principia. Quidquid fit, ex suo contrario fieri debet. Et omnis motus effici debet inter duos terminos à quo, & ad quem, idemque est de aliis iudicium. Secundo ex 2. proprietate, quam diximus esse ad subalternationem omnino necessariā. Obiectum scientiæ subalternantis minime debet in obiecto scientiæ subalternatæ aut in modo, vel differentia continente illud ad obiectū subalternatæ esse inclusum, sed nihil est quod subterfugere queat naturam entis, cum sit illud inime in rerum omnium modis, ac differentis inclusum, vt 2. lib. Transcenden. cap. 17. multis argum. dedimus confirmatum, ergo Metaph. nullā scientiam poterit sibi subalternare. Quod si Plato 7. lib. de Repub. Ari. 1. Physi. ca. p. 2. & 1. lib. de demonst. cap. 7. D. Th. in opus. de natu. gene. cap. 14. Proclus lib. 1. comment. in 1. element. Eucl. cap. 4. docere videantur reliquas scientias esse Metaph. subalternatas intelligendi sūt de impropria nō autem de propria subalternatione. Ex eo namque asserunt esse subalternatas, quia Metaphysi. argum. ducente ad incommo dum aliarum scientiarum principia nititur confirmare, vt nos supra cap. 7. exposuimus, quæ sane nō est propria, sed impropria, ac imperfecta subalternatio. Et quamuis M. Sotus vir sane de omni parte Philosophiæ benemeritus, in fine sine sui Prolo. categor. tradat metaph. omnes alias scientias, quæ in ente rei versantur sibi subalternare se melius inspecta. 1. Physi. q. 1. hanc nostram sentē. amplectitur. Licet ipsū interpretari possimus intelligendū esse ex in præfatione illa, eo modo, quo

1. Argu.

2. Argu.

Obiect.

Solutio

3. Arg.

2. A.

3. A.

quo superiores Philosophos intelli-
gendos esse docuimus, de subalter-
natione scilicet improprie dicta. Ve-
rum hæc ita breuiter sufficit attigisse,
quorum erit diffusior explicatio
ex prima Philosophia haurienda.

**QVÆSTIO. II. AN OB-
iectum scientiæ subalternatæ
sit vnum per se.**

Quamuis hæc quæstio pluribus
modis fuerit explicatu difficilis,
nitentur tamen eam facile, ac perspicue
explicare. Et quia tota hæc res illi
principio inniti videtur, nū de ente
per accidens detur scientia, (nam si
obiectum scientiæ subalternatæ est ens,
& vnum per accidens, consequens
fieri videtur de illo dari scientiam)
hæc quæstio erit imprimis exagitan-
da, nū scilicet de eiusdem genere
entis, possit aliqua scientia reperiri.
Et quidem nullam posse de ipso
scientiam esse perspicuis, primum,
verbis testatus est Arist. 6. Metaphy.
cap. 2. vbi multis argu. confirmat,
nullam scientiam, neq. practicam,
neque speculatiuam in hoc genere
entis versari vlla ratione posse.
Secundo Quod nequit diffiniri,
neq. sciri etiam poterit, quia
diffinitio est medium demonstrat.
& ex consequenti instrumentum
sciendi: sed ens per accidens
nequit diffiniri, quia partes
diffinitionis efficiunt vnum per se,
ex Arist. 8. Meta. cap. 6. at partes
entis per accidens non efficiunt
vnum per se; ergo ens per accidens
non poterit sciri. Tertio. Ens per
accidens nullas potest habere
proprietates, fluunt namq. illæ,
ab vna aliqua natura, quam
certum est, ens per accidens
non habere, ab eaq. proprietates
ordine quodam proficiuntur,
qui sane inter partes entis per

accidens reperiri nequit: sed in qua
libet vera, ac legitima scientia,
concludimus proprietates de subiecto:
ergo ens per accidens nullo modo
sub scientiam cadere poterit.

Caieta, q. hanc in commenta. hu-
ius cap. declarans, existimat, ob-
iectum scientiæ subalternatæ esse
vnum per se, non per accidens, putat
enim de ente per accidens nullam
scientiam, neque subalternantem,
neque subalternatam posse dari.
Modum autem quo obiectum subalter-
natæ sit vnum per se ita explicat.
Id per quod quidpiam diffinitur
cum re diffinita efficit vnum per
se, ac proinde cum differentia con-
trahens obiectum subalternantis
ad subalternatam, diffiniatur per
huiusmodi obiectum, si quis enim
vult diffinire sonorum, quod con-
trahit numerum ad Musicam, diffi-
niet illud, quod proportionate, &
numerate sonat, neque enim quem
libet sonum, vt illum qui ex ite-
duorum corporum solidorum nas-
citur, sed eum qui est in numero,
& proportionate Musicus cōtemplatur,
propterea ex differentia contrahen-
te obiectum subalternantis, ad sub-
alternatam, & ex eodem obiecto fiet
vnum per se, quod sibi subalterna-
ta tanquam obiectum suscipit ex-
plicandū. Sonci. 4. metaph. quæst.
9. in eadem etiam extitit sententia,
& opinione, scilicet obiectum scien-
tiæ subalternatæ esse vnum per se,
nulloque modo posse esse vnum
per accidens, quamuis diuersa ratio-
ne hanc opinionem proponat: Etenim
ex subiecto, & proprietate sibi
pari, & æquali, in scientiis cōstat
vnum per se: at in obiecto scientiæ
subalternatæ, differentia cōtrahens
subiectum subalternantis, est pro-
prietas obiecti subalternati, illi par
ac æqualis, nam quamuis, esse v. g.
sonorum, non sit proprietates nume-
ri, sed

Opinio
Caieta.

Opinio
Sonci.

1. Argu

Obiect

Solutio

1. argu.

2. Argu.

3. Argu.

ri sed illi accidat, veram numero sed est illius proprietates, esse sonori ob hanc causam obiectum scientiæ subalternatæ, non vnum per accidens sed simpliciter & absolute vnum erit per se. Sūt tamen multi recemiores viri periti, & nonnulli veteres, quos Soncinas in hac q. refert, qui exillimant obiectum scientiæ subalternatæ esse vnum per accidens, de quo veram scientiam dari posse fatentur. Nam numerus sonorus, & linea visualis, sunt entia per accidens, ex rebus diuersarum categor. constata, ex quantitate scilicet, & qualitate, quæ tamen à scientiis subalternatis vt musica, & perspectiua considerantur.

1. Obseruatio.

His opinionibus propositis, vt vt quæstionem diffiniamus, nonnulla erunt animaduertenda. Primum duplex esse ens per accidens, vnum quod constat ex rebus diuersarum categor. vt homo risibilis, numerus sonorus, & linea visualis: alterum vero quod casu, & forte fortuna, ab aliqua causa solet prouenire, vt inuenire thesaurum hominē terram fodientem, est ens per accidens huius generis, quia casu, ac fortuna ita euenit: non enim quilibet terram fodiens thesaurum inuenit.

2. Obseruatio.

Ex entibus per accidens primi generis, quædam habet certam, & diffinitam causam, vt homo risibilis, & homo canescens, nā risibile causam habet scilicet rationale, & canicies in eodem homine causam obtinet, quæ est humor putrescens in radicibus pilorum, qui vi caloris naturalis cōsumi nequit: alia vero nullam causam in subiecto sortiuntur, vt homo læsus, vel vulneratus, etenim vulnus, non ab aliquo principio interno, sed ab externa causa deriuatur. Addimus præterea ex entibus, quædam esse quæ nullam habent peculiarem difficul-

tatem, aut proprietatem ab eis dimanantem, vt vulnus illatum die dominica, vel festiua, aut futuri alicui: non enim ex eo quod fuit his diebus illatum, aut huic personæ, peculiarem continet difficultatem, & curationem: aliaque esse, quæ peculiarem aliquam continent difficultatem, vt quod vulnus fuerit influctum sacerdoti: vel proprietatem, vt si illud fuerit rotundum, proprium quippe horum est, difficilius curari. Ad extremum obseruetur, erit obiectum scientiæ subalternatæ, sumi posse, vel in genere rei, vel in genere scibilis. Sit exemplum in obiecto alicuius scientiæ subalternatæ, vt in linea visuali Linea, & color, (quo illa subiicitur visui) sumi possunt, aut in genere rei, vt scilicet sunt naturæ quædam sub variis generibus comprehensæ, linea sub quantitate coniuncta, color vero sub patibili qualitate: aut in genere scibilis ea nimirum ratione quæ hæc duo à Perspectiuo in sua scientia contemplantur. Sumuntur autē hac ratione quando per veram, ac legitimam causam cognoscuntur, quia scientia est cognitio reiper causam, quemadmodum si idem Perspectiuus contempletur lineam visualē, ita vt dicat illa apparare maiora, quæ per breuiorem lineam apparent, illa que minora, quæ per longiorem, contemplantur sane illas sub ratione scibilis, quia contemplantur illas in habitudine ad causam, quæ est, ea quæ per breuiorem lineam apparent videri per angulum maiorem, & quæ per longiorem per minorem angulum cerni.

Sit iam prima conclusio. De ente per accidens, quod ex rebus diuersarum categor. cōstat, si illud certam, ac peculiarem causam habuerit, potest dari vera, ac legitima scientia, vt de homine capaci risus, & de anima

3. Obseruatio.

1. Conclusio.

1. Argu. animali canescente. Confirmatur primo quia scire est temper causam intelligere, neq. enim aliud ad scientiam requiritur, quam rem per causam nouisse: sed hi effectus habent certam, ac distinctam causam a qua oriuntur: ergo poterunt ab aliqua scientia vere sciri. Secundo de hoc genere entis varias possumus proprietates concludere: sed illud potest sciri de quo possunt concludi proprietates, ergo de ente per accidens huius generis, poterit dari vera scientia. Maiorem confirmamus, quia de homine canescente vel senē possumus concludere has proprietates ordine quodam inter se connexas, esse parua spei, auarum tenacem, suspiciosum, & morosum.

2. Conclu. Secunda conclusio. De ente per accidens, quod peculiarem in se continet difficultatem, vel a quo aliqua proprietates dimanant, datur vera, ac legitima scientia. Imprimis dari de illo quod habet priuatam difficultatem, confirmatur quia vulnus inflicum sacerdoti, aut sacris ordinibus iniuncto Philosophia moralis & christiana Theologia per se contemplatur, Philosophus qui de moralis explicans illum, qui sacerdoti tale vulnus inflixit, contra religionem peccasse, Theologus vero docens hunc eundem in excommunicationis sententiam incidisse: iam ergo de ente per accidens huius generis, vera scientia dari poterit. Præterea de alio a quo fluunt proprietates dari quoq. veram scientiam confirmamus, quia vulnus rotundum est ens per accidens, cuius difficilis curatio a chirurgo suscipitur explicanda, docet siquidem ille hanc proprietatem, scilicet, in ter vulnera, nullum esse quod tardius aut difficilius curetur, quam rotundum. Diximus de ente per accidens quod obtinet priuatam aliquam

difficultatem, vel a quo aliqua proprietates dimanant, quia si nullam obtinuerit difficultatem, vel ab eo non fluxerit aliqua proprietates, nulla ratione poterit sciri. Vnde vulnus inflicum sacerdoti, in medicina nequaquam sciri potest, quia in illa nullam obtinet peculiarem difficultatem, parum enim curat Medicus ad medendum sitne vulneratus sacerdos, vel quis alius: neque de inuentione thesauri a fodiente terra potest aliqua scientia esse, quia ab hoc ente per accidens, quod casu euenit, nullæ fluunt proprietates.

Tertia conclusio. Obiectum scientiæ subalternatæ est ens, & vnum per accidens, si partes illius componentes in genere naturæ ac rei considerentur. Confirmatur aduersus Soncinatem & Caietan. primo. Ex omnium Philosophorum sententia,

quæ in superiori quæst. exposuimus, differentia quam addit scientia subalternata obiecto scientiæ subalternantis, est ipsi obiecto accidentaria; sed ex subiecto & accidente fit ens, & vnum per accidens, vt s. lib. Metaphy. cap. 7. Arist. profitetur: ergo obiectum scientiæ subalternatæ erit vnum per accidens. Præterea. Li-

nea visualis est obiectum scientiæ subalternatæ, scilicet Perspectiua, & numerus sonorus, est obiectum musicæ, quæ est etiam scientia subalternata: sed hæc obiecta sunt entia per accidens. primo, quia esse sonorum accidit numero, sicut & esse visuale lineæ, nam potest dari numerus sine sono, & lineæ sine colore, secundo, quia ex rebus diuersarum categor. nequit fieri vnum per se sed per accidens: at lineæ visibilis conflat ex lineæ, quæ est quantitas coniuncta, ac ex colore, qui est partibilis qualitas, itidemque numerus sonorus coalescit ex numero qui est quantitas diiuncta, & ex sono, qui

ie
ri
it
a
e,
at
ie
ie
n,
g-
r; 3. Obser
uatio.
el
in
na
o-
ni
et
ge
ub
ro
e-
ua
n-
té
ac
r,
au
f-
i-
a-
op
o-
as
n-
a,
i-
m
er
te 1. Con-
clu.
er
e-
té
de
na

3. Con-
clusio.
1. Argu.
2. Argu.

3. Argu. sub eadem patibili qualitate comprehenditur: ergo obiectum scientiæ subalternatæ erit vnum per accidens. Rursus. Si quid obstatet quo minus non posset obiectum scientiæ subalternatæ esse vnum per accidens, id esset, quia de hoc genere entis nulla scientia esse potest: at, vt in superiori assertione superest confirmatum, vera de illo scientia dari potest: ergo poterit esse obiectum scientiæ subalternatæ vnum, & ens per accidens.

4. Con. Quarta cōclusio. Obiectum scientiæ subalternatæ in ratione scibilis, est vnum per se. Confirmatur imprimis, ex Arist. qui 4. lib. metaph. ca. 2. & 11. cap. 6. profiteretur obiectum cuiuslibet scientiæ debere esse vnū per se, vel vnitatem synonymiæ, vel analogiæ: sed quæ sunt vnum aliqua ex his duabus vnitatibus, sunt vnum per se, nam 5. lib. metaph. cap. 6. vnum per se diuidit in illud quod est vnum genere, specie, & numero, quæ est vnitatis synonymiæ, & secundum analogiam: ergo obiectum scientiæ subalternatæ in ratione scibilis, erit vnum per se.

2. Argu. Obiectum scientiæ subalternatæ potest diffiniri, ergo erit vnum per se. Antecedens certissimum est, cōfirmatur consequen. quia quod diffinitur debet esse vnum ex Arist.

3. Argu. 8. Metaphy cap. 6. Et tandem ex vnitatem medij. In demonstra. debet vnitatis obiecti in genere scibilis ex vnitatem medij depromi: sed in demonstra. medium est causa: ergo vnitatis in genere scibilis ex causa deprometur. At scientia subalternata fertur in suum obiectum ratione alicuius cause, vt Chirurgia in curationem difficilem vulneris rotundi, quia latera eius magis inter se distant, & Perspectiua in illud quod est, ea quæ per breuiorem lineam videntur, maiora apparere, & quæ

per longiorem minora, quia illa per maiorem, hæc vero per minorem angulum videntur: ergo obiectum scientiæ subalternatæ in genere scibilis erit vnum per se.

Iam ad argum. Ad primum respon. Arist. loquurum esse eo loco de ente per accidens, quod non habet certam aliquam, & diffinitam causam, nam hoc nulli scientiæ neque practicæ, neque speculatiuæ potest subiacere: at nos tantum loquuti sumus de ente per accidens quod habet certam & diffinitam causam. Vel respon. ens per accidens posse sumi duobus modis, Primo tanquam conclusio demonstrata, vt v. g. vulnus rotundum sumi potest, vel tanquam subiectum conclusionis quando nimirum de illo concludimus hanc proprietatem, quæ est, tardius, & difficilius curari, vel tanquam cōclus. demonstrata, vt si de vulnere concluderemus illud esse rotundum. Itaque de ente per accidens tanquam de vero subiecto potest dari scientia, nam de illo ita sumpto possumus nonnullas proprietates demonstrare, vt de vulnere rotundo, hanc quam proxime diximus, & de homine senescente, esse auarum, paræ spei, morosum, ac alias. Verum de illo tanquam de conclu. nulla scientia dari potest, quia partes entis per accidens non necessario vniuntur, vt figura rotunda non necessario vnitur cum vulnere, neque senectus aut canities cū homine. Arist. igitur inquiringens de ente per accidens non dari scientiam, intelligendus est de illo tanquam de conclusione: nos vero cōtrarium asserentes de eodem loquuti sumus. Ad secundum respon. im

Ad 1. argum.

Ad 2.

sed

sed per quodlibet genus causę possumus aliquid demonstrare, perfectęque alicuius rei scientiam comparare, ac proinde quamuis hoc genus entis de quo egimus, non possit diffiniri, cum tamen habeat veram, & legitimam causam a qua fluat, poterit illud vere sciri. Iterũ dicimus quod quãvis exactissima diffinitione quę ex solis attribut. essentialibus constet, hoc genus entis non possit diffiniri, potest tamẽ per illam diffiniri, qua fat est ad scientiam assequendam, quemadmodum homo canescens, aut senescens, diffiniri potest animal cuius humor radicibus capillorum adhęrens, nequit a calore naturali absumi: quę sane diffinitio optima est ad concludendum de illo aliquas proprietates. Vel tandem respond. quod quamuis ens per accidens in genere rei non possit diffiniri, potest nihilominus in genere scibilis, quia illud hac ratione est vnũ per se, vt in vlti. conclu. exposuimus. Ad vltim. respõ. ostendisse nos in quęst. nonnullas proprietates, quę de ente per accidens oriuntur, iam enim diximus a vulnere rotundo oriri hanc, quę est tardius, ac difficilior curari & ab homine senescente, esse auarũ, morosum, & tenacẽ.

Q V A E S T. III. Q V A R A
tione scientiæ subalternatę in
sua obiecta feratur.

NON parum in hac disputa de scientiarũ subalternat. continet difficultatem, qua ratione scientia subalternata in suum obiectum feratur, explicare. Etenim cum obiectum illius sitens constat ex rebus diuersarum catego. (vt in sup. q. exposuimus) vt linea y sua.

lis, v. g. componitur ex linea, quę est quantitas coniuncta, & ex colore qui est patibilis qualitas, & numerus sonorus componitur ex numero, qui est quantitas diuina, & ex sono qui sub eadem patibili quãtitate cõtinetur: mubitatio est, quid scientia subalternata, vt musica v. g. cõtempletur in numero sonoro, num vtramque partem, numerum, & sonum, vel alteram tantum, vel aggregatum ex vtroque, vel tandẽ aliquid tertium ex vnione vtriusque confurgens: Sunt qui opinentur aggregatum ex vtroque a subalternata contẽplari. Nec desunt qui non aggregatum, sed tertium quoddam ex vtroque promanans, scientiæ subalternatę subiecti arbitrentur. Alij vero putant per se tantum considerari differentiam, contrahentem, per accidens vero obiectum ab ea contractum, vt musica per se tantum contẽplatur sonum, per accidens vero numerum ab eo contractum. Vnde quemadmodum visus per se tantum fertur in colorem & per accidens in parietem ab ea affectum: ita etiã musica per se solum considerat sonum, per accidens vero numerum quem sonus ipse afficit. Quęnam autem sit nostra de hac re sententia his assertionibus explicamus.

Prima conclusio. Scientia subalternata non contẽplatur aggregatũ ex obiecto, & differentia contrahente. Confirmatur aduersus 1. opinionem primo. Quia in qualibet scientia assignari debet vna aliqua ratio formalis obiecti, quam sibi ipsa cõtemplandam proponat: at in huiusmodi aggregato non potest vna aliqua formalis ratio assignari. Secundo quia tale aggregatum est ens per accidens, nam est constat ex rebus diuersarum catego. at huiusmodi ens per accidens non potest ab

Oooo 5 aliqua

1. Opin.
2. Opin.
3. Opin.

1. Con.

Ad 1, ar
gumen.

Ad 3.

Ad 2.

aliqua scientia contemplari vt Arist. 6. Metaphy. cap. 2. proficitur. Tertio quia huiusmodi aggregatū neque habet causam aliquam per se, neque definitionem: at illa tantum possunt sub aliqua scientia cōprehendi, quæ vel causam per se, vel definitionem obtinuerint.

2. Con. Secunda conclusio. Scientiæ subalternatæ non considerant tertium aliquod compositum, ex subiecto, & differentia contrahente, vt alii quos in secunda opinione recensimus, constituebant, Confirmatur primo, quia hoc tertium ex ytraque parte ita constitutum, esset totum quoddam accidentarium, neque certam aliquam causam per se, neque definitionem obtineret: certum autem est, totum accidentarium, à nulla scientia considerari. Secundo, quia nullus hactenus docuit, obiectum Musicæ non esse numerum sonorū, sed aliquid ex numero, & sono resultans, aut obiectum Perspectiæ non esse lineam visualem, sed quidpiam ex linea & colore confurgens: iam igitur non erit tertium aliquid ex differentia, & subiecto constitutum, quod à scientia subalternata consideratur.

3. Con. Tertia conclusio. Scientiæ subalternatæ differentiam contrahentem considerant tanquam rationem formalem, subiectum vero contractū tanquam materiam, vel rationem materialem. Itaque Perspectiæ formaliter contemplatur rationem visibilis in linea, & materialiter lineam ipsam, vel magnitudinem colore affectam. Hanc proficitur Ferrar. in Annota. huius cap. quam eandem innuere visus est Soncinas 4. li. Metaphy. q. 13. ad 2. Confirmarique illa potest, quia in omnibus aliis scientiis datur aliquid tanquam materiale, & aliquid tanquam formale contemplandum, vt in philosophia na-

turæ, mobilitas est ratio formalis quæ consideratur, eas vero mobilitate affectum, est illud quod materialiter apprehenditur, ergo & in scientiis subalternatis, differentia erit formaliter cōtemplatum &c. Interest igitur inter Geometriam v. g. & Perspectiuam, quia Geometria agit de linea ab omni materia sensibili, & colore separata, perspectiua vero eandem contemplatur, vt contractam, & limitatam per colorem, ad esse visibile, ita tamen, vt esse visibile formaliter, magnitudinem vero materialiter contempletur.

4. Con. Quarta conclusio. Scientiæ subalternatæ, per se vtrumque & differentiam contrahentem, & subiectū contractum considerant, non tamē primo, sed differentiam primo, & subiectum secundario. Hanc proficitur & explicat acutissimus Caiet. in digressionem quadam de subalternatione scientiarum huic cap. annexa. Et quidem scientiam subalternatam vtrumque per se contemplari, confirmatur ex Musica, quæ per se in numero sonoro versatur, non enim agit illa de numero absolute, hoc enim munus est Arithmeticæ, neque de sono absolute, quia de illo ita agere spectat ad Philosophiæ naturam, sed agit de numero in sonis vel de sono, vt cum numero quadam proportionem cōiungere videtur: at nihil est aliud considerare numerum in sono, vel sonum vt numero proportionatum, quam per se vtrumque & sonum, & numerum cōtemplari. Cæterum non primo vtrumque, ab hac scientia considerari sed ordine quodam, ita vt vnum primo loco, & alterum secundo consideretur, confirmatur primo, quia inter partes obiecti alicuius scientiæ, debet aliquis ordo iuxta rationem prioris, & posterioris interuenire. Confirma, secundo quia Musica

fica contemplatur proportionem, & deinde sonū, cui huiusmodi numerorum proportio applicatur, agitur enim de modulatione, quæ nihil est aliud, quam proportionata quædam soni, vel vocis emissio, & perspectiua primo contemplatur rationem visibilis, deinde vero magnitudinem ab ea affectam. Itaque quemadmodum in facultatibus sentiendi, visus per se fertur in lumen & colorem, non tamen primo, sed primo in lumen, & secundario in colorem: ita etiam scientiæ subalterнатæ, primo, & per se feruntur in differentiam contrahentem, secundario tamen, & per se, in obiectum contractum. In hac ergo quæstio, sequatur qui voluerit vel hæc Caietani, vel alteram Ferræ, opi, mihi enim, cum neutra alteri aduersetur, vtramque libuit amplecti.

QVÆST. III. AN SCIENTIA subalternans progrediat per causam remotam.

Quænam sit demonstrat, quæ progreditur per causam remotam, in superio. secti. luculenter satis exposuimus, sequitur vt discutiamus num scientiæ subalternantes progrediantur per causam remotam, vtaturque ea demonstrat, quæ per huiusmodi genus causæ progreditur necne: Etenim non posse progredi per causam remotam his argum. demonstramus. Primum, Demonstratio quæ progreditur per causam remotam, est demonstrat. quia, & nõ propter quid, vt in superio. secti. abunde etiam explicuimus: sed scientia subalternans vtitur demonstrat, propter quid: ergo scientia subalternans non progredietur per causam remotam, Secundum. Demonstrat.

per causam remotam tantum fit in 2. figu. vt Arist. in hoc cap. docet: sed demonstrat. quibus vtitur subalternans, ad conclu. subalternata ostendendas, fieri possunt in 1. figura: ergo scientia subalternans, non progredietur per causam remotam. Minore ita confirmamus. Hanc conclusionem Chirurgicæ partes vulneris rotundi tardius curantur. Geometria in 1. figu. sic demonstrat. Quæ longius distant difficilius curantur, sed partes vulneris rotundi longius distant, ergo vulnus rotundum difficilius curatur, iam igitur scientia subalternans vtetur demonstrat. in 1. figura.

Hancq. difficilem reddunt verba quædam D. Tho. in commenta. D. Tho. huiuscap. lect. 25. in cuius fine hæc verba habet. Sciendum est autem quod illa differentia quia & propter quid. secundum diuersas scientias contrahitur sub altero dictorum modorum, scilicet quando fit demonstratio per causam remotam. In quibus verbis innuit aliquam ex scientiis subalternatis, vel subalternantibus vti demonstrat. per causam remotam progrediente. Ex his tamen, quænam sit illa, non explicat D. Tho. vt igitur illam explicemus, sequuti Caietani, qui illam (quæ uis obscure) explicat tamen acutissime, quibusdã distinctionibus vtetur. Distinctio. Prima, Duplex est causa remotactio, vna ad quam non sequitur immediate effectus, nisi fuerit illa per aliquam differentiam inferiorem essentialiter diuidentem contracta, qua ratione animal est causa risibilitatis, quia ex ipso solo, & immediate, nisi fuerit per rationale contractum, nequaquam sequetur risibilitas: alia vero est causa remota ex qua non sequitur effectus nisi alicui materiæ sibi accidentariæ applicetur, qua ratione figura rotunda, causa est difficilis curationis: etenim

4. Con.

1. Argu.

r. Distinctio.

nim illa nisi vulnere (quod est materia extrinseca, & accidentaria) fuerit applicata hunc effectum nequamquam poterit procreare. Interuenit autem inter hæc duo genera causarum latum discrimen, quia causa remota primi generis, non est præcipua causa effectus, imo vero neque absolute est illius causa, sicuti animal non est præcipua causa risibilitatis, imo neque absolute potest illam efficere, sed rationale est causa à qua huiusmodi proprietates dimanant: ac causa remota secundi generis est præcipua causa effectus nam figura rotunda causa est præcipua difficultatis curationis. Unde fit, ut in causam remotam primi generis, non efficiatur vltima effectus resolutio, bene tamen in causam secundi generis: atque ita si quis roget ob quã causam sit aliquid capax risus, non recte respon. ex eo esse, quia est animal, sed quia est particeps rationis: si tamen quis roget, ob quam causam vultus rotundum difficilius curetur, respon. (& recte quidem) quia est rotundum, nam in hac figura partes longi distant, ac ex consequenti, inter se difficilius coniungi queunt, quod causa est difficultatis curationis. Secunda distinctio est. Causi remotã secundi generis, duobus modis possumus cõreplari, primo absolute, & ut est ab omni materia auulsa, ut si sumamus circulũ ab omni materia separatam: secundo, ut sumitur ea ratione qua alicui materiae applicatur, quemadmodũ si eundem circulum ut applicatum vulnere consideremus. Tertia est. Duobus modis potest aliqua causa cognosci, primo ut res quædam est ut si quis motum Lunæ eiusq. virtutem, & influxum, absolute contẽpletur: secundo sub ratione, & conceptu causæ, ea nimirum ratione, qua ad aliquem effectum producen-

dum cognoscitur applicata, ut si quis eundem motum, & Lunæ facultatem, ea ratione, qua ex ipsa fluxus, & refluxus maris oriuntur, cõsideraret.

His distinctionib⁹ propositis, fit 1. Concl. Qui progreditur per causam remotam primi generis, non cognoscit propter quid rei, & effectus a se derivati. Hæc est perspicua, & conser. quia qui cognoscit animal non cognoscit propter quid risibilitatis: nam in illud nõ potest (ut diximus) huius effectus fieri vltima resolutio.

Secun. cõclu. Qui cognoscit causam remotam secũdi generis, ut res quædam est, non cognoscit propter quid rei, & effectus, qui ab ea promanat, ut qui cognosceret motum & facultatem Lunæ, in hac cognitione siltendo, & non conuertendo illam ad fluxum, & refluxum maris cognoscendum, hic certe non cognosceret propter quid, fluxus, & refluxus, & Geometra qui tantum cõtemplatur naturam circuli ab omni materia auulsam, non cognoscit propter quid vulnera rotunda difficilius curentur. Consermatur primo. Ad cognoscendũ propter quid effectus ex aliqua causa, debet causa sub conceptu causæ cognosci: sed causa cognita sub ratione cuiusdã rei, & non ut applicata effectui, nõ cognoscitur sub ceceptu causæ: ergo qui hoc modo cognosceret causã, non cognosceret propter quid effectus. Secun. Ad causam sub ratione cuiusdã rei, & non ut applicatam effectui nõ potest fieri vltima effectus resolutio, ergo, neque qui illam hoc modo acceptã, cognosceret, cognosceret propter quid effectus, nam tantum potest propter quid cognosci, quando illum vsque ad prima principio, & elementa resoluimus.

Tertia conclusio. Qui cognoscit eandem

2. Distinctio.

3. Distinctio.

1. Con.

2. Con.

4. C.

3. Con.

eandem

easdem causas remotas secundi generis, ut applicatas alicui materiae, vel ut applicatas ad aliquem effectum producendum, cognoscit vere & proprie propter quid illius effectus. Primo quia hic cognoscit causam sub conceptu causa: ad cognoscendum autem propter quid effectus, sufficit causam sub conceptu causa novisse. Deinde quia hac ratione potest in eam fieri ultima effectus resolutio, nam si quis cognoscit rotunditatem ut applicatam vulneri, optime idem ille difficile curationem in huiusmodi causam resoluit. Et si quis cognoverit vim, & facultatem Lunae, ut Oceano applicatam, is certe optime etiam resolvet fluxum, & refluxum maris, in huiusmodi causam, fluxus enim nihil aliud est quam aqua Oceani non posse se ipsa intra proprios limites continere, ac proinde necesse est ut illa ad loco fluat decliviora alienosque fines percurrat, quod certe a facultate iungit, quae preest aquis (aquam Oceani rarefaciente) ortu habet, nam quae sunt rariora, maiora locum occupant, neque possunt intra limites proprios coherere ad cognoscendum propter quid alicuius effectus, sufficit novisse illum ut in suam causam potest resolvi.

4. Con. Quarta conclusio. Scientia subalternans progreditur per causam remotam 2. generis, ea ratione, quae est applicata effectui. Confirmatur quia ad eam fit ultima effectus resolutio: at proprium est scientiae subalternantis, ut conclusiones subalternae in illam tandem, & ultimo re-

solvantur. Iam Geometria quae est subalternans, per causam remotam quae est, partes circuli inter se longius distare, confirmat vulnera rotunda tardius, & difficilius curari, et idem in aliis scientiis subalternantibus demonstrare poteramus ergo scientia subalternans per causam remotam progreditur. Et certe cum progredi per huiusmodi genus causae, nullam denotet imperfectionem, in scientia, non erit scientia subalternanti quae est perfectissima denegandum Ad D. Tho. igitur ut regrediamur dicimus illum intelligendum esse de scientia subalternante, tum propter rationes assignatas, tum etiam quia subalternans semper progreditur per causam at subalternata per effectum solum ac experientiam nonnunquam progreditur, ut D. Tho. in eodem loco testatur.

Ad argum. quae in initio proposuimus respon. Ad primum dicimus demonstrat quae progreditur per causam remotam primi generis esse demonstrata quae alteram vero, quae progreditur per causam remotam 2. generis dicimus esse propter quid, & nullo modo quia. Ad secundum dicimus demonstrat quae progreditur per causam remotam primi generis fieri in 2. figura quia saepe in ea construitur, interdum tamen in 1. figura confici posse iam fuit a nobis in superiori sect. confirmatum. At hoc de demonstratione quae per causam remotam 2. generis progreditur diffitemur, nam illa optime potest fieri in prima figura.

Explicatur D. Tho.

Ad 1027 gum.

Ad 21

PRI-



PRIMAM FIGURAM ES-

se demonstra. conficiendis a com-
modatam cap. II.

ARGUMENTVM.

DVo prestat in hoc cap. Arist. primam primam figuram esse demonstrationibus conficiendis maxime a commodatam secundum dari in propositionibus negantibus quasdam immediatas, non minus quam in affirmantibus, quod diffusa explicat oratione.

COMMENTARIA.

IN prima igitur parte explicat Arist. primam figuram esse demonstrat. constituendis maxime a commodatam. Id autem tribus argum. confirmat ex quibus primum sic se habet.

1. Argu.

A *Ex tribus figuris, &c.* Primum. Mathematicæ demonstra. quæ sunt perfectissimæ, ac omnes denique alia, quæ ostendunt cur res sit, fere in 1. figu efficiuntur, cum colligant affirmationem vniuersam: est ergo illa aptissima: Quod ex eo etiam confirmat, quia illud est certissimum, & potissimum, genus sciendi, quo scimus rem per causam, vt in Mathematica demonstrationib', reliquisque omnibus vniuersam affirmationem iuxta 1. figu. concludentibus contingit.

2. Argu.

B *Deinde hæc vna figura, &c.* Secundum. Diffinitio est medium in demonstratione: atqui illa nequit intelligi nisi ratione in 1. figura, quia cum ea, vel eius partes de diffinito concluduntur, affirmatiue & vniuersæ, in sola 1. figura fiet, nam 2. colligit conclus. negantem, tertia vero conclusionem infert particularem, ergo 1. figu. erit aptissima.

C *Tam vero hæc seipsa, &c.* Tertium. Sola 1. figura seipsa est contenta, cum in ea absque vilius alterius ope colligatur pronuntiatum vniuersum, at si suppositiones sint mediatae in eadem figura reuocantur ad prima principia: duæ vera alia figure, indigent prima, nam suppositiones mediatae ad colligendam vniuersam affirmationem, ad primam cuius ope indigent, rediguntur: igitur 1. figura erit apta demonstra. quæ vniuersam affirmantem concludit.

3. Argu.

D *Vt autem sunt quedam, &c.* Hoc etiam Arist. vt in affirmationibus, ita & in negationibus alias medio carere, alias vero illud ipsum habere, id enim est alterum *Inesse, vel non inesse alteri continuo.* Id est, affirmari, aut negari de alio, sine medio. Constituit vero qua duplex genus propositi. negantium. Primum est cum attributum illius est sub aliquo toto genere, non vero subiectum, potest que hæc negatio demonstrari per genus attributi. Huius generis censeri debet hæc negatio, nulla quantitas est homo, quæ in Camesstres ita suadetur. Omnis homo est animal: nulla quantitas est animal: nulla ergo quantitas est homo.

E *Par ratio erit, &c.* Secundum est 2. genus cum

1. genus propo. negantium.

2. genus cum

cum in negatione subiectu est sub aliquo toto genere, non autem attributum, huiusmodi est hac, nullus homo est quantitas, quae per genus hominis, nimirum animal, sic potest in Cesare demonstrari. Nulla quantitas est animal: omnis homo est animal, ergo, nullus homo est quantitas.

3. Genus

F Eodem porro modo, &c. Tertium est quando tam subiectum, quam attributu. negationis, sub aliquo toto genere comprehenditur, vt in hac euenit, nullus homo est scientia, quae bifariam potest demonstrari, primo per genus attributi in, Camestres, hoc modo. Omnis scientia est habitus: nullus homo est habitus, ergo nullus homo est scientia. Ac rursus per genus subiecti in Cesare hac alia ratione. Nulla scientia est animal: omnis homo est animal: igitur nullus homo est scientia. Quod si utrumque extremum sublit eadem generi proximo, tunc per ipsorum diffinitiones poterunt demonstrari, velut hac, nullus homo est leo, ita in Camestres demonstrabitur. Omnis homo est animal rationis compositus: nullus leo est eiuscemodi animal, ergo nullus homo est leo.

G Quod autem vsu euenire posse, &c. Interierit hic Arist. posse dari propositi. negantes, in quibus vnum extremum non spectet ad genus alterius, id quod iam supra in hinc auerat. Hoc autem ex eo demonstrat, quia rerum ordines, siue categor. suis limitibus contenta, non transeunt in alienos, cum sint impermixta, hoc est ita inter se affecta, vt res vnius ordinis, ac series, de re alterius ordinis, & categor. minime dicatur. Id vero intelligi oportet in formis, nam nulla quantitas (v. g.) est substantia, in paronymis namque falsum id ipsum comprobatur, cum omnes categor. paronyme, de substā

tia dicantur, vt videre est in his propositionibus, substantia est quantitas, est qualis, & in aliis id genus.

H *Si nihil reperitur, &c.* Ad insti tutum regrediens vitium negationis genus ait esse, quando neutrum ex illius extremis, sub aliquo genere continetur, quales ceteri debent illa in quibus vnum genus summū, de alio negatur, vt in hac contingit, nulla quantitas est qualitas. Hac nāq. & alia huius generis, sunt haud debite propositiones negantes immediatae, cum nihil habeant supra se, nec veras, & proprias diffinitiones, per quas demonstrari queant. Quod de medio superiori synonimo, & essentiali dictū putare, debemus quale non est esse ad categor. collatum, vt supra docuimus.

4. genus

secti. 7.
in cap.
6. categ.

I *Nam si quod medium habeat, &c.* Confirmat huius postremi generis propositi, nullum medium obtinere, quod de ipsis vniuerse, & affirmanter dicatur. Vel fieret inquit demonstratiua figura, vel in secunda, si hoc ita esset (tertiam praetermittens eo quod sic illa demonstrationibus inepto, praesertim eis, in quibus aliud quod primum de altero primo vniuerse negatur) atqui non in prima, in qua cum assumptio debeat esse affirmans, medium de subiecto negationis affirmari opus erit, sicque subiectum esset sub aliquo genere, quod falsum est in generibus summis.

K *At si in secunda, &c.* Quod autē neque in 2a figura medium de vtroque affirmari possit, ex eo Arist. ostendit, quia in hac figura, altera ex sumptionibus debet esse vniuersa negans, sicque alterum esse extremis debet sub vniuerso genere contineri, quod falsum est in generibus summis, illa ergo propositio negans cuius neutrum extremum est sub aliquo

ff
am
am
li-
iū.
ita,
s o-
uer
atae
pri
are,
nes
ersā
ius
r i-
v-
ūt.
cet
us,
dio
be-
non
ari,
Con
pro
um
r. genu
propo.
negan-
tium.
est
2. genu
um

aliquo genere comprehensum, erit haud dubie immediata, alterum quippe immediate de altero in ea negatur, cum sint illa primo diuersa. Vbi obiter animaduertim, praeter has praefatas propositiones, esse etiam alias negantes, ut cum duae aliquae differentiae, quae alicui generi proxime subiiciuntur, de se inuicem negantur, ut nullum par est impar, vel e

contra, ac praeterea cum una diffinitio negatur de alia, ut si dicerem nullum animal rationis copos est animal rationis expert ac e contra. Agunt nonnulli in hoc loco de propositionibus immediatis, verum quia huiusmodi disputatio abun- de satis fuit a nobis cap. 2. q. 7. explicata, consulto est a nobis praetermissa.

DE IGNORANTIA contraria scientiae. Cap. 12.

ARGVMENTVM CAP.

Duidit ignorantiam in ignorantiam simplicis negationis, & praeae affectionis, hocque in prima parte praefat: & deinde in secunda parte agit de postrema circa propositiones immediatas.

COMMENTARIA.

A Ignoratio autem aut qua &c. Cum sit eiusdem artificis agere de contrariis, ut medici de venenis simul, & antidotis disputare, egeritque haec Aristoteles de scientia demonstratiua, iam de eius contrario, ignorantia nempe, quae illi opponitur disputationem hoc loco instituit. Alia autem est ignorantia praeae negationis, quae illi proprie tribuitur qui est omni fere cognitione destitutus, quae quidem opponitur scientiae, ut priuatio: alia vero praeae affectionis, quae est error ex aliqua falsa vel pseudographa ratione ortus, opponiturque ista scientiae, ut contrarium. Et hoc modo agit de illa Aristoteles in hoc loco.

Quotuplex ignorantia.

1. Pars capit.

Quot modis eueniat ignorantia praeae affectionis.

B Haec autem dupliciter, &c. Ignorantia (aut) praeae affectionis, circa affirmatioes, & negationes immediatas (de mediatis enim sermo erit in cap. sequenti) dupliciter contingit, aut enim illa ignorantia est simplex,

quae scilicet absque syllogismo vltimo vel ex sola auctoritate oritur, ut si quis Democrati tantum auctoritate ductus, omnia ex atomis fieri crederet, vel ad alicuius tantum exemplum menti imbibitum, ut si quis ad instar Itulci Cleombroti praecipite se det, eo quod Philosophia sit meditatio mortis, cum tamen qui mortuus est, mortem meditari nequeat, vel ab experientia nascitur, ut si quis Solis paruae magnitudinis esse existimet, quia talis sui visui apparet: aut est quodammodo composita, ut pote medio syllogismo aliquo parta, quo decepti, concipimus aliquid veritati necessariae omnino oppositum. Quod si obiciat quispiam diuisionem hanc non bene coherere cum diffinitione assignata, in qua ignorantiam praeae affectionis ex syllogismo ortum trahere docuimus: Respon. Arist. Solum diffinisse ignorantiam oppositam scientiae, quae quidem media ratione pseudographa, demon-

Obicit

Solutio

Dispositio huius duplici ignorantiae

2. pars capit

monstratione è diametro opposita in mente igitur. Subiunxit autè dictionem latius patentem, vt ignorantia prauæ affectiones simplici reiecta, eam etiam arripere, quæ per rationem aliquam inducitur, de qua est ipsi in præsentis sermo.

C. *Ex simplici animi, &c.* Assignat discrimen inter has duas ignorantias prauæ affectionis. In prima (inquit) ignorantia vno tantummodo decipimur, in re nimirum ignorat: vt iuxta secundam multipliciter hallucinamur (id quod aperte nobis insuât verba illa, inscitia per rationem varia est & multiplex) nõ solum enim in conclusione, sed in suppositionibus etiam fallimur, cum ambæ illæ, vel altera saltem earum nequæat non esse falsa in ratione pseudographæ, quæ ignoracionem prauæ affectionis in nobis generat.

D. *Sic enim hæc, &c.* Acturus Arist. de hac secunda ignorantia prauæ affectionis, quæ tam circa propositionis mediatas, quam circa immediatas contingit, hanc postremam, quæ circa immediatas propositiones versatur, suscipit prius explicandam, docetque cû in principiis negantibus, scientia sit affirmans, vt nulla substantia est quantitas, ignorantia erit omnis substantia est quantitas. Et hæc bifariam tantum in z. figura concluditur, imprimis ex duabus suppositionibus falsis, quod bifariam etiam fit, semelcum accipitur medium à natura vtriusque extremi alienum, vt qualitas v. g. quæ, & à substantia, & à quantitate est aliena, fietque hic syllogismus. Omnis qualitas est quantitas: omnis substantia est qualitas: omnis igitur substantia est quantitas.

E. *Illud vero euenire potest, &c.* Ad dit potest rursus concludi etiam eandem vniuersam affirmationem falsam, ex suppositionibus non penitus,

sed aliqua tantum ex parte falsis, vt si ita agamus. Omne imperfectum est quantitas: sed omnis substantia est imperfecta: omnis igitur substantia est quantitas.

F. *At vera etiam potest, &c.* Probat iam quomodo ex proposito, vera, & assumpt. falsa immediatis, inferatur falsa concludi immediata, vt si simile connectamus argum. Omne continuum est quantitas: omnis qualitas est continuum: igitur omnis qualitas est quantitas. At cum sumitur medium transcendens, propositio erit falsa, vt in hoc argumento, est perspicuum. Omnes ens est substantia: omnis quantitas est ens: igitur omnis quantitas est substantia.

G. *Vt vero in eum quis, &c.* Docet quomodo ignorantia negans, velut, nullum volucre est animal, concludatur tam in i. quam in z. figu. Ac primum in prima trifariam. Imprimis supra medio, quod sub maiori extremo contineatur, gradiens scilicet, quo accepto huiusmodi syllogism. ex vtriusque falsis conuertet. Nullum gradiens est animal: omne volucre est gradiens, ergo nullum volucre est animal.

H. *Deinde vero ex altera, &c.* Deinde ex proposito, vera, ac assumpt. falsa id ipsum inferri poterit, si accipiat. tur mediū ab vtroque extremo diuersum, lignum videlicet, ad hunc modum. Nullum lignū est animal: omne volucre est lignum, ergo nullum volucre est animal. Additque Arist. hanc ignoracionem negantē, colligi non posse ex vtriusque præmissis veris, ex his namque necessum est, veram semper inferri concludi. Adde quod nequit reperiri medium de quo animal vere negetur, in proposito, ac de eodem in assumptione vere etiam affirmetur.

I. *Atque illud etiam, &c.* Denique

PPPP

potest

Discri.
huius
duplicis
ignora.

z. pars
capitis.

Obiect.

Solutio

potest præfata conclus. ex propo-
sitione falsa, & assumptione vera
colligi dūmodo accipiat medium
latius patens, quam vtrumque ex-
tremum vt, corpus v. g. hoc pacto.
Nullum corpus est animal, omne
volucre est corpus: nullum ergo
volucre est animal,

Quomo-
do eadē
ignora-
in z. fi-
gura cō-
tinent.

k Nunc de secunda figura, &c. Oſten-
dit iam quomodo eadem ignorātia
concludatur iuxta z. figuram, atq.
id minime posse ex ſumptionibus
omnino falsis conſequi. Dicitur ve-
ro propoſit. omnino falsa ab Arist.
in hoc loco, illa cuius contraria est
vera. Si ergo ex ſumptionibus om-
nino falsis, concluderetur ignoran-
tia negans, in z. figura, id hoc mo-
do efficeretur. Omne animal est li-
gnum: nullum volucre est lignum,
igitur, nullū volucre est animal hu-
ius ſumptiones sunt omnino falsæ,
& ita eis oppositæ propositiones,
nullum ſcilicet animal est lignū, &
omne volucre est lignum sunt om-
nino veræ: atqui hæ nequeunt esse
omnino veræ, cum nullū medium
excogitari poſſit, quod vere de
animali negetur, & de volucri af-

firmetur ergo &c.

L. Si vere vt sic utroque, &c. Adde-
Arist. quod licet hæc ignorātia, quā
præ manibus habemus, ex omnino
falsis non concludatur, ex his tamē
optime potest eadem colligi, quæ
ex altera ſolum parte ſint falsæ, ve-
ſi accipiat medium v. g. velut me-
dium, ſicque connectatur argum.
Omne animal est coruus: nullum
volucre est coruus: nullum ergo
volucre est animal.

M. Quod si alterutra tantum, &c. Sub-
iungit demum Arist. poſſe conclu-
di ex propoſit. vera, & aſſump. falsa
dum tamen accipiat medium
tāquam medium hoc modo. Om-
ne animal est animatum: nullum
volucre est animatum, ergo nullū
volucre est animal.

N. Similis porro non erit, &c. Ait tan-
dem eandem ignorantiam poſſe op-
time concludi ordine ſumptionum
mutato, ex propoſit. ſcilicet falsa,
& aſſumptione vera, lignum velut
medium ſumēdo, hoc modo. Om-
ne animal est lignum: nullum volu-
cre est lignum: nullum ergo volu-
cre est animal.

DE IGNORANTIA PRA- uæ affectionis propoſit. immedia- tæ. Caput 13.

ARGUMENTVM CAP.

EXpoſuit qua ratione ſit affecta ignorantia prauæ affectionis
circa propoſitiones immedias idipſum nūc explicat circa a-
lias mediatas propoſitiones, idque tam in aientibus, quam in ne-
gantibus.

COMMEN-

COMMENTARIA.

A Quando vero interiecto, &c. Docet hunc Arist. quo pacto oriatur ignorantia ex proposito mediatis, tam in 1. quam in 2. figura, ac quot modis id eueniat. Est autem hæc ignorantia nihil aliud, quam propositi contraria propositi mediata veræ. Duplex vero est illa: nam si propositi mediata fuerit vera affirmans, vt omnis homo sentit, eius ignorantia erit negans, nullus (scilicet) homo sentit, quod si propositi mediata vera negans extiterit, velut nullus homo est planta, eius ignorantia erit affirmans, scilicet, omnis homo est planta. Primum vero agit de ignorantia negante, quam dicit posse in 1. & 2. figura concludi. In prima vero tribus modis. Primo cum ambæ propositiones falsæ esse nequeunt, propositione tamen falsæ, assumptione autem veræ existente, idque bifariam, imprimis per medium proprium, quod ab Arist. dicitur illud quod est ad contrariam propositi, veram concludendum accommodatum, vt est illud mediū quod est eiusdem categor. cum extremis, vt animal. Id autem hoc modo fiet. Nullum animal sentit: omnis homo est animal, ergo nullus homo sentit. Assumptio, vero huius syllogismi veram esse debere probat Arist. qui eadem debet esse assumptio in veris, ac falsis syllogismis.

B Hæc dissimili ratio erit &c. Potest iterum eadem concludi, ex propositi falsæ, & assumpti, vera, per medium aliæque id est alterius categor. ab extremis, quod sit probabilè, maiori que extremo subiciatur, minori autem attribuatür, concludi, vt moueri a se ipso, idque ad hunc modū nihil quod a se mouetur sentit: omnis homo a se mouetur, nullus igitur

homo sentit.

C At vero si non adhibeat vr. &c. Concluditur secundo ignorantia negans ex vtraque falsæ, cum sumitur diuersum mediū, vt equus sentit, omnis homo est æquus, ergo nullus homo sentit.

D Sin de medio, &c. Vltimo concludi potest, ex propositione vera, & assumpti falsæ, ligno v. g. tāquam medio accepto, ad hunc modum. Nullum lignum sentit: omnis homo est lignum: nullus igitur homo sentit.

E Quædā si per secunda figura, &c. Id quomodo ignorantia negans in 2. figura concludi possit accurate in hac parte explicat Arist. inquit igitur iuxta illā non posse eiusdemodi concludi, ex vtriusque præmissis in totum falsis villo modo inferri, nullū enim medium esse potest (vt iam superiori cap. docuit) quod de vno vniuersæ affirmetur, de altero vero vniuersæ negetur, bene tamen posse eandem sequi ex vna in parte, & altera in totum falsæ, vel ex vtriusque in parte falsis, aut demum ex vna vera, & altera hoc eodem modo falsæ, siue propositi illa, siue assumpti, extiterit, vt ex superius adductis exemplis satis aperte constat.

F Nunc dicendum est, &c. Agit demum de ignorantia vniuersæ affirmantē mediata propositi, qualis est hæc, omnis homo est planta, quæ trifariam tantum in Barbara concludi potest. Imprimis ex propositi vera, & assumpti falsæ, idque vel per medium proprium, eiusdem scilicet categor. cum extremis, sicut animal, hoc modo, omne animal est planta, omnis homo est animal, ergo omnis homo est planta: vel per medium extraneum, alterius nempe categor. ab extremis, de quo maius extremū verè negetur, & quod rursus de minori extremo affirmetur,

tur, velut moueri à se, hac ratione. Omne quod à se mouetur est planta: atqui omnis homo à se mouetur omnis igitur homo est planta. Debere autem assump. esse verà ex eo Arif. probat, quia tam in veris, quàm in falsis syllogismis, assumptio semper est vera.

G Sin medium. *Or.* Potest secundo eadem conclusio inferri ex propofi. vera, & assump. falsa, si medium non sit proprium, maiori que extremo subiiciatur, minori autem attribuitur, sitque illud quercus, v. g. Omnis quercus est planta, omnis homo est quercus, igitur omnis homo est

planta.

H *At si non possit à enuntiatu, &c.* Vltimo concludi potest ex propofi. falsa, & assump. quæ vera, & falsa esse possit, vt si accipiatur scientia, tanquam medium, sicque fiat argum. Omnis scientia est animal: atqui omnis musica est scientia, ergo omnis musica est animal. Concludit tandem Aristo. ex his omnibus satis notum esse, quot, & quibus modis falsa opinio, siue ignorantia prauæ affectionis per ratiocinationem siue in propofi. habentibus mediis, siue illo destitutis inducatur.

DE IGNORANTIA SIMPLICIS NEGATIONIS Cap. 14.

ARGUMENTVM CAP.

VNica tantum parte cap. absoluit, in qua ita necessarios esse ad scientiam sensus esse docet, vt illis à motis, debeat & scientiæ illico ammoueri.

COMMENTARIA.

Controuersum est apud interpretes quodnam sit institutum Arif. in hoc cap. Quidam existimant ipsum instituere docere sensum esse accommodatum instrumentum sciendi imo ad scientiam consequendam omnino necessarium. Alij vero censent institutum Arif. esse de ignorantia simplicis negationis agere, nam cum in superioribus cap. egerit de ignorantia prauæ affectionis, æquum fuit in hoc cap. proxime subsequenti de ignorantia simplicis negationis disputare. Verum cum illa possit ex variis causis oriri, vt pote, vel quia aliquis non dedit operam litteris, siue id fuerit ob pau-

peritatem, siue ob ingenij imbecillitatem, vel ob aliam eiusmodi causam, illam ipsam, ex defectu sensuum potissime oriri proficitur. Vnde ita sensus ad scientiæ consequutionem desiderati docet, vt eis deficientibus, necesse esse fateamur nullam scientiam compari, nec aliquid sciri vllò modo posse: cæcus namque à natiuitate nullam scientiam consequi, nullumque de coloribus iudicium ferre potest. *Quidquid enim.* Demonstrat itaque vnico argumento sensus esse ad sciendum, & intelligendum simpliciter necessarios. Quidquid, inquit, scitur, aut scitur per inductionem, aut per demonstrationem: at quouis modo aliquid sciatur, sunt sensus omnino necessarii: *sensus potissimum oriri.*

Huiusmodi scientia ex defectu

Vnico argum. sensus ad sciē. necessa. requiri demon- stratur. erunt ergo sensus ad sciendum ne- cessarii. Confirmatur assumptio. Im- primis demonstrat. constat ex vni- uersis: sed neque sunt vniuersa à nō his cognosci, nisi prius sensu bene- ficio innotuerint nobis singularia: igitur etiā si aliquid per demonstr. sciatur, erunt sensus necessarii. De- inde de inductione scilicet illa confirmatur. Inductio est progres- sus quidā à singulari ad vniuersa: sed ad hanc progressum sunt sen- sus necessarii, cum eorum tantum sit percipere singularia: ad sciendū ergo siue per demonstrationem, si- ue per inductionem sensus necessa- rio requireatur.

QVÆSTIO VNICA AN
deficiente sensu deficiat etiā
scientia.

ET quidem deficiente sensu non esse opus scientiam interire, in hunc modum possumus demon- strare. Primo. Causa perfecte cog- nita, etiam potest esse effectus ab ea dimā- nans perfecte cognosci: at cæcus à natiuitate potest perfecte colorum causam agnoscere, illa namque est mutua quatuor primarum qualita- tum inter se mixtio, caliditatis ni- mirum, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis, quæ beneficio tactus pos- sunt ab homine cæco agnosci: quā- uis igitur sensus pereat, non prop- terea scientia peribit. Secundo. Nos habemus scientiam de Deo, ac sub- stantiis separatis: at illæ nequeunt nobis per sensus innotescere, cum sint res spirituales: deficiente igitur sensu non deficiet etiam scientia. Rursus. In Deo, & in angelis est ve- ra scientia: at illi sensibus sunt de- stituti: ad defectum igitur sensuum nequaquam scientiæ defectus con- sequetur.

In huius quæst. explicationem est quod primo obseruemus, scien- tiam tribus modis posse acquiri, pri- mo per inuentionem, secundo per doctrinam, ac tertio per infusionē diuinam iterum animaduertere o- portet, obiectum sensus iuxta Arist. 2. lib. de anima esse duplex, pro- prium vnum, alterum vero com- mune. Primum illud est quod ab vno tantum sensu percipitur, velut color respectu visus, ac sonus in ha- bitudine ad auditum. Alterum ve- ro secundum est illud, quod pluri- bus sensibus subicitur, sicut mag- nitudo, numerus, ac motus, magni- tudo enim potest à pluribus sensi- bus percipi, & numerus ab omnib⁹. Opus denique est adnotare, esse du- plicem cognitionem, distinctam v- nam alteram vero cōfusam. Distin- ctā est illa, quæ rem quo ad omnia sua essentialia attributa cognosci- mus, cōfusa autem dicitur quæ no- uimus rem iuxta aliqua tantum cō- muniā attributa, vsque ad ultimā rei differentiam minime adhuc per- uenientes.

His præmissis sit prima conclu- sio. Quamuis desit sensus siue à na- tiuitate, siue post ipsam, non derit scientia per infusionem. Confirma- tur Deus Opt. Max. qui scientiam hominibus intercedum infundere cō- suevit, nullo modo à sensibus de- pendet, ita vt eorum ope ad illam infundendam indigeat: quamuis ergo illi defuerint, nō derit nihilo minus scientia per infusionem.

Secunda conclusio. Deficiente sensu, deest etiam scientia ad cuius assecutionem ille deferuebat, estq. illa, quæ per inuentionem potest comparari. Vnde si quis cæcus nas- catur, nullo modo poterit is scien- tiam de coloribus per inuentionē obtinere. Confirmatur primo. Om- nis nostra cognitio habet ortum à

senibus: si ergo illi defuerint, nequaquam poterimus scientiam aliquam per inuentionem adipisci. Iterum, Intellectus humanus (quam diu fuerit anima vnita corpori) vtitur ad intelligendum phantasmatis bus at phantasmata sensuum ope, ac auxilio à rebus singularibus colliguntur, si igitur sensus desint, & scientiam tiam, quæ illorum beneficio acquiri poterat, desinere oportebit. Est vero imprimis animaduertendum conclusionem hanc esse intelligendam de scientia, quæ nata est per talem sensum in mente generari, quo quis est orbatus, non autem de illa, quæ per alium sensum adipisci potest. Esto enim quod cæcus scientiam de coloribus minime possit obtinere, potest nihilominus idem ipse odorem ac saporem scientiam sibi comparare. Iterum obseruari oportebit debere eandem intelligi de scientia respectu proprii obiecti huius, vel illius sensus, vt de scientia, v. g. de coloribus beneficio visus acquisita, nequaquam vero de scientia in ordine ad obiectum commune omnium, vel aliquorum saltem sensuum. Quamuis enim cæco desit scientia colorum, non tamen deest eidem scientia magnitudinis, vel numeri, beneficio quippe aliorum sensuum potest hæc communia obiecta percipere. Est denique intelligenda de defectu sensus à natiuitate, non autem post illam, si quis enim à natiuitate visum habuerit, quo deinde orbatus fuerit, hic certe optime poterit scientiam de coloribus obtinere.

3. Con. Tertia conclusio Quamuis deficiat sensus, potest adhuc haberi scientia de obiecto tali sensui proprio per doctrinam, ac disciplinam. Confirmatur, Potesť aliquis cæcum à natiuitate edocere; explicans illi quæ

nam sit natura coloris, quod genus quæ species, & quæ proprietates: poterit igitur aliquis per doctrinam, sensu etiam deficiente, scientiam nancisci. Erit nihilominus obseruandum scientiam non fore distinctam atque perfectam, sed obscuram potius, ac confusam. Quod ex eo constare poterit, quia cæcus à natiuitate, tali scientia media, nec modum, quo color distingregat visum, nec modum quod idem ab odore, vel sapore separatur, poterit nouisse, cum hi modi solum dumtaxat sensu percipiuntur. Erit itaque eiusdemmodi cognitio confusa, & indistincta. Ex his conclusionibus colligendum erit, nos in hac vita non posse vllomodo perfectam Dei Opt. Max. cognitionem ac scientiam consequi, quin etiam neque substantiarum separatarum, omnis quippe nostra cognitio habet ortum à sensibus: at Deus, & substantiæ separatae eum habeant esse spirituale sensibus minime subiiciuntur.

Iam ad argumenta. Ad primum respon. imprimis distinguendo propositionem, quia vel loquimur de causa, vt res quædam est, vel sub ratione cause. Ad cognoscendum igitur effectum non sat est nouisse causa primo modo, sed opus est eam secundo modo agnosci. At cæcus à natiuitate quantumuis cognoscere possit primas qualitates, vt res quædã sunt, non tamen eas nouisse potest vt cause colorum existunt: quare nec colores ipsos cognoscere poterit. Respon. iterum proposit. esse veram si causa & effectus eiusdem facultatis ope, & auxilio cognoscantur, si minus autem esse falsam: primæ vero qualitates, ac colores, non eiusdem facultatis adminiculo nobis innotescunt, colores namque per visum, primas autem qualitates per tactum apprehendimus, ac percipi-

1. Obse-
uatio.
circa
hanc cõ-
clusio.

Secun.

Tertio.

3. Con.

Confes.

Ad 1, ar-
gumen.
1. Solut.

2. Solut.

Ad
1. So

2. So

1. the

Secu

percipimus. Quamuis igitur cognoscat cæcus primas qualitates mediante sensu tactus, non tamen colores proinde cognoscere valebit.

Ad 1.
1. Solu. Ad secundum respon. primum huiusmodi scientiam fore imperfectā, de qua non est nobis sermo, cum de perfecta solum in hoc loco agamus. Respond. iterum posse etiam nos per sensus in cognitionem Dei ac substantiarum separatam venire, imperfecte tamen, nimisque obfecure nam per hos effectus inferiores, qui sensibus nostris obiciuntur, aliquam Dei cognitionem possumus a posteriori assequi, sicut & substantiarum separatam, At sensu deficiente quis dubitat fore etiam

eiusmodi scientiam defutura nisi Ad tertium aimus nobis tantum esse in hac quæst. sermonem de scientia humana, nequaquam vero de angelica nedum dediuina Animaduertendum tamen erit quod quando Aristo. in hoc eodem cap. docet inductionem & demonstra esse instrumenta sciendi, intelligendum illud est de instrumentis deseruientibus tertili operationem intellectus. Difiinitio enim etiam est instrumentum sciendi, quamuis simplex, sicutque ob id ab Arist. in hoc loco prætermisæ, vbi sola instrumenta coniuncta proponere insuebat.

Ad 3.

Obser.

Quia ea quæ in sequentibus capitibus traduntur ab Arist. facilissima sunt, sub breui paraphrasi fuimus illa complexi, nihil tamen prætermitentes eorum, quæ ab eo conscripta fuerunt, ac proinde & argumenta, diuisionemque capitum omittimus, quia parum necessaria illa esse iudicauimus.

**DE QVIBVSDAM
theorematibus cap. 15.**

In superioribus cap. de scientia & ignorantia accurate satis disputauit Arist. iam in sequentibus cap. ostendit non esse in infinitū in demonstrando progrediendum. Verū in hoc cap. tria theorem. cum tribus quæstionibus proponit.

1. theor. Primum. Omnis ratiocinatio debet tribus terminis constare, maiori scilicet extremo, minori, ac medio verbo. *Aique est vna, &c.* Secū.

Secun. Omnis ratiocinatio vel est aiens, vel negans. Aiens dicitur quæ ex vtraq. præmissa a ente infert etiam conclusionem aientem, cuiusmodi est omnis illa, quæ in Barbara efficitur. Negans è contra appellatur, in qua ex vna saltem præmissa negante, ac altera aiente, vt in celarent cō

tingit, conclusionem negantem colligimus. Horum exempla tamquam apertissima præmittimus. *At que in quidem, &c.* Tertium. Dialecticas & demonstrator differunt, quia cum Dialecticus dirigat suas conclusiones ad faciendam fidem, solum sumit media probabilia, quamuis sint propositiones mediatae: at demonstrator cum dirigat conclusiones suas ad scientiam sumit media necessaria, ac propositiones immediate.

Tertiū.

Ergo ponatur. Transitiam ad quæstiones proponendas. Earum prima ita se habet. Si ponamus v.g. Socratem in catego. substan. seu aliquid in finimum, quo non detur inferius, sitq. nobis deinde proxime ad hominem ascendendum, iterumque ad animal, demumque ad alia superiora, quæstio occurrit sine nobis

1. Quæstio.

Confes.

Ad 1, at gumen. 1. Solu.

2. Solu.

in huiusmodi ascensu in infinitum
vsque progrediendum, vel deueni-
endum potius ad aliquod supremum
quo nullum superius detur.

Secun.

Rursus ponatur. Secunda quæstio est,
num si e contra à genere supremo
incipientes ad inferiora descenda-
mus in infinitum progredi debeat-
mus, vel in aliquo potius infimo si-
stendum nobis sit, quo nihil inferi-
us esse queat? Sub elementis etiam
has vtriusq. tradit Arist. quæstiones,
quarum vnam ad ascensum, aliam
vero ad descensum per rectam Ca-
tego. cuiuslibet lineam spectare ad-

Tertia.

notat. *Existit porro,* Tertia quæstio. Si
statuimus duo extrema finita su-
premum vnum, & alterum infimū,
velut in Catego. substantia. Petrus est
extremum infimum, substantia su-
premum media, quæ inter hæc ex-
trema supremū & infimū interue-
niunt ut ne finita, & aliquo cer-
to numero comprehensa, vel infini-
ta poti⁹, & quæ vix enumerari pos-
sint. Docet ergo Arist. idem certe
esse has quæst. pertractare, quod in
quiret num in demonstracionibus
detur progressus in infinitum, vel
possint ne omnia euidēti probatio-
ne confirmari. Obseruat deinde has
quæst. non de solis propositionib⁹
aientibus, sed & de negantibus etiā
rogare. Tandemque illas in iis quæ
reciprocantur, ac conuertuntur,
nullum obtinere locum ostendit,
cum enim sint illa paria nequa-
quam in eis ascendere ac descendere
poterimus. Has vero quæstiones
sigillatim & scorsum in capit. se-
quentibus explicat Arist.

Obfer.

IN TER DVO EXTRE-
ma finita non dari media
infinita cap.

16.

EXplicat in hoc cap. q. 3. scilicet in-
ter duo extrema finita, quorum
vnum sit supremum, & alterum in-
fimum non dari media finita, id
autem sic confirmat. Si hæc media
essent infinita cum sint attributa per
quæ scimus, non possemus scire nisi
si omnia illa percurreremus: atqui
in finita nequæ uat mente percurrit
ergo hæc intermedia non erunt in-
finita.

Neque vero &c. Verum quia pote-
rat aliquis extimare rationem pro-
positam solum habere vim, quan-
do media ita sumuntur, vt vnum
alteri proxime attribuat, non au-
tem in aliis, quæ non ita attribuantur.
Hæc de causa Arist. docet in iis
quoque esse firmissimam rationem
aliter enim in probando sequeretur
idem incommo- dum, scilicet infini-
ta posse percurreri. Opportet igitur vt
fateamur, omnia intermedia qua-
uis ratione vsurpentur, esse finita,
certoque numero comprehensa.

DE ALIIS DVABVS quæstionibus cap. 17.

DVas alias quæst. cap. 13. propo-
sitas in hoc cap. declarat. Impri-
mis vero in demonstrat. neganti-
bus non posse dari progressum in
infinitum in demonstrando hæc ra-
tione. Demonstratio negans const-
tat ex altera aiente, & altera negan-
te: sed in aientibus nequit dari pro-
gressus in infinitum vt ex superio-
ri cap. constat. ergo cum ad accretio-
nem propositionum aientium ac-
crescat numerus negantium, & ad
diminutionem diminuat, neces-
se est tandem in negantibus deue-
niamus ad vltimum in quo sistam-
us.

Primus est &c. Illustrat hoc Arist.
quibuidā exemplis adhibitis in ele-
men-

mentis, nos satis duximus eadem in vocibus significantibus exprimere. Primum est in celarent. Nullum animal est numerus: sed omnis homo est animal: ergo nullus homo est numerus. Hæc etiam probari potest per animatum, corpus, & substantiam, & ita quando deus fuerit ad substantiam tibi est sitendum, idem quæ dixerim est, si sumantur loco mediæ verbi attributa numeri, quia cū primum deuentum fuerit ad primum attributum categoriæ erit tibi sitendum.

1. Dein. *Ac de illa quidem.* Proponit exemplum in secunda figura in secundo modo in elementis, nos vero in vocibus significantibus illud ita proponimus. Omnis numerus est quantitas: sed nullus homo est quantitas, ergo nullus homo est numerus.
2. Deni. *Tertia forma &c.* Proponit tertium exemplum in secundo modo tertie figure, scilicet in Selapton in elementis, nos vero ita illud proponimus in vocibus significantibus. Nullum animal rationis particeps est numerus: sed omne animal rationis particeps est homo: ergo aliquis homo non est numerus. Quia tamen aliquis poterat dubitare si ne hoc verum, & probetur per omnes figuras simul sumptas, an etiam per singulas figuras seorsum sumptas, id in singulis figuris esse certissimum, postque probari in demonstrando non esse progredendum in infinitum tam ascendendo, quam descendendo, in vltimis verbis cap. explicat Aristot.

NON POSSE DARI ATTRIBUTA IN FINITA CAP.

18.

Confirmat Arist. in hoc cap. tribus rationibus duabus proba-

bilibus & altera analytica, non posse dari attributa infinita. Adnotat tamen definitionem, cū sit adhibita gratia innotescendi rei naturam nullo modo posse constare ex infinitis. Observat deinde attributa esse in duplici differentia, quia quædam sunt accidentaria, vt candidum, & doctum, respectu hominis, & alia per se, vt animal particeps rationis.

Obser.

Vnde illud sequitur. His adnotatis est primum argum. Si attributa essent infinita, aut essent essentialia, aut accidentaria, non essentialia, quia hæc pertinent ad definitionem rei, quæ non potest constare ex infinitis non accidentaria, quia hæc cum colloentur in aliquo genere, necessario debent esse finita, ergo nullo modo poterunt esse attributa infinita.

Confir. 1. nō posse dari attributa infinita.

Atque vna quidem. Secundum. Si attributa essent infinita, cum illa per demonstrationem agnoscamus ad scientiam obtinendam essent infinita percurrenda: at hoc est aperte falsum, nequæ enim infinita mente comprehendit: igitur non erunt attributa infinita.

Secund.

Analytice autem. Tertium. In demonstrat, attributa quæ sequuntur pertinent ad 1. & 2. modum dicendi per se: atqui nullum ex his potest esse infinitum, simpliciter non illa quæ ad primum modum spectant: hæc namque ad definitionem pertinent, in qua non dantur attributa infinita: deinde neque illa quæ ad 2. modum attinent, sic enim infinita darentur eiusdem rei proprietates: nulla igitur ratione poterunt dari attributa infinita.

Tertiū & analyt.

DE QVIBVSDAM CONSECTARIJS CAP. 19.

Colligit Arist. tria consectaria ex superioribus. Primum est Quæ

3. Cōse.

to aliquod attribui, conuenit duobus subiectis, quorum vnum sub altero minime continetur, necesse est illud ipfis per aliquam naturam vtriusq. communem conuenire, vt sentire competit homini, & leoni, & quia homo sub leone non continetur, aut e conuerso, ideo sentire eis per quandam naturam vtriusq. communem, animalis scilicet, competit: secus est si vnum sub altero sit contentum non enim eis per aliam naturam ab eis diuersam competit, sed vni propter aliud, vt sentire competit animali, & homini, & quia homo continetur sub animali competit homini propter animal.

Secun. *Per spicuum porro.* Secundum. Si sit aliqua propositio mediata vt est hæc, homo est substantia, quot sunt media inter extrema, tot etiam demonstrat. poterit illa concludi, vt quia inter hominem & substantiam sunt media animal, animatum, & corpus: confirmare possumus hominem esse substantiam quia est animal, quia est animatus, & quia est corpus. Idemque iudicium est de propositione negante mediata. *In suis igitur, &c.* Tertium. In ratiocinationibus aientibus i. figuræ sumendum erit medium quod vnum extremum consequatur, alterum vero antecedat: at in negantibus cuiuscunque figuræ tale illud sumi oportebit, quod vni conueniat, alteri vero repugnet: demumque in aientibus tertiæ figuræ medium, quod vtriusque subiciatur, est vsurpandum.

Tertiū.

AN DEMONSTRATIO
vniuersa sit præstantior particulari necne?
Cap. 20.

260: Tres quaestiones in cap. sequentibus explicat Arist. Prima est

an demonstra. vniuersa sit particulari demonstra. præstantior. Secunda prætetne affirmans negati. Tertia an directæ demonstra. demonstra. ducenti ad incommodum antecellat. Nec vero demonstra. nomine accuratam solum demonstrationem, sed quamlibet demonstra. in cõmuni intelligit. In hoc autem capitulis eius in principio diuisionibus propositis in vniuersam & particularem, aientem & negantem, directam ac ducentem ad incommodum, primamque in vtriusque partem exagitat, tribus in primis argumentis demonstra. particularem nobiliorem esse vniuersam confirmans.

Ve queque. Primum. Illa demonstra. per quam certius rem cognoscimus præstantior censeri debet: at qui per demonstra. particularem certius rem cognoscimus, quã per vniuersam, certius namque cognoscimus Coriscum esse musicum quia est Choricus, quã quia est homo: erit ergo particularis demonstratio præstantior.

Præterea si. Secun. Demonstratio de re, quæ primo & perse existit, est nobilior quia ea quæ primo existit sunt nobiliora: atqui demonstra. particularis est de re quæ primo existit, cum existere sit singularium: ergo, &c. *Est porro.* Tertium. Illa demonstratio quæ est de re, quæ reuera est, ac nullum inducit errorem, præstantior est illa, quæ habetur de re, quæ nusquam est, falsasque inducit opiniones: at demonstratio particularis, est de re quæ reuera est, nullumque inducit errorem, de singularibus enim rebus summa est ac maxima apud Philosophos consensus, cum tamen multi occurrant errores, multæque falsæ opiniones circa res vniuersas: ergo demonstra. particularis erit vniuersa demonstra. præstantior. *At enim.* Antequam

Ad 1. gum

Ad 2.

Ad 3.

Y. ar. 350. co. fir. p.

1. argu.

Secun.

Tertiū.

Secun.

Terti.

quam veram opinionem explicet
dissoluit argu. proposita. Ad 1. res-
pon. nos certius, & accuratius scire
per demonstra. vniuersam, quam
per particulare, per vniuersam nã-
que rei causã cognoscimus, per par-
ticularem vero eandem non asse-
quimur, at vero scire perfecte est rei
causam cognoscere Respon. secun-
do vniuersa etiam existere quam-
uis non primo ac per se, sed secun-
dario in singularibus existant, qui-
bus longe præstantiora sunt ac ex-
cellentiora, cum per se neque orian-
tur, neq. intereant, neq. aliis muta-
tionibus, quibus singularia subji-
ciuntur, sint obnoxia. Respõdet ter-
tio vniuersa esse in rerũ natura nõ
ã singularibus separata, sed cum eis
continua, quod si aliquando indu-
cant in aliquem errorem non illud
ex parte rerũ, sed ex intellectus im-
becillitate promanat.

Ad 2.
I. argu.
Ad 3.
I. argu.
in con-
fir. p.

Præterea demonstratio. His argu. so-
lutis septem iam argu. demonstra.
vniuersam esse nobiliorem particu-
lari confirmat. Est primum. Illa de-
monstra. est nobilior qua media
cognoscimus rem per proximam, &
immediatam causam: sed per demõ-
stra. vniuersam scimus rem per pro-
ximam causam: igitur huiusmodi
demonstratio erit nobilior.

Præterea cum queritur. Secun. Illa
demonstra. est nobilior quã ita ex
immediatis coalescit, vt fiat in ea
ultima resolutio: atqui hoc est pro-
prium demonstrationi vniuersã
nam nullo pacto particularis demõ-
strat ex illis constituitur: ergo, &c.

Ad hæc quo magis. Tertium. Illa
demonstratio est minus perfecta,
quã magis accedit ad indiuidua,
sunt enim indiuidua tum imperfe-
ctiora, tum etiam numero fere infi-
nita, quare nec subsistentiam vlti-
mo modo cadunt: at particularis de-
mõstratio est huiusmodi: ergo, &c.

Secun.
Tertiũ.

Iam vero. Quartum. Illa demon-
stra. est perfectior per quã plura co-
gnoscimus: sed per demonstra. vni-
uersam plura cognoscimus, vniuer-
sis enim cognitio omnia etiam sin-
gularia habemus quodammodo
perspecta: erit ergo illa præstantior.

Sed etiam illud. Quintum. Illa de-
monstra. est nobilior, quã ex pro-
pinquioribus principis coalescit:
sed vniuersa est huiusmodi, attri-
buta namque propinquiora cuius-
libet rei, sunt vniuersa: ergo, &c.

Nos enim scientes. Sextum. Illa de-
monstra. est nobilior quã ex prio-
ribus constat, tales namq. esse de-
bent causã per quas scimus: atqui
demonstratio vniuersa coalescit ex
prioribus: ergo demonstra. vniuersa
erit nobilior. *Et vniuersa.* Septimum
Illa demonstratio debet nobilior
censeri, quã ad intellectum spectat:
at vniuersa demonstra. ad intelle-
ctum attinet, particularis autem ad
sensum, cum beneficio sensuũ sin-
gularia percipiamus, intellectus ve-
ro ope vniuersa: demonstratio igitur
vniuersa nobilior erit singula-
ria:

Quartũ
Quintũ
Sextum
Septi.

**DEMONSTRATIONEM
aientem nobiliorem esse
negante cap. 21.**

Confert iam demonstrat. aientẽ
cum negante, confirmatque tri-
bus argum. aientem neganti ante-
cellere. Primum est. Illa demonstra-
tio est cuiuslibet alteri antepõnenda,
quã paucioribus æget: sed demon-
stratio aientis est huiusmodi, nam hæc
conclus. aientis, omnis homo est sub-
stantia, his tãtum tribus mediis æ-
get, quẽ sunt animal, corpus anima-
tum, & corpus per quã confirme-
tur cum tam en hæc alia conclus. ne-
gans, nullus homo est linea, exigat
præter

Quartũ
Quintũ
Sextum
Septi.

I. argu.

Secun.

Tertiũ.

I. Argu.

Secun. præter media præfata ea etiam quæ à quantitate peti possunt: demonstratio igitur aiens multo nobilior erit negante.

Secun. *Iamvero*, Secundum. Illa demonstratio est nobilior quæ non indiget alia: sed aiens non indiget negante, bene tamen negans aiente, nam in omni demonstratione negante debemus sumere aliquam aientem propos. demonstrat. igitur aiens nobilior erit demonstrat. negante.

Tertio. *Postremo*, Tertium. Demonstratio ex perfectioribus & prioribus constans multo nobilior est: at qui demonstratio aiens est huiusmodi, ergo illa erit nobilior. Confirmatur a sumptio. Esse nobilior est & prior quam non esse: at demonstratio aiens significat esse, negans, autem non esse: erit igitur nobilior.

**DEMONSTRATIONEM
directam nobiliorem esse du-
centem ad incommodum. cap.
22.**

Quoniam autem &c. Ultimam tandem tractans hoc cap. q. probat Arist. demonstrat. directam esse multo potiorē ea, quæ ducit ad incommodum, idque præstat primo de demonstrat. directâ negante cuius hoc adducit exemplum. Nullum animal est lignum: omnis homo est animal, ergo nullus homo est lignum. Exemplum demonstrat. ducens ad incommodum hoc sit, quæ probetur illa propositio. nullum animal est lignum ad hunc modum. Si hæc est falsa, nullum animal est lignum, ergo opposita erit vera, omne animal est lignum. Si hæc est vera ita arguatur. Omne animal est lignum, omnis homo est animal, ergo omnis homo est lignum. Hæc

conclusio est perspicue falsi, nam repugnat omnium opinioni: ergo aliqua ex sumptionibus est falsa, falsum enim ex falso inferitur, non est autem adumptio, quæ in alia demonstrat. tanquam vera est admissa, ergo propositio, erit falsa nimirum omne animal est lignum; quæ si est falsa eius opposita erit vera, nullum animal est lignum.

Ac verborum quidem &c. Scribit in hac parte Arist. illas duas negantes, nullum animal est lignum, & nullus homo est lignum, convenire collocatione verborum simplicium, differre autem quia altera, id est, nullum animal est lignum, est prior, & notior, quam hæc alia, nullus homo est lignum, quoniam ea sunt priora complexionē, ex quibus complexio fit, at ex illa nullum animal est lignum, conficitur, hæc conclusio, nullus homo est lignum.

Neque enim quoquo modo &c. Quia poterat quisquam dicere illam proposit. nullum animal est lignum, non esse priorem, quia illa in demonstrat. ducente ad incommodum probatur per conclus. negantem, quæ posterior est. quod videtur absurdum. Respon. Arist. non quia ex illa conclus. destruimus oppositam propositionis, proinde illam maiorem propos. habere rationem conclus. illatæ, tãquam ex veris sumptionibus & principiis, quod reuera fieret si illa maior proposit. esset sub illa negatē assumpta, sicut pars sub toto, id est ut inferius sub superiorior: non ita est, nam hæc, nullum animal est lignum, non est sub illa, nullus homo est lignum, sed potius contra. *Quocirca*. Probat deniq. hoc argum. quod instituerat. Ea demonstrat. est nobilior, quæ fit ex notioribus & prioribus: at qui demonstrat. directâ negans est huiusmodi, non autem ducens ad incommodum: illa

Obiect.

I. A

z. Ar

Constit.

illa igitur debet nobilior censer
quam hæc altera: at demonstrat, af
firmans est etiã nobilior negãte di
recta, vt in superiori cap. diximus:

à fortiori ergo demonstrat, affir
mans multo potior erit ea, quæ du
cit ad incommodum.

Disputatio in ea quæ ab Ari sto. in cap. superioribus fuerunt enarrata, vnica sectio ne comprehensa.

ARGUMENTVM.

Quamuis ea quæ ab Arist. in superioribus capitibus
proposita fuerunt, ex se sint satis facilia, nihilominus
ne candidi lectores in nostris commentariis aliquid de
fideret, nonnullas quæstiones proposuimus, quibus illa il
lustriora multo reddantur.

*Quæst. prima possitne dari in attributis progressus
in infinitum.*

1. Arg. **E**T quidem dari posse confirma
tur primo. Species rerum pos
sunt augeri in infinitum, vt in
cap. de specie sectio 1. q. vltima do
cuius: at si ita auferentur daren
tur attributa infinita, & ex conse
quenti progressus in infinitum, iam
ergo in attributis poterimus pro
gredi in infinitum. Secundo. Inter
quælibet duo pũcta datur in quali
bet linea infinita puncta, nã datur
infinita partes continui, quas ne
esse est esse inter se punctis conne
xas, & copulatas, sed duo puncta
claudẽtia lineã, sunt extrema finita
ergo dari poterunt media infinita.

Iam in actionibus voluntatis, & in
relectus possumus progredi in infi
nitum, vt D. Tho. 12. q. 1. art. 4. ad
2. & 3. profertur, ergo etiam & in
attributis saltim accidentariis pote
rimus progredi in infinitum, quia
hæ actiones sunt quædam attribu
ta accidentaria.

His tamen nihil impredientibus,
sit conclusio. In attributis, quæ de
aliquo subiecto prædicantur, non
possumus progredi in infinitum,
imo neque inter duo extrema fini
ta, dari possunt media infinita. Le
gendi sunt Aegidius, & Venetus, Lo
uanien. Caieta. aliique interpretes

3. Argu.

Vnica
conclu.

in

in commentariis à cap. 15. vsque ad 18. Flandren. 1. lib. q. 37. Verforius q. 23. & Apollinaris q. 38. quæ certe pertissimè suaderi poterit a nobis, si prius illud tanquam firmissimè icicerimus fundamentum, attributa (præsertim ea, quæ de rebus secundum essentiam prædicantur) ad genus causæ formalis spectare. Primo, quia ita omnes Dialectici profitentur, ætentes attributa habere locum formæ, & subiecta materiæ. Secundo, quia Aristoteli docet. 2. Phisic. ca. 3. & 5. metaph. cap. 2. inquit enim partes definitionis (quæ sunt attributa essentialia) reuocandas esse ad genus causæ formalis. Hoc igitur tanquam certo iacto fundamento, propositam assertionem in hunc modum demonstramus. Qualis est habitudo causarum efficientium essentialiter subordinatarum, inter se, talis est quoque formati, sed in causis efficientibus non possumus progredi in infinitum, vt Aristoteli 2. metaph. cap. 2. demonstrat: quia si possemus progredi nullus effectus posset ab eis dimanare, infinita enim non possunt percurrri, vel pertransiri, ergo neque in causis formatibus poterimus progredi in infinitum: at attributa spectant ad genus causæ formalis (vt dedimus obseruatum) ergo in attributis nequam poterimus progredi in infinitum, ac proinde, neque inter duo extrema finita, dari poterunt media infinita.

Confir.
conclu.

Ad 1. ar.
gum.

Igitur ad argum. Ad primum dicimus Arist. intelligendum esse de progressu in infinitum attributorum quæ secundum actum rei conueniunt: vnde quod docet est, non posse dari attributa alicuius speciei quæ sint actu infinita, ac proinde neque in his posse dari progressum in infinitum, non tamen est intelligendus de attributis quæ eidem con-

ueniunt secundum potentiam, hac enim ratione nihil prohibet (neque enim nullam includit repugnantiam) quominus possint illa infinitum multiplicari, vt in numeris, quolibet dato, & addita vnitate, possunt illi augeri in infinitum: verum quia in demonstrationibus, & scientiis, non sunt ea quæ potentate, sed quæ sunt actu contemplanda, ob hanc causam docuit Aristoteli non esse in attributis progrediendum in infinitum. Ad secundum Venetus respondet omnia puncta eiusdem lineæ, esse eiusdem rationis, ac proinde constituere vnum quasi continuum, secundum numerum, & finitum, vnam nimirum lineam finitam, at attributa essentialia non sunt omnia eiusdem rationis, sed diuersa, suntque illa essentialiter subordinata. Quare non poterunt multiplicari in infinitum, quia essentialiter subordinata non possunt ita multiplicari, poterunt tamen puncta, quia sunt accidentia liter ordinata, & eiusdem rationis. Melius tamen dicimus, inter quolibet duo puncta claudenda lineæ, non dari puncta intrinseca, vel conuentientia actu, sed potentate, quia neque partes proportionales (quæ his punctis conueniunt) sunt in continuo actu, sed sola potentate, vt Aristoteli & eum eo omnes Philosopho. 6. Phisico. profitentur, quam solutionem Flandren. etiam attigerat. Ad tertium respon. In actionibus harum potentiarum, dari posse progressum in infinitum, non in actionibus secundum actum, ita vt possimus numerare actu infinitas intellectiones, aut volitiones, sed secundum potentatem, quia qualibet data, potest dari alia, & illa data alia, & sic in infinitum. Verum quia scientia non contemplatur ea, quæ sunt potentate, sed quæ actu rebus

Ad 1.
Solutio
Veneti.

Solutio
nostra.

Ad 3.
Solutio

confer-

2. Sol
Flan

2. Argu

5. Argu

conueniunt, ob hanc rationem docuit Aristot. non dari attributa infinita, neque in his esse in infinitum progrediendum. Vel cum Flandræ. dicitur us actiones intellectus esse accidentaliter ordinatas, in quibus sic ordinatis non negat Aristot. progressum in infinitum: at attributa quæ de re secundum essentiam dicuntur, sunt essentialiter subordinata, ac proinde non poterimus progredi in infinitum tantum enim in his quæ accidentaliter ordinantur, progressum in infinitum dissetetur Aristot.

Ad 1. Solutio Veneri.

QVAESTIO II. AN DEMONSTRAT. vniuersa sit nobilior particulari.

PROPofuerat etiam Aristot. hanc alteram quæst. in cap. 20. num demonstrat vniuersa sit potior particulari, quæ quamuis fuerit ab eo luculenter satis agitata, erit tamen de ea nobis iterum disputatio repetenda. Et certe demonstrat, particularem esse præstantiorem, vniuersa

Solutio nostra.

1. Argu- primo ita possumus suadere. Finis in quem fertur demonstrat. est scientia, vt cap. 2. huius t. lib. docuerat Aristot. sed demonstrat. particularis, a sequitur magis huiusmodi finem, ergo erit multo præstantior. Assumptio. confirmamus. Demonstrat. particularis generat scientiam in particulari, quemadmodum vniuersa eandem generat in communi: sed scientia in particulari est magis scientia, quam in communi: ergo demonstrat. particularis a sequetur magis finem demonstrat. quam vniuersa. Secundo. Scire rem confusa indistincta, & indeterminata cognitio, ne ignobilius multo est, quam scire perspicua, aperta, ac determinata cognitione: sed per demonstrat. vni-

Ad 3. Solutio.

uersam scimus aliquid confusa, indistincta, & indeterminata cognitione, est enim illud totum quoddam confusa cognitione multa completens, per particularem vero cognoscimus rem aliquam perspicua, aperta, ac omnino determinata cognitione, ergo demonstratio particularis erit nobilior vniuersa. Præterea. Illa est nobilior demonstrat. quæ per ea progreditur, quæ sunt sensibus viciniore: sed demonstrat. particularis est huiusmodi, nã progreditur illa ex singularib', quæ sensibus nostris sunt viciniore, ergo demonstrat. particularis erit multo nobilior. Maiorem proposit. ita confirmamus. Illa demonstrat. que vtitur certiorib' principiis, est multo nobilior: sed quæ progreditur per ea, quæ sunt sensibus viciniore progreditur per principia certissima nam progreditur per experientiam à qua certitudo principiorum est haurienda, vt testatur Aristot. 2. lib. de demonstrat. cap. 18. ergo illa demonstrat. est nobilior quæ progreditur per ea, quæ sunt sensibus viciniore.

3. Argu.

Vt tamen quæst. hanc explicare possimus, sciendũ erit duobus modis posse dici aliquam demonstrat. vniuersam, ex parte formæ, & ex parte materię. Illa dicitur vniuersa ex parte formæ, quæ sit in aliquo modo alicuius figuræ ex proposito vniuersis cõstituto, vt sunt illæ demonstrat. quæ sunt in Barbara, vel Celarent, nam dispositio in formæ, & figura, forma est demonstrat. Illa vero dicitur vniuersa ex parte materię, quæ constat ex proposito. de omni, per se, & attribut. vniuersis, vel secundum quod ipsum proposit. etenim ex quibus constat demonstrat. ad materiam, illius spectant. Legendi sunt Flandren. q. 43. art. 1. Versorius q. 24. Apollinaris q.

Obfer.

41. Albert. à Saxonia q. 30. Venetus, Aegidius, Caietanus, & alij in commenta. in cap. 20.

1. Con. Sit prima conclusio. Demonstrata vniuersa ex parte formæ, nobilior est particulari. Cõfirmatur. Illa demonstrat. est vniuersa ex parte formæ, quæ constat proposit. & conclu. vniuersa, particularis vero quæ constat vel altera ex præmissis, vel conclu. particulari; sed illa demonstrat. quæ constat ex præmissis, & conclu. vniuersis, est multo nobilior, quam ea quæ ex altera ex præmissis, vel ex conclu. particulari coalescit: etenim concludit eadem quæ concludit particularis, & multo plura; quando enim concludimur de homine vniuerso, esse capace[m] disciplinæ, id ipsum etiam concludimus de Socrate, homine particulari, & de pluribus alijs, vt Platone & Arist. ergo demonstrat. vniuersa ex parte formæ, erit nobilior particulari. Rursus, illa est nobilior demonstrat. quæ sit in 1. figu. & intermodos illius, illa quæ sit in 1. nimirum in Barbara, vt Arist. cap. 11. docuerat: sed demonstrat. quæ sit in Barbara, est vniuersa ex parte formæ, constat enim hic modus ex omnibus proposit. vniuersis, ergo demonstrat. vniuersa ex parte formæ, nobilior erit particulari.

2. Conclu. Secunda conclusio. Etiam ex parte materiæ illa quæ fuerit vniuersa, est nobilior particulari. Cõfirmatur, quia illa quæ constat ex proposit. attributi vniuersi, vel secundum quod ipsum, est nobilior altera quæ non constat ex proposit. huiusmodi attributi; sed demonstrat. vniuersa constat ex proposit. attributi vniuersi, non autem particularis, quia proprietates quam in conclu. de subiecto demonstramus, non primo competit particulari, sed vniuerso, & ex consequenti (cum idem

fit attributum dici vniuersæ, quod primo conuenire non erit attributi particulari, sed vniuersi, vt habere tres angulos æquales duobus rectis non primo competit Ilofeli, vel schalenon; sed triangulo, & habere naturam participem sensus, nõ primo conuenit homini, vel equo, sed animali, ergo demonstrat. vniuersa ex parte materiæ, erit longe nobilior particulari.

Ad primum argum. Venetus & alij dicunt, duplicem esse cognitionem confusam, vnam ex parte obiecti, quia est de obiecto confusa ratione suo ambitu multa continente, & alteram ex parte modi progrediendi, qualis est ea, quæ neque ex præmissis vniuersis, neque ex attribut. secundum quod ipsum, vel vniuerso progreditur, & quæ neque concludit proprietatem de subiecto adæquato. Itaque si agamus de cognitione confusa ex parte obiecti, demonstrat. vniuersa est confusior particulari, quia est de obiecto vniuerso, quod sub suble. multa singularia confusa ratione complectitur. Si vero agamus de cognitione confusa ex parte modi progrediendi, demonstrat. particularis est confusioribus multo progredietur, nam non progreditur ex præmissis vniuersis, neque ex attribut. vniuerso, vel secundum quod ipsum, neque concludit proprietatem de proprio & adæquato subiecto. Cognitionem autem confusa ex parte obiecti non aufert nobilitatem, sed altera quæ est ex parte modi progrediendi, sicque nobilior erit demonstrat. vniuersa, ac scientia per eam acquisita, quam demonstrat. particularis, & scientia quæ ab ipsa derivatur. Apertius tamen meliusque cum Caietano respondet vniuersam & particularem (& idem iudicium est de demonstrat. vniuersa, & parti-

Ad arg. Solutio Veneti & alij. Ad arg. Solutio Veneti & alij. Apterior. Care. Solutio.

gulari) sumi posse vel respectu v-
 nius, & eiusdem rei, respectu scilicet
 particularis, vel respectu diuersarū
 rerum, ita vt scientia vniuersa sic
 de rebus vniuersis, particularis ve
 vero de particularibus. Si sumas
 eue in re vna, & eadem particulari,
 certum est scientiam particularem
 esse nobiliorē, magisque rem ip-
 sam manifestare, quam explicet ab-
 terso vniuersa, magis enim, & aper-
 tius scimus Isoscelem habere tres
 angulos æquales duobus rectis, per
 propria, & priuata principia illius,
 quam per communia, quia est triā-
 gulum, vel hominem esse corpus
 animatum, quia est particeps ratio-
 nis, quam quia est animal. Si tamen
 respectu diuersorum conferantur,
 ita vt scientia vniuersa ad naturas
 vniuersas, & particularis ad particu-
 lares referantur nobilior multo est
 scientia vniuersa, quam particula-
 ris, nimirum explicat rem per propria,
 & adæquata principia, & secundū
 quod ipsum, quod non explicat par-
 ticularis, vt scientia qua scimus de
 homine vniuerso esse capacem dis-
 cipline, est per propria, & adæqua-
 ta principia, nimirum per esse ani-
 mal particeps rationis, quod sane
 principium est proprium hominis,
 & adæquatum, prædicaturque ca-
 pacitas discipline primo, vel secun-
 dum quod ipsum, de homine. Scien-
 tia vero, qua scimus Socratem par-
 ticularem esse capacem discipline,
 non est per propria, & adæquata
 principia, sed per communia, & ina-
 dæquata, nā est per esse animal par-
 ticeps rationis, quod commune est
 sibi cum aliis hominibus, neq̄ pri-
 mo de ipso prædicatur huiusmodi
 proprietate. Et quia Aristoteli non con-
 fert respectu vnius & eiusdem rei
 demonstrat. vniuersam, & particu-
 larem, ac scientias ab eis genitas,
 sed respectu diuersorum, ob hanc

causam docuit demonstrat. vniuer-
 sam, esse nobiliorē particulari. Ad
 secundum eodem modo responde-
 scientiam vniuersam respectu eius-
 dem res particularis esse confusam,
 & indeterminatem, particularem
 vero clarā, & distinctā, si tamen
 ad diuersa referantur, ita vt vniuer-
 sa ad naturam vniuersam, & in sin-
 gularis ad singularem applicentur,
 nō minus, imo magis distincta erit,
 & determinata (cum ex propriis &
 adæquatis procedatur) quam par-
 ticularis. Ad tertium dicimus aliud
 esse loqui de collectione, & aliud de
 certitudine principiorum: collectio
 quidem ex sensu fit, & experientia,
 nam quia experimur hoc totum esse
 nisi sua parte, & illud colligimus
 omne totū esse maius sua parte. Cer-
 titudo vero vel ex rei principis, vel
 ex cōsuetudine necessaria terminorū,
 est de præmeda, vt certitudo huius
 propositionis, homo est capax dis-
 cipline, derivatur ex illo principio
 omnis homo est animal particeps
 rationis, & certitudo huius alterius
 omne totum est maius sua parte,
 pendet ex necessitate totius, cū par-
 te habitudine, quare cum certitu-
 do non à sensu, sed ab intellectu na-
 ta sit apprehendi, cum sensus in res
 incertas, & fragiles sepe ferantur,
 non erit illa demonstratio nobilior
 quæ progreditur ex his quæ sunt
 sensibus viciniōra, quā potius ex
 his quæ sunt sensibus remotiora,
 intellectu vero viciniōra, ac proin-
 de non erit particularis, nobilior
 vniuersa.

QUESTIO III. AN DE-
 monstrat. aiens sit nobilior
 negante.

Conferamus etiam cum Aristoteli
 demonstrat. aiens cum negā-
 te, que

Ad arg.
 Solutio
 Veneri
 & alio.
 Ad 3.
 Ad 4.
 Ad 5.
 Ad 6.
 Ad 7.
 Ad 8.
 Ad 9.
 Ad 10.
 Ad 11.
 Ad 12.
 Ad 13.
 Ad 14.
 Ad 15.
 Ad 16.
 Ad 17.
 Ad 18.
 Ad 19.
 Ad 20.
 Ad 21.
 Ad 22.
 Ad 23.
 Ad 24.
 Ad 25.
 Ad 26.
 Ad 27.
 Ad 28.
 Ad 29.
 Ad 30.
 Ad 31.
 Ad 32.
 Ad 33.
 Ad 34.
 Ad 35.
 Ad 36.
 Ad 37.
 Ad 38.
 Ad 39.
 Ad 40.
 Ad 41.
 Ad 42.
 Ad 43.
 Ad 44.
 Ad 45.
 Ad 46.
 Ad 47.
 Ad 48.
 Ad 49.
 Ad 50.
 Ad 51.
 Ad 52.
 Ad 53.
 Ad 54.
 Ad 55.
 Ad 56.
 Ad 57.
 Ad 58.
 Ad 59.
 Ad 60.
 Ad 61.
 Ad 62.
 Ad 63.
 Ad 64.
 Ad 65.
 Ad 66.
 Ad 67.
 Ad 68.
 Ad 69.
 Ad 70.
 Ad 71.
 Ad 72.
 Ad 73.
 Ad 74.
 Ad 75.
 Ad 76.
 Ad 77.
 Ad 78.
 Ad 79.
 Ad 80.
 Ad 81.
 Ad 82.
 Ad 83.
 Ad 84.
 Ad 85.
 Ad 86.
 Ad 87.
 Ad 88.
 Ad 89.
 Ad 90.
 Ad 91.
 Ad 92.
 Ad 93.
 Ad 94.
 Ad 95.
 Ad 96.
 Ad 97.
 Ad 98.
 Ad 99.
 Ad 100.

te, quam scilicet ex illis sit altera nobilior, atque prestantior. Inter quas negantem esse prestantiorem his argu ostendimus. Primum. Illa demonstrat. est nobilior, quæ sit in pluribus figuris: sed negans sit in pluribus, quam affirmans, ergo erit potior affirmanti. Minor est aperta, quia negans sit in omnibus figuris, affirmans vero in prima tantum, & tertia figura fieri potest, nã in secunda omnes modi sunt negantes: maiorem vero proposuit, ita confirmamus. In causis illa est nobilior, quæ ad plures effectus producendos sese potest extendere, ut orbis cælestes sunt causæ nobiliores his corporibus inferioribus, quia possunt se ad plures effectus producendos dilatare, ergo & in demonstrat. illa quæ ad plures modos, & figuras se extendit, erit multo nobilior, vtriusque enim videtur esse vna, & eadem ratio, & analogia. Secundum. Demonstrat negans progreditur per causam remotam, nã quæ per hoc genus causæ progreditur sit in 2. figuris, ut diximus sect. 1. in cap. 10. q. 4. sed causam remotam est multo nobilior proxima, ut orbis cælestes qui sunt causæ remotæ, & intelligentiæ eos mouentes, sunt multo nobiliores causæ, quam equus, vel leo, qui sunt causæ proximæ, ergo demonstrat. negans erit multo nobilior affirmante. Præterea. Si affirmans esset nobilior negante, esset ob rationes propositas ab Arist. maxime vero propter tertiam, quia affirmans significat esse, negans non esse, esse autem prius est, ac nobilius quam non esse, ita enim argumentabatur Arist. atqui hæc ratio assumit falsum, quia esse non est prius, sed posterius, omne siquidem quod sit, efficitur ex non ente, tenditurque postea ad esse, ergo

demonstrat. aiens non erit saltem prior negante.

Cæterum sententia Arist. tam optimis & efficacibus argum. fuit ab eo cap. 21. confirmata, ut ad illam ostendendam nulla sit ope nostra, aut auxilio necessarium. Illico itaque erit argum. propositis satisfaciendum, de quorum solutione legendi sunt Caietan. & Venetus in hoc loco, Fladrensis lib. 1. q. 44. art. 1. Apollinaris q. 42. Veracrucis q. vnica cap. 17. Verforius q. 21. & alij quorū vestigia imitati, ita seorsum satisfacimus argum.

Ad primum respon. d. nobis modis posse aliquid se ad plura extendere, vno modo intensiue, & altero extensiue, ut in igne flamma, maior est extensiue calore, qui est in ferro candenti, calor vero qui in ferro reperitur, est maior intensiue, quia in eo maior portio caloris reperitur, quam in flamma, & ad maiorem copiam caloris generandam se se potest extendere. Est igitur demonstrat. negans extensiue maior ac potior aiente, quia in pluribus figuris fieri potest, non tamen intensiue, hæc enim ratione e contra, aiens est multo nobilior, ac longe perfectior negante. primo quia aiens, non eget ope negantis, cum possit dari demonstrat. ex solis proposit. aientibus, sine vlla negante, negans vero ita eget ope aientis, ut nisi in illa aliquam aientem proposit. v. superemus, in nulla figura construui vllomodo possit. Secundo quia maiorem claritatem, & certitudinem confert intellectui, quam negans, quod ex eo inter alia colligi potest, quia demonstrat. quæ sunt in Barbara maiorem conferunt certitudinem, ac claritatem, quam alia, quæ in aliis modis fieri possunt. Quare cum perfectio, ac nobilitas alicuius rei, non

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

Opinio
Arist.
vera.

Ad 1. argu.

Ad 3.

Opinio Arist. vera.

Ad 1. argumen.

Ad 3.

SEBA

ab extensione, sed ex intensione pe-
 ti debeat. demonstrat. aiens nobi-
 lior est negante. Ad secundam res-
 pon. imprimis causas remotas esse
 quidem magis causas, & nobiliores
 causis proximis vno modo, quia ni-
 miun habent maiorem vim, & fa-
 cultatem, & ad plures effectus se-
 possunt extendere, sunt tamen ex-
 dem alio modo ignobiliores. Pri-
 mo, quia ad ipsas non sequitur im-
 mediate effectus. Et secundo, quia
 effectus non est similis eidem: at a
 causis proximis immediate sequi-
 tur effectus, tum etiam eidem effe-
 ctus assimilantur. Et qui in demō-
 strat, magis est huius secundi mo-
 di attenda nobilitas, quam pri-
 mi, eo quod ad cognoscendum effe-
 ctum, magis conducunt causae ad
 quas ipse immediate sequitur, qui
 busque assimilatur, propterea de-
 monstrat quae progreditur per cau-
 sam proximam, potior erit altera
 quae per causam remotam procedit
 ac proinde aiens nobilior erit ne-
 gante. Ad tertium respond. esse, &
 non esse posse sumi duobus modis,
 primo respectu vnius, & eiusdem
 rei, secundo respectu diuersarum re-
 rum. Si primo modo sumantur nō
 esse prius est, quam esse, quia om-
 ne quod fit, ex eo fit, quod non erat
 si vero altero modo vsurpentur
 (qua ratione sumuntur simpliciter
 & absolute) esse prius est quam non
 esse, quia omne quod reuocatur de
 non esse, ad esse, ab aliquo reuoca-
 tur quod habet esse, vt omne quod
 non est calidum, reuocatur, ad calo-
 rem ab igne habente calorē. Eodē
 modo docuerat Arist. 9. lib. meta-
 phy. esse actum priorem potestate
 in diuersis rebus, quia omne quod
 reuocatur de potestate ad actum,
 debet ab aliquo quod fit in actu re-
 uocari in vna tamen ac eadem re, ē
 contra potestatem esse priorem actu,

qui prius est aliquid posse esse, quā
 actū esse. Ita locum hunc interpe-
 tatur D. Tho. Legendus est Fla-
 drea. q. 44. art. 2. hoc quidem si de
 prioritate loquamur profitemur,
 quia si de nobilitate agamus, certis-
 simum esse debet, esse nobilior es-
 se, & ex consequenti demonstrat. a-
 ientem quae explicat esse, nobilio-
 rem esse negante, quae rem non esse
 declarat.

QVAESTIO III. AN DE-
 monstrat. directa nobilior sit
 ducente ad impossi-
 bile.

Vltimo loco perpendendum su-
 perest, nūm demonstrat. dire-
 cta, vel veridicant ostentia, sit no-
 bilior altera quae ducit ad impossi-
 bile. Verum quia quaestio haec pen-
 det ex illa nūm detur demonstrat.
 ducens ad impossibile, vel in om-
 modum, hoc prius inuestigandum
 erit, nam nullam esse huius generis
 demonstrat. confirmare possumus
 primo. Quia in demonstrat. tantū
 possumus verum ex vero colligere;
 sed in demonstrat. ad impossibile
 colligimus falsum, nam saltem sup-
 ponimus aliquid esse falsum, ergo
 nulla erit demonstrat. ad impossi-
 bile. Secundo Omnis demonstrat.
 vel est quia, vel propter quid: sed
 demonstrat. ducens ad impossi-
 bile, neque est quia, neque propter
 quid, quia neque procedit per cau-
 sam, neque per effectum (cum om-
 nis demonstrat. debeat per aliquid
 ex his duobus procedere) illud e-
 nim quod est impossibile, neque
 est causa, neque potest esse effectus.
 ergo nulla erit demonstrat. ducens
 ad impossibile. Praeterea Omnis de-
 monstrat. est syllogismus, sed du-
 cens ad impossibile non est syllo-
 gis.

159A

159C

159D

1. argu.

2. Argu.

159E

159F

3. Arg.

gismus, cum in ea multi syllogismi contineantur, ut constare potest ex his, quae cum Arist. docuimus cap. 22. ergo nulla erit demonstra. ducens ad impossibile. Ultimo ostendimus ducentem ad impossibile, esse nobiliorem. Illa quae maiorem claritatem, ac evidentiam generat in intellectu, est multo nobilior: sed quae ducit ad impossibile est huiusmodi, nam innititur illi principio notissimo, de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambigere simul, ergo erit illa nobilior demonstrat.

3. Argu.

1. Con.

2. Con.

1. Argu.

2. Argu.

possibile. Satisfaciamus iam argu. in principio propositis. Ad primum respon. falsum esse in omni demonstrat. tantum esse conclusi. veram inferendam hae si quidem tantum est verum in demonstrat. simplicis, vel directa, non autem in demonstrat. composita, qualis est ea quae ducit ad impossibile. Unde quando Arist. inquit lib. de demonstrat. cap. 2. demonstrat. ex solis veris posse constare, loquitur est de demonstrat. simplicis, & directa. Ad idem tamen demonstrat. ducentem ad incommmodum quamvis non constet ex omnibus propositionibus veris immediate, dirigere tamen in eum finem ut ipsius beneficio veritatem negantem ab adversario ostenderet, ac manifestare possimus, quod si finit ut non nren demonstrat. sibi possit promereri. Ad secundum respon. hanc divisionem demonstrat. non esse demonstrat. in communi, sed solius simplicis, & directa, ac proinde cum ea quae ducit ad impossibile non sit huius generis, neque erit demonstrat. quia, neque propter quid, sed proprio & accommodato vocabulo ducens ad incommodum nuncupatur. Ut interim illud addamus, etiam in aliquo ex syllogismis qui sumuntur in demonstrat. ad impossibile, aliquando nos progredi per causam, & aliquando per effectum, ut iuxta subiectam matteriam, de qua est instituta disputatio, poterit quilibet facillime intelligere. Ad tertium respon. verum esse demonstrat. simplicem, & directam, esse unicum syllogismum, hoc tamen est falsum de demonstrat. in communi: quia illa abstrahit ab unico, vel pluribus syllogismis, sed si fuerit directa erit unicus, si vero ducens ad impossibile, plures in ea syllogismi reperientur. Ad ultimum respon.

Ad i. argu.

Ad 2.

s. ch

Ad 3.

respon. negantes maiorem euiden-
tiam conferre demonstrat. ducen-
te ad impossibile, quam directam, nā
quamuis illud principium contra-
dictionis metaphysicum, ex se, sua-
p-
teque natura, sit omnibus nobis si-
mum, verum vt applicatur certae
alicui ac determinatae materiae, ad
inferendam aliquam conclusi. non
obtinere primum locum claritatis,
& euidentiā, semper etenim sumi-
tur veluti causa remota, nam com-
ponitur ex vocibus communissi-
mis: at conclusio clarior multo, &
euidentiore remanet, ex causa imme-
diata, & proxima, quam ex remota:
per quam cum progredietur demō-
strat. directa, profecto illa maiore
claritatem, & euidentiā generabit
in intellectu, quam generet altera
quae ducit ad impossibile & ex con-
sequenti nobilior erit, atque prae-
stantior.

DE QUIBUSDAM THEO-
rematibus cap. 23.

Postquam in superioribus cap.
egit Arist. de scientia, iam in se-
quentibus scientias confert inter se.
Cui disputationi aditum preparat
faciliore, aliquot theoremae praemis-
sis. Eorum primū huiusmodi est.
Vna scientia potest dici altera certior
atq. perfectior, primū, si vna nō tan-
tū ostēdat rem esse, verū etiam cur
sit, altera nihil aliud praeterquam
rem esse explicante. Deinde si vna
scientia disputet de rebus à materia
separatis, sensibusq. minime subie-
ctis perfectior erit, quam altera quae
de rebus cum materia cōiunctis, ac
sensibilibus pertractet. Hoc modo
Arithmetica de numero separato
disputans, est; Musica nobilior, ac
excellentiore, quae de numero cum
sono coniuncto differit. Denique si

principia & materia subiecta alicuius
scientiae principis ac materiae
subiectae alterius scientiae longe praes-
tent. Et hac ratione Arithmetica
Geometriae antepositur, principia
namq. illius est vnitas, Geometriae
autem punctum: at vnitas non pa-
rum puncto praecellit.

Vna scientia, &c. Secun. Scientia
illa debet vna censeri, quae vnum
habet obiectum formale, eademq.
principia, ac proprietates obtinet.
Huiusmodi est Philosophia natura-
rae, vel Dialectica. At multae scientiae
excellentiae erunt, quarum varia
extant obiecta, diuersaq. principia,
quemadmodū Arithmetica & Phi-
losophia naturae non sunt vna, sed
multae ac diuersae scientiae. Vnde col-
ligendū est, quod cum scientiae sub-
alternantes & subalternatae non ob-
tineant materiā subiectam, ac prin-
cipia omnino diuersa, quin potius
idem quodammodo obiectum per-
tractent, per eademq. principia pro-
grediantur, (vt de Arithmetica &
Musica est perspicuum) non multae
illae, sed vna quodammodo ac ea-
dem scientia iudicari poterunt.

Iam fieri, &c. Tertiū. Vna & ea-
dem conclusio potest per diuersas
demonstrationes confirmari, varia
namque sunt media, quibus potest
eadem res confirmari, hominem enim
esse (v. g.) substantiam, confir-
mare possumus, vel quia est animal
vel quia est corpus, vel deniq. quia
est corpus animatum. Obseruat ta-
men Arist. media haec vel ex eadem
vel ex diuersis categoriis posse de-
promi ex eadem vt in exemplo pro-
posito, ex diuersa vero, vt si quis
probet illum qui afficitur voluptate
mutari, quia tranquilatur, quod
certe medium est diuersae naturae à
motu, nā quies multum differt ab
illo.

2. theo.

3. theo

Adi. ar
gum.
Adi.
Adi.
Adi.

Disputatio de scientiarum vnitate, vnica se^{ct}ione com- prehensa.

ARGUMENTVM.

QVæ ad vnitatem scientiæ spectant in cap. 23. explica-
ta nobis tradidit Arist. hanc eandem disputationem
repetere nobis libuit in hoc loco, à quo nimirum vnitas,
& diuersitas specifica, tum etiam & generica, & num sit
omnium vna, & eadem scientia, explicantes.

Quæstio prima a quo petant scientiæ suam vni- tatem.

Quamuis de hac re fuerit à no-
bis supra de vnitatem Dialecticæ
disputantibus habita oratio, libuit
tamen eandem in hoc loco altius
repetito principio in dialecticorū
gratiam agitare. Vnde querimus an
desumant scientiæ vnitatem ex ob-
iecto in quod contemplandum fe-
runtur, nam non desumere confir-
mamus primo. Ab eodem res ha-
bet esse & vnitatem, sed scientia nō
habet esse ab obiecto, ergo ne-
que ab eodem vnitatem habebit.
Assumptionem sic ostendo. Illud
a quo res habet esse, est ipsi rei in-
trinsicum: sed obiectū est extrinse-
cū scientiæ, & ita extrinsecū, vt ne-
queat in subiecto in quo ipsa repe-
ritur esse, est enim scientia in intelle-
ctu, subiectū vero est extra ipsum;
ergo scientiæ nō desument vnitatem
ex obiecto. Secundo. Diuersi habi-
tus intellectus feruntur in idem om-
nino obiectum, ergo & diuersæ scie-

tiæ ferri quoque poterunt in idem
obiectum, quod si hoc ita fuerit, nō
igitur vnitatem consequentur ex
obiecto. Confirmatur antecedens
quia scientia, fides, & opinio sunt
habitus inter se multum diuersi,
qui tamen in eodem obiecto versā-
rur, nam de rebus diuinis habemus
scientiam in metaphysi. & multa
de eisdem opinamur, quas eisdem
etiam fide cognoscimus. Tertium.
Diuersæ rationes probabiles circa
idem obiectum, diuersas generant
opiniones, ergo diuersæ demonstrā-
erca idem obiectum, diuersas quo-
que scientias generabunt. Conse-
quen. est perspicua, quia eadem est
habitus rationum probabilium
ad opinioniones, quæ demonstrat. ad
scientiam. Confirmatur antecedens,
quia diuersa est opinio, quæ quis o-
pinatur in philosophia materiā pri-
mā esse purā potētiam, ab ea quæ quis
opinatur non esse puram potētiam,
sed

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

5. Ar

sed habere aliquē actū entis: et diuer-
sa est opinio, qua in eadē Philo-
sophia quis exultimat, qualitates
esse formas elementorum, per diuer-
sas rationes: probabilia parta, ab ea
qua quis arbitratur non esse hu-
iusmodi formas, per alia argum. ad
hoc suadendum probabilia. Quar-
tum. Eadem ratione haurienda est
vnitas in scientiis, & potentiis: sed
4. Argu. potentia non hauriunt vnitatem
ex obiecto ergo neque scientia po-
terunt illam haurire. Proposit. pers-
picua est, cum vtriusq. par, & aqua
ratio esse videatur. Confirmatur
assumptio imprimis quia facultas
videndi in homine, & equo, specie
differunt, quia fluunt à diuersis na-
turis specie differentibus, quæ ta-
men in idem obiectum colorem ni-
mirum feruntur, Deinde, Eadem fa-
cultas videndi in homine specie
differunt à vi, & facultate imaginandi,
& ab intellectu, cum tamen omnes
hæ potentia in idem obiectum fe-
rantur, nam visus intuetur colorē,
vis imaginandi etiam suum munus
exercet circa illum, & tandem in-
tellectus, eiusdem naturam & essen-
tia intelligit. Vltimo Metaph. est vna
sciētia secundū specie: at illius ob-
iectum non est vnum vnitatem spe-
cifica, nam est ens, quod est vnum
secundum analogiam, ergo vnitas
specifica scientia, non erit ex obie-
cti vnitatem depromenda quare
aliande erit necessario illa hauri-
enda.

Questionē hanc explicari, non
nulla præfabimur ad faciliorem il-
lius dilucidationem omnino neces-
saria. Legendi tamē prius erunt Me-
taphysici 6. lib. metaphys. Sonci-
nas q. 8. Iauellus q. 7. & alij Dialecti-
ci, Caieta, M. Soto, Veracrucē, Vene-
tus, Aegidius, Toletus, & alij cap.
23. in suis commentariis aut dispu-
tationibus. Appollinaris q. 46. Flan-

dren. q. 46. & Theologi r. p. q. 1. art.
3. vbi Caieta, elegantissime, & M.
Bañes, & alij in Prologo senten.
Adnotandū igitur imprimis est, 1. Obser-
uatio. triplicem esse vnitatem (vt ad no-
strum attinet institutum) genericā
specificam, ac numericam: parique
ratione triplicem esse distinctionē,
genericam, specificam, & numericā
de quibus testis i. Proemial. q. 15. la-
te egimus. In hoc igitur loco non
est quæstio de vnitatem numerica,
hanc enim certum est scientias (vt
& alia accidentia) à subiecto recipe-
re, & distinctionem. Vnde illa scien-
tiæ est in vno subiecto, est vna nu-
mero, & quæ in diuersis, erit multi-
plex, quemadmodum de Dialectica
in eodem loco docuimus. Tantum
igitur est conceptio de vnitatem ge-
nerica, & specificam, à quo nimirum
hæ vnitates depromantur. Vt igitur
ad has vnitates explicandas ac-
cedamus, sciendum erit duplicem
esse abstractionem, vnam formalem,
& aliam totalem, vt D. Tho. r. p. q.
40. art. 3. profitetur. Quam distinct.
acute explicat Caietanus cap. 1. q. 1.
de ente & essen. Iauellus q. 1. Tran-
scen. Abstractio formalis est qua
forma separatur à materia, vel est
conceptio formæ sine materia, cū
qua est à parte rei concreta: vt quā-
do cōcipimus naturā trianguli, aut
quadrati sine auro, argento, lapide,
vel alia materia, cum qua est à par-
te rei, huiusmodi conceptio
dicitur abstractio formalis triangu-
li, quia separamus triangulum qui
est forma quædam accidentaria, à
materia sibi omnino extrinseca. Ab-
stractio totalis est separatio alicuius
superioris à suis inferioribus, de
quibus dicitur secundum essentia:
vel est conceptio intellectus quæ
concepit naturam vniuersam, non
cōceptis singularibus: vt quādo cō-
cipimus hominem sine Socrate &

2. Obser-
uatio.

Platone, hæc conceptio abstractio-
totalis nuncupatur, quia separamus
per eam hominem qui est totum
vniuersum, à Socrate, & Platone
suis inferioribus, & vt dicunt
partibus subiectiuis. Intercedunt
autem inter hæc duo genera abstra-
ctionum nonnulla discrimina à Ca-
tetano elegantissimè explicata. Pri-
mum in abstractione formali, tam
forma quæ abstrahitur, quam ma-
teria à qua abstrahitur, manent in-
tegra, potestque alterum sine altero
optime concipi, & intelligi, vt quæ-
do abstrahimus triangulum ab au-
ro, nã tunc remanet vtramque inte-
grum, potestque & aurum sine tri-
gulo, & triangulum sine auro à no-
bis intelligi, quia neutrum est de
essentia alterius. Ceterum in abstra-
ctione totali, quamuis totum, quod
abstrahitur, possit intelligi sine his
inferioribus à quibus abstrahitur:
at inferiora sine superiori quod ab-
strahitur concipi nequaquam pos-
sunt, vt est omnibus apertissimi-
mum: animal enim vere potest
conciipi sine homine, & bruto:
hæc tamen duo sine illo intelligi
nullo modo possunt. Cuius rei
ratio est, quia totum quod ab-
strahitur est de essentia eorũ à qui-
bus abstrahitur, inferiora vero nõ
sunt de essentia totius, & quia non
potest aliquid intelligi sine his quæ
sunt de essentia bene tamen absq.
aliis quæ non fuerint, propterea
non poterunt inferiora concipi si-
ne superioribus: at hæc sine inferio-
ribus intelligi optime poterunt. Se-
cundum discrimen est. Per abstractionem
formalem, res abstracta sit multo
illustrior, magisque apta vt ab intelle-
ctu concipi queat, per alteram ve-
ro totalem minus apta redditur vt
intelligatur, quantum est ex sua na-
tura, licet respectu nostri sit prius
intelligibilis. Huius rei est aperta ra-

tio, quia in abstractione formali,
res quæ abstrahitur à legibus, & po-
tentialitate materiæ separatur, vnde
de redditur magis in actu, & ex con-
sequenti magis apta vt possit intel-
ligi, nam intelligibilitas actum con-
sequitur: verum per alteram totalem
res quæ abstrahitur redditur com-
muniore, & magis vniuersa, vnde
remanet maior potentia in ipsa, ma-
ior ambitus, & confusio, ac proinde
est minus apta vt intelligi queat
ex sua natura. Verum quia vniuersa-
liora prius à nobis cognoscuntur
confusa cognitione, vt Arist. docet
1. Physicor. cap. 1. ob hanc rationem
quæ hoc genere actionis separantur,
respectu nostri, prius nata erit
vt possint apprehendi. Tertium, &
vltimum discrimen est, & ad nos-
trum attinens institutum, scientiæ
non differunt inter se per abstra-
ctionem totalem, sed per alteram for-
malem, etenim abstractio totalis com-
munis est omnibus scientiis, omnes
siquidem agunt de rebus vni-
uersis, quod fieri nequaquam pos-
set nisi abstractio totalis interueni-
ret: at distingui easdem per abstra-
ctionem formalem docet Arist. 6. Me-
taph. cap. 1. in quo loco separat Phi-
losofiam naturæ à Metaphysicæ ac
Mathematicis artibus. per diuersas
abstractiones formarum à materia,
nam Metaphysicæ abstrahit suum ob-
iectum in quo versatur, ab omni
materia tam sensibili, quam intelle-
ctibili, agit enim de Deo, ac substan-
tiis separatis, in quibus nulla ratio
materiæ potest reperiri, Mathematicæ
artes abstrahunt suum obiectum,
(videlicet quantitatem) ab omni ma-
teria sensibili, non tamen intellectu-
li, nam contemplantur quantitatem
sine colore, frigore, vel calore non
tamen sine substantia, quia accidē-
tia sine illa intelligi nullo modo
possunt: philosophia vero abstra-

1. Difer.
interhas
abstrac.

2. Difer.

3. Difer.

3. Ob-
uatio

hic

hit obiectum suum à materia sensibili singulari, non tamen vniuersa, agit enim Philosophus naturalis de planta, quæ est affecta qualitatibus sensilibus, calore, frigore, & sic de aliis, non tamen agit de hac, vel illa planta singulari. Verum de vtraque materia sensibili & intellectu le gendus est D. Tho. 1. p. q. 85. art. 1. ad 2. & 3. de anima text. 8. & quæ à Philosophis disputari solent. Phi sicorum cap. 2. vbi de huiusmodi re latissime disputabimus. Colligi tur autem à D. Tho. q. 5. super Boe tium de Trinitate, art. 1. hic modus ab strahendi, ex discrimine inter sen sum, & intellectum interueniente, sensus enim tantum fertur in singu laria, quæ sunt à parte rei, ea ratio ne qua sunt in rerû natura, & quia ita sumpta sunt materialia, vt pote qualitatibus sensilibus & materiali bus affecta, tantum potest ferri ille in materialia: at quia intellectus nõ fertur in res vt sunt à parte rei, sed vt sunt in ipso, quæ ratione sunt immateriales, vt & ipse intellectus est facultas immaterialis, propte rea ex diuersa abstractione à mate ria, scientiæ, quæ sunt in intellectu inter se distinguuntur. Et ita quæ abstrahunt ab omni materia, & agunt de rebus omnino immateria libus, qualis est prima Philosophia, distinguuntur ab illis quæ non ab strahunt ab omni materia, sed à so la sensibili, quales sunt Mathematicæ artes, & hæc quoque differunt ab aliis, quæ neque à materia sensibili, ne quæ ab intellectu abstrahunt, sed à sola sensibili singulari, vt est Philo sophia naturæ. Illud etiam sciendû est duplex esse scientiarum obiectû vnum formale, & alterum materia le. Formale est illud sub cuius ra tione omnia considerantur in sciē tia, vt est entitas in Metaphy. & mo bilitas in Philosophia naturæ, nã

sub his rationibus, omnia in huius modi scientiis pertractantur. Mate riale vero appellatur cui inest ratio formalis, vel quod per huiusmodi rationem manifestatur, vt in Philo. naturæ, arbor, vel elementum: quia mobilitas ad augmentum, & decre mentum, vel ad locum in his cor poribus reperitur. Iam ratio obie cti formalis duplex est, vna illi con ueniens vt res quædam est, & alte ra vt obiectum est: quæ conuenit illi vt res quædam est, ea est, quæ scientiis obicitur contemplanda, & aqua proprietates quæ de obie cto concluduntur dimanant: vt in Philosophia prima, entitas est hu iusmodi ratio; quia ea à Metaphy sico consideratur, & ab eadem, v num, verum, bonum, quæ sunt pro prietates entis, oriuntur: altera ve ro quæ conuenit ipsi vt obiectum est, nihil aliud denotat quam pecu liarem quandam, à materia illiusq. legibus, & potentia abstractionem vt in Metaphysica esse abstractum ab omni materia, in Mathematicis, à materia sensibili, & in Philosophia naturæ à materia singulari. Hocq. erat quod docebat D. Tho. 22. q. 1. art. 6. ad 2. duplicem esse rationem formalem obiecti, vnam se habentem ex parte obiecti. & alteram ex parte potentie, quemadmodum in visu, ratio quæ se tenet ex parte ob iecti, est ratio coloris, quæ vero se habet ex parte potentie, est immu tatio quædam spiritalis, qua visus ab speciebus notionalibus quas in se recipit ad intuitos colores im mutatur, nisi enim ita immutaretur, numquam posset illos intueri. Quæ se tenet ex parte obiecti vt res quædam est, dicitur ratio formalis quæ, altera vero quæ se habet ex par te obiecti vt obiectum est, ratio for malis sub qua nuncupatur, & a non nullis conditio sine qua non, quia

4. Obserua.
ferua.

3. Obseruatio.

sine illa non potest obiectum à sciētia, vel facultate contemplari. Colligi autem potest hæc duplex ratio ex eo, quia obiectum & est res quædam, & quæ tali modo potest ab ali qua scientia apprehēdi, vnde in duplici rerum ordine continebitur, & rerum, & scibilem, vt est in ordine rerum, suam rationem formalem obtinebit, & vt est in ordine scibilem, aliam quoque rationem scibilis nanciscetur. Hæc autem dua rationes ita sunt inter se affectæ, vt ratio obiecti vt res quædam est, sit vna, ratio vero eius vt scibile est, multiplex sit, & diuersa, aliquando vero è contra res sese habet, ratio enim obiecti, vt res quædam est, multiplex est, ratio vero eius vt obiectum est, tantum est vna: vt ratio Deitatis vna est, & simplicissima, quæ tamen vt potest ab intellectu apprehendi, & vt est scibilis, multiplex est, & diuersa: potest enim illa attingi vel à lumine claro, & aperto qua ratione subest scientiæ beatorum, vel à lumine obscuro, & ab hoc, vel cum discursu, qua ratione consideratur à Theologia, vel sine discursu, sicque à fide contēplatur. E contra vero ratio obiecti visus, vt est aspectabile, vel ex parte potētis, vna est, quia vno modo intentionali omnes colores immutant visū, at ex parte obiecti vt res quædam est, multiplex est, nam alia est ratio albedinis, alia nigredinis, & alia colorum mediorum.

1. Conclu. His igitur sic præfatis, in explicationem sit, conclu. Vnitatis, aut diuersitatis specifica scientiarū, nō est
 2. Argu. ex vnitatis, aut diuersitatis specifica obiecti materialis de promēda. Primo, quia scientiæ nō desumūt vnitatem specificam, ab eo quod est illis accidentariū, at vnitatis obiecti materialis est ipsis scientiis accidentaria, quare ab huiusmodi vnitatis non erit

vnitatis specifica scientiæ de promēda. Secundo, quia si ad vnitatem scientiæ cōcurreret vnitatis obiecti materialis, & ad diuersitatem quoque diuersitas obiecti esset necessaria, fieret vt tot essent scientiæ, quod sunt obiecta materialia, quare in Philosophia alia scientia esset de homine, alia de plantis, & alia de elementis, quod sane cum sit falsum, ab vnitatis obiecti materialis non erit vnitatis scientiarū de promēda.

Secunda conclusio. Vnitatis generica scientiarum sumitur ex vnitatis generica abstractionum, & distinctio ex distinctio generica earūdeni, vnde omnes illæ scientiæ quæ in abstractione conueniunt, erunt eiusdem generis, & quæ abstractionibus differunt, in diuersis generibus comprehendētur. Hæc profectio est aperta sententia Arist. 6. Metaph. cap. 1. qui Metaphysicam, (quæ genere differt à Mathematicis, & à Philosophia naturæ) propter diuersam abstractionem, genere differre arbitratur, ab his scientiis, quas nūc proxime recensuimus. Intelligi tamen debet conclusio de illis scientiis quæ eodem lumine progrediuntur, nam si lumina fuerint diuersa, quamuis conueniant scientiæ in eadem abstractione, non erunt eadē secundum genus, vt quamuis Metaphysica, & Theologia conueniant in abstractione ab omni materia tā sensibili, quam intellectibili, non sunt tamen eiusdem generis, quia Metaphysica fertur in res diuinas medio lumine naturali, in quas eadē Theologia fertur sub lumine reuelato, quæ certe lumina genere differunt.

Tertia conclusio. Vnitatis aut diuersitatis specifica scientiæ, non est ex vnitatis, aut diuersitatis obiecti vt res quædam est, de promēda. Hæc est contra sonantem vbi supra,

2. Argu.

2. Con.

3. Arg.

3. Arg.

3. Arg.

3. Con.

3. Arg.

2. Argu.

pra & Tolet. conclusio 2. huius ca. qui inquit illas esse diuersas scientias quae agunt de diuersis rebus, & illas easdem, quae de eadem re disputant. Vnde putat Toletus scientia de plantis, & de animalibus esse specie diuersas, quia agunt de rebus specie diuersis. Verum nostram conclusionem proficitur Caieta, in hoc loco, quam cōfirmamus primo. Quia si ex unitate obiectorum vt res quaedam sunt, unitas aut diuersitas specifica peteretur, fieret vt quot essent unitates specificae obiectorum, vt res quaedam sunt, tot essent unitates specificae scientiarum, ac proinde quemadmodum ignis specie differt ab aere, & aer ab aqua, & aqua a terra scientia quae agit de igne specie differret ab ea quae agit de aere, quae de aere, ab ea quae disputat de aqua, & quae de hac ab ea, quae de terra pertractat: quod sane cū sit absurdū nō erit unitas, vel diuersitas specifica ex diuersitate obiectorum, vt res quaedam sunt depromenda. Rursus sequeretur Dialecticam non esse vnam specie, quia agit de syllogismo demonstratorio, probabilis, & apparenti, qui specie differunt, vt res quaedam sunt, immo liber quinque vocum Porphyri esset multiplex secundum speciem, quia agit de notionibus generis, speciei, differentiae, & c. quae in genere rei, specie differunt: quod certe admittere, nihil aliud esset, quā incidere in opinionem Nominalium ab omnibus cōdemnatam, tot esse habitus, vel scientias multiplicandas, quot sunt res, quae illis habitibus subiiciuntur & quam nos q. 15. Proemia sect. 1. exploramus luculenter, non igitur ab unitate obiecti, vt res quaedam est, erit unitas, vel diuersitas specifica scientiarum depromenda. Ultimo. Eadem ratione peti debet unitas, aut diuersitas specifica scientiarum ab ob-

2. Con.

1. Argu.

2. Argu.

1. Con.

3. Con.

3. Argu.

iectis, quo haec eadem in potentiis, & facultatibus naturalibus a suis obiectis postulantur: sed in facultatibus non sumitur unitas ab unitate obiecti, vt res quaedam est, ergo neque in scientiis ab illa erit depromenda. Propositio. perspicua est, confirmatur assumptio quia facultas videndi in omnibus hominibus est vna secundum speciem, cuius tamen obiectum, quod est color, est vnum secundum genus: at si ab obiecto vt res quaedam est, esset unitas visus depromenda, profecto quae admodum color est vnus secundum genus, ita etiam & facultas videndi esset vna genere: & eadem ratione intellectus non esset vnus secundum speciem in omnibus hominibus, quia obiectum illius, quod est ens, non est vnum secundum speciem, sed secundum analogiam, quare ab unitate obiecti vt res quaedam est, unitas scientiarum non erit depromenda.

Quarta conclusio. Unitas aut diuersitas specifica scientiarum est ex unitate, aut diuersitate specifica vel obiecti formalis, vel obiecti vt scibile est, depromenda: unitas vero, aut diuersitas specifica obiecti formalis, ex unitate, aut diuersitate specifica principiorum postulabitur. Vnde illae scientiae specie differunt, quarum principia formalia erunt specie diuersa, & illae erunt eiusdem speciei, quarum principia formalia erunt eiusdem speciei. Haec conclusio confirmatur ex Aristo. qui expresse proficitur in hoc cap. unitatem, & diuersitatem scientiarum esse ex unitate aut diuersitate principiorum habendam. Vnde illa erit vna scientia secundum speciem, quae contemplantur vnum obiectum secundum eadem principia formalia, & illa multiplex, quae considerat multa obiecta secundum diuersa principia for-

4. Con.

1. Con.

formalia, ad idem obiectū cognoscē-
dum progreditur. Cæterum cum
in obiecto ea ratione, qua est scibi-
le, duæ rationes formales reperian-
tur, quæ & sub qua, nō sufficit alte-
ra earum ad vnitatem specificam
scientiæ constituendam, sed est v-
traque omnino necessaria, Nam in
primis Metaphysi. & Theologia spe-
cie differunt, quarum tamen ratio
formalis quæ, bonitatis, aut sapien-
tiæ. Diuinæ, est vna & eadē; & de
Arithmetica, & Geometria specie
differunt, quarum ratio formalis
sub qua est eadem, ac vtrique com-
munis, cum vtraque abstrahat à
materia sensibili, quamuis non ab in-
tellectili. Verum quia Metaphysi. &
Theologia non habent communē
rationem formalem sub qua, cum
Theologia agat de illis attrib. sub
lumine revelato, metaphysi. vero
sub lumine naturali: & Arithmet.
& Geometria, non habent commu-
nem rationem formalem quæ, nā
ratio quæ attingitur in Arithmeti-
ca est ratio numeri, hanc enim ille
contemplatur, quæ vero attingitur
in Geometria est ratio magnitudi-
nis, propterea hæc non erunt eedem
sed diuersæ scientiæ secundum spe-
ciem.

Argum.

Contra tamen est argum. ex cu-
ius solutio, res hæc multo illustrior
apparebit. Scientia quæ agit de ho-
mine, & bruto est vna, & eadem se-
cundum speciem: at illa non pro-
greditur per eadem principia for-
malia, nam alia sunt principia for-
malia hominis, & alia bruti: non ig-
gitur ab vnitatem, & diuersitate for-
mali principiorum, erit vnitatem, vel
diuersitas specifica scientiæ. de prome-
da. Huic argum. respon. duobus mo-
dis posse aliqua principia vocari di-
uersa. Primo in genere scibilis, & se-
cundo in genere rei, vnde quamuis
principia hominis, & bruti sint di-

Solutio

uersa in genere rei (quia petuntur
à diuersis essentiis, & naturis) non
sunt tamen diuersa in genere scibi-
lis: quia vtraque sub antiquo tertio,
& communi principio continentur,
scilicet sub principis animalis: at-
que ita scientia quæ agit de animali per
eadem que principia de homine dis-
putat, & bruto, erit eadem secundū
speciem, nam illa principia sunt di-
uersa in genere scibilis, quæ ita sunt
inter se affecta, vt neque vnum sub
altero, neque vtrumque sub com-
munibus alicuius principis con-
tinentur. Ex hac doctrina colligere
licebit solutionem cuiusdam diffi-
cultatis ob quam nimirum causam
cum scientia de demonstrat. & syl-
logis. probabili se habeant eo mo-
do, quo Arithmetica, & Geometria;
nam quemadmodum intra eandē
abstractionem ab omni materia sen-
sibili, Geometria, & Arithmetica dis-
putant de rebus diuersis, Geome-
tria de magnitudine, & Arithmeti-
ca de numero: ita scientiæ de demon-
strat. & de syllogis. probabili, intra
eandem abstractionem, ab omni ma-
teria tam sensibili, quam intellectili,
qua vtitur dialecticus, vt supra se-
cti. 1. Proemialium q. 13. docuimus
agunt de diuersis rebus, Arithmeti-
ca & Geometria specie differant: at
scientiæ de demonstrat. & syllogismo,
probabili non ita specie distingua-
tur. Respon. enim est rationem, es-
se, quia principia formalia obiecti. Solutio
Geometriæ non continentur sub
principiis formalibus obiecti Arith-
meticæ, nec vtraque sub communi
bus principis alicuius obiecti intra
eandem abstractionem continen-
tur: nam licet quantitas, quæ est ge-
nus supremum, sit communis ad
numerum, & magnitudinem, hoc
tamen non consideratur, neque à
Geometria, neque ab Arithmetico,
sed vel à Metaphysi. vel à dialecti-
co at-

ro, atque ita principia numeri, & magnitudinis, ut ab his se fecerit pertractantur, nequaquam sub eisdem principis continerentur; Veritas non ita se se habet in se, quae agit de demonstrat, & argum. probabili, quia licet principia, formalia demonstrat, non continentur sub principis argumentationis probabilitatis, neq. principia huius sub principis demonstrat, tamen utrisque horum obiectorum principia sub principis syllogismi intra eandem abstractionem ab omni materia, continentur, quam intellectus sibi continetur. de proinde eade scientia secundum speciem quae agit de syllogismo, in generali, & communi agit etiam de argumentatione probabili, & de demonstrat. Legendi sunt quae de huius argumenti solutione diximus secti. i. Proemia sicut q. 15, ad 5. in qua q. & in alia ro. multa hinc instituta acco. modata conscripsimus, quae ne iterum eadem repetantur, in hoc loco omisim. Legat ea, qui voluerit huius rei diffusorem explicationem no. esse.

Ad 1. ar gum.

Satisfaciamus iam argum. quae in initio proposuimus. Ad primum dicimus duplicem esse unitatem, vel distinctionem, unam intrinsecam, & aliam extrinsecam: extrinseca petitur ab eo quod est extra rem: intrinseca vero ab eo quod est sibi inest. Itaque haec duo unitas scilicet, & distinctio extrinseca, petitur ab obiecto, quod est extra ipsa scientia, intrinseca vero ab ordine, vel habitudine ad obiecta postulari debet, qui certe ordo intimus est, & intrinsecus ipsis habitibus. Ad secundum respon. illos habitus recensitos non versari in eodem obiecto sub ratione scibilis, quia non feruntur in illud sub eadem abstractione & sub vno, & eodem lumine, nam si des ferunt sub lumine re-

melato; Metaphysi. sub lumine naturalis operatio, vero sub formidine quardam, & obsecunditate: vnde quavis versentur, in eisdem attributo, vel obiecto materiali, ut res quaedam preest, quia ita tamen non ab obiecto materiali, sed formalis, & sub ratione scibilis, est unitas, aut distinctio scien. de promenda, propterea hi habitus specie differere. Ad tertium iam respon. secti. i. Proemia q. 15, in fine. Consulenda erit solutio in adducta. Ad quartum respon. admittentes proposuit, & negantes a Iump. Aducius confirmatioe dicimus, facultate videndi, in homine, & bruto sumi posse, vel in genere facultatum, & potentiarum, ut sunt quaedam naturalia instrumenta, vel in genere proprietatum naturalium: vnde quamvis secundum modo specie differant, cum oriuntur a naturis specie diuersis, primo tamen ut sunt potentiae naturales, sunt eiusdem specie, quia feruntur in idem obiectum, sub eadem ratione formalis, sub qua, scilicet in colorem, sub ratione luminis, & sub eadem ratione immutandi visum. Ad secundam eiusdem argum. confirmationem respon. falsum esse illas tres potentias versari in eodem obiecto materiali, vel secundum eandem rationem, quamvis versentur in eodem materiali, nam intellectus non feruntur in rem singularem, vel materialis est, sed ut habet attributa quae possunt in materialiter apprehendi: visus vero feruntur in eadem singularia, ut materialia sunt, & versantur ad hoc tempus, & locum determinatam vis imaginandi quamvis feratur in singularia, ut sunt materialia, non tamen in illa feruntur, ut sunt ad hic, & in hoc determinata, sed ut a suis differentis temporis & loci possunt esse abstracta, hoc enim commune est imaginationi, cum

11. 2. A

Ad 5.

Ad 4.

Ad 5.

11. 2. B

Solutio

Ad 2.

11. 2. A

Ad ult.
argu.

cum intellectu, indifferenter rem
presentem & absentem inquisit ut
D. Tho. 1. Cont. Gen. cap. 53. profes-
setur. Ad vitium, respicit obiectum
Metaphy. in genere rei esse vnum
secundum veritatem analogicam, at
in genere scibilis esse vnum secun-
dum speciem: quia Metaphy. & per
eandem abstractionem & per eadē
formalia principia progreditur in
naturam entis contemplandam.

3. BA

4. BA

QVAESTIO SECUNDA
an sit omnium entium una sci-
entia secundum spe-
ciem.

Non erit alienum a nostro insti-
tuto, si in hoc capite, in quo
agit Arist. de veritate, & scientiarū
distinctione, disputemus an sit tan-
tum vnica scientia secundum spe-
ciem, quae disputet de rebus omni-
bus, neque enim haec nostra aetate
aliqui viri docti defuerunt, contē-
dentes non nullis argumentis de-
monstrare, tractum esse vnicam re-
rum omnium scientiā, quae de ente
illiūsq; partibus, & proprietatibus
agat: Ex quibus primum est petiū
ex Arist. 4. Metaphy. cap. 1. vbi in-
quit, quod quemadmodū vnicus
est visus, qui percipit omnes colo-
res sibi subiectos, vnaque est Gra-
matica, quae omnia elementa, & di-
stiones considerat. ita etiā vna erit
scientia, quae ens vt est ens, & om-
ne species entis, ac specierum spe-
cies speculetur. Secundum. Ens, vt
ens est, & e ratione, qua continet
omnia entia, potest per vnam ali-
quam scientiam comprehendere, hoc
enim ne fiat, quid obsecro potest
prohibere? Nam obiectum illius est
vnum secundum analogiam, quae
vnitas sufficit, vt obiectū aliquod
possit ab vna aliqua scientia secun-

1. Arg.

4. Argu.

dum speciem considerari, ergo non
erunt multae scientiae, sed vna tā-
tum collocanda, nam si vna po-
tesset haec omnia praestare, profecto
reliqua superflua essent, & superua-
canea. Praeterea si quid obstareret
omnium posset esse vna scientia, et
set diuersitas abstractionū, etenim
scientiae penes diuersas abstraccio-
nes inter se distinguuntur, vt in que-
stione superioris exposuimus, at hoc
nihil impedit quo minus possit esse
omnium rerum vna scientia, ergo
&c. Assumpta confirmo. Metaphy.
est vna scientia secundum speciem
in qua tria genera abstractionū re-
peruntur; agit enim illa lib. 12. de
intelligentiis, & substantiis separa-
tis, de substantia materiali, 7. & 8.
lib. & in 4. de transcendentibus;
in ea parte, in qua agit de substan-
tiis separatis, vtiur abstractione
ab omni materia sensibili, & intelle-
ctibili, tam secundum rem, quam se-
cundum rationem, quia haec substa-
ntia, & re, & ratione sunt separatae a
materia, & haec abstractio est pro-
prie Metaphysica, in ea vero in qua
disputat de transcendentibus, vti-
ur abstractione Mathematica, nam a-
git de vno, vero, & bono, quae secu-
dum rem, in omnibus substantiis
materialibus includuntur, ratione
tamen, & cogitatione a materia se-
parantur, quo genere abstractionis
vtuntur Mathematici; denique in
ea parte, in qua de substantiis ma-
terialibus pertractat, vtiur abstra-
ctione Physica, nam agit de substa-
ntiis coniunctis cum materia sensibili,
quas tamē abstrahit ab hac, vel illa
materia singulari, cum igitur in v-
na, & eadem scientia haec tria abstra-
ctionum genera reperiantur, profe-
cto haec abstractionum diuersitas,
non impediet quo minus possint
omnia entia sub vna, & eadem scie-
ntia comprehendere. Rursus, qui collo-

3. Argu.

5. Ar.

Opi-
Mira-
dula

4. Argu.

cat

eat discrimen inter duos aliqua ex-
fremas, debet prius illa nouisse, ergo
scientia quae collocabit discrimen
inter res Mathematicas, Philosoph.
& Metaphysicas debet prius has res
omnes nouisse, sed metaphy collo-
cat discrimen inter has omnia, na
optime cognoscit Metaphysic' ens,
vt ens est, neque esse quantitatis,
neq' mobilitatis, ergo tu metaphy.
hec omnia obiecta cognoscit, super-
flua erunt alia scientia, ad haec ob-
iecta cognoscenda. Vltimo vna, &
eadem scientia agit de corpore, &
de partibus illius, vt Arist. 1. de ce-
lo cap. 11. proficitur, ergo vna, &
eadem scientia, poterit ens, & illius
partes contemplari, nam quae est ha-
bitudo corporis ad suas partes, ead-
dem est quoque entis ad suas, qua-
re omnes aliae scientiae erunt super-
uacuae

3. Argu.

5. Argu.

Opinio
Miran-
dulani.

2. Argu.

4. Argu.

stram sententiam, eamque commu-
nem explicemus.
Sic haec vnica assertio. Non est re-
rum omnium vnica scientia, sed
sunt permulta (iuxta diuersitatem
rerum, quae possunt sciri) cohibita
& haec certe sententia expressa est
Arist. 6. metaphy. cum vbi agens de
diuisione scientiarum, diuidit pri-
mo illas in practicas, & speculatiuas,
& deinde speculatiuas in tres for-
mas distribuit, nimirum in Prima
Philoso. Mathem. & Philoso. natu-
re. Est etiam fere omnium saeculo-
rum consensus ab omnibus Philo-
sophis vno (excepto Miradulano) proba-
ta. Confirmatur iterum ex Aristot.
in hoc primo lib. cap. 23. in quo lo-
quitur illam scientiam vniam esse in-
quit, quae est vnus generis obiecti,
& illam multiplicem, quae in variis
obiectis explicandis versatur. Rur-
sus illae scientiae sunt diuersae, qua-
rum principia sunt diuersa, ita vt
neque vnum sub altero neque vt-
trumque sub vno tertio compre-
hendatur, sed Philosoph. natura,
Mathema. & Metaphy. ita sunt in-
ter se affectae, vt habeant diuersa
principia, neque enim habent com-
munia principia, neq' ipsarum prin-
cipia sub aliquo communi, & ter-
tio principio continentur, ergo haec
scientiae erunt inter se diuersae, &
non vna, & eadem. Praeterea luce-
clarius inuenitur in modo proce-
dendi esse maximam in scientiis di-
uersitatem, nam alio modo progre-
diuntur, Mathematic. & inter eas-
dem alio Arithmet. & alio Geo-
met. alio Philosoph. natura, & alio
prima Philo. Videmus etiam alio
genere abstractionis vt Metaphy-
sicam, quae abstracta ab omni mate-
ria, alio Mathematic. quae abstracta
a materia sensibili, & alio Philo-
soph. natura, quae abstracta a materia sen-
sibili singulari, non tamen communi,
quare

o Cncl.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

quare cum ex varia multiplicique abstractionum diversitate, diversae quoque scientiae oriuntur, ut ex diverso modo tendendi in diversa obiecta. Variasque sensu uli iniquitate ab eisdem obiectis effecta; varij sensus oriuntur, profecto non erit una, sed multiplex rerum omnium scientia. Addimus in scientiis esse varia, autumque diversae obiecta, quae ipsis contemplanda obiciuntur, nam Philosophi naturae obiectum, quod sibi contemplandum proponit est ens naturale, vel mobile; in Methaphysicis, ut ens est, in Mathe. quantitas, in Arithmet. numerus, in Geomet. magnitudo; at cum hac tanta, & multiplici obiectorum varietate, qui fieri potest, ut unitas scientiae cum omnibus illis quaeat cohaerere? Ultimo si rerum omnium esset una scientia, profecto reliquae omnes essent superuacuae, cum haec unica praestaret quid quid aliae possunt exhibere: neque satisfacit quod Mirandulanus respondet, claritatis, & facilitatis gratia, ut commodius res ipsae addicerentur, fuisse diversae scientias excogitatas, non quia sunt diversae, sed quia sunt partes unius, atque eiusdem scientiae. Quia si unica tantum esse posset, per illam haud dubie facilius multo, & breviori tempore paucioribusq. laboribus, possemus nobis rerum omnium scientiam comparare, ac proinde reliquae quae longo temporum intervallo varis exanthlatis laboribus indigent, ut comparantur, tanquam superfluae, minimeque necessariae essent reticiendae, quod certe, cum admittitur non debeat, haec unica scientia fictitia erit. Ut illud etiam subiiciam, hanc univiam scientiam rerum omnium, nec ab ipso, nec ab vlllo haecenus Philosophi, traditam fuisse, quod certe non leue praebet indi-

cium, rem hanc esse figmentum ali quod animi, & inanium quandam huius Philosophi cogitationem. Sed iam illius argumentis requiritur, ut late siueamus. Ad primum respondeo. Metaphysicis (quae est illa scientia de qua ibi agit Aristoteles) consideratur ens in quantum ens est, & species eius sub communibus attributis, in quantum res sunt entia, variae, verae, bonae, perfectae, aut imperfectae, non tamen sub propriis, & privatis non enim agitur de corporibus celestibus, ut his inferioribus influentibus quosdam arguuntur, neque de sideribus, ut inter se distant, in quadrato, vel sextili aspectu, atque ita cum hac attributa peculiaritatem possint ab aliqua scientia comprehendere, praeter hanc scientiam generalem (ut pote Metaphysicam) necessariae erunt aliae privatae, quae in his privatis attributis explicandis versentur. Ad secundum eodem modo respondeo. dari unam scientiam quae ens, ut ens est, & ut continet omnia entia contempletur, haec tamen tantum communia attributa considerabit, ceterum cum praeter illa sint aliae necessariae quae propriae cuiusque rei attributa contemplantur, ob hanc causam praeter unam generalem, aliae particularis erunt necessariae. Ad tertium respondeo. abstractionem Metaphysicam quae secundum rem, & rationem fit a materia, duplicem esse, unam per essentiam, qualis in Deo & intelligentis reperitur, & alteram per non repugnantiam, quia scilicet non repugnat re esse ab omni materia separata, & hanc in transcendentibus, & categoris reperiri profitemur non enim repugnat transcendentibus, aut categoris (v.g.) substantiae, reperiri in entibus omnino secundum rem, & rationem a materia tam sensibili quam intellectu separatis: nam reperitur

5. Argu.

6. Argu.

Ad r. argu.

Ad 2.

Ad 3.

De reb. fortui

tur in substantiis separatis, quæ sūt omnino immateriales: vnde quod inquit ille intranscendentibus dari abstractionem mathematicam, & in 7. & 8 lib. metaphy. dari alteram Physicam, falsum omnino est, quia mathematicæ repugnat esse abstractum ab omni materia, tam sensili quam intellectili, & Physicæ ab omni materia sensili, at transcendentibus, aut substantiis non repugnat abstrahi ab omni materia, tã sensili, quam intellectili. Ad quartum respond. distinguendo minorem proposit. quia metaphy. posse collocare discrimen inter obiecta diuersa potest intelligi, aut ex proprio, & solo habitu metaphy. aut præsidio aliarum scientiarum: primo modo falsum est, ipsum posse tale discrimen constituere, altero tamen modo illud verum esse concedimus, ex hoc tamen tantum abest vt recte colligere possimus non esse alias scientias necessarias, quin poti⁹ ex eodem necessariis esse præter metaphy. ad hæc discrimina collocanda, fateri necessario debeamus: Ad vltim. respon. negando consequent. Quia de corpore, & eius proprietatibus possumus agere per eadem principia, & per eandem abstractionem, de omnibus tamen entibus non possumus ita agere, quia alia principia, & abstractionem obtincent res mathematicæ, & aliam res metaphysicæ, & aliam res Philosophicæ: ac proinde eadem scientia erit quæ corpus & eius partes contēpletur, non tamen erit eadem quæ de ente, & eius partibus pertractet.

Q V A R V M R E R V M D E
tur scientia cap. 24.

COM M E N T A R I A.

Explicat Arist. in hoc cap. de quibus reb⁹ possit esse scientia. Pri-

mo vero constituit de rebus fortuitis, & quæ a casu eueniunt nullam esse scientiam, quod ita confirmat. Scientia est rerum necessariorum, vel earum quæ vt in plurimum solent euenire, vt in superioribus diximus: at fortuita, & quæ a casu proueniunt, velut fodientem terram thesaurum inuenire, neque sunt necessaria, neque eueniunt vt in plurimum: non igitur erit de illis aliqua scientia. Ac ne per sensum. Præterea neque de alijs rebus sensibilibus potest esse scientia, cuius ratio est: quia sensibilia sunt singularia: at de singularibus non est scientia, cum illa tantum sit rerum sempiternarum, ac vniuersarum, quæ solæ sunt perpetuæ. Verum quia poterat aliquis respondere sensum etiam versari circa vniuersa, vt visum circa colores in communi, et ita cum sensus versetur circa sensibilia, erunt sensibilia vniuersa, & ita de sensibilibus posse esse scientiam. Respon. Arist. sensum non versari circa vniuersum, sed circa rem particularem, quia quod sentit sensus tantum est res singularis, vt quod intuetur visus tantum est hic color. Verum quia singularia quæ possunt percipi a sensu sunt propemodum infinita, aliquomodo possumus admittere sensum ferri in rem vniuersam, hoc est, non ferri in rem singulare determinate, cum possit hoc vel illud, vel aliud singulare percipere.

Illud tamen. &c. Obseruat Arist. huiusmodi particularium perceptionem non parum conducere ad inquirendam causam vniuersam, nam ex huiusmodi particularibus iterum atque iterum sensu perceptis, colligimus vniuersum sub quo causa continetur. Vnde colligit scientiam rerum vniuersarum præstantiorem esse non solum cognitione sensus, sed etiam quacunque ali-

De rebus fortuitis non esse sciō

Neque de fin.

i. Obseruatio.

Rur animi

Ad 1. r. gumen.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 3.

De reb⁹ fortuit.

animi cognitione vnica primorum principiorum excepta cognitione.

Obser-
uatio.

Verum tamen, &c. In fine cap. obseruat Arist. lenius esse maxime necessarios, & ad explicandas varias quæst. & ad colligendum etiam vniuersum ex particularibus, nam sæpe ex defectu ac imbecillitate sensuum ignoramus aliquam quæst. qualis est illa cur vitrum sit lucidum, si quis enim maxima oculorum acie præditus esset, facile intueretur, in vitro esse quosdam meatus immotos, per quos lumē transmittitur, ac inde redditur illud lucidum.

NON ESSE EADEM
principia omnium ratiocinationum cap. 25.

Non est eadem omnium ratiocinationum confirmatio.

Confirmat in hoc cap. Arist. non eam argum. non esse omnium ratiocinationum ac demonstrat. (quidquid alij dicant) eadem principia. Primum. Principia ratiocinationum quædam sunt vera, & quædam falsa: atqui verum ac falsum non sunt idem, ergo non erunt eadem principia omnium ratiocinationum.

Secundo.

Deinde. Secundum. Principia etiã falsa nequæ sunt eadem esse: quædam namque pugnant tanquam aduersa velut album, & nigrum: & alia sunt omnino diuersa, sicut homo, ac equus. Ac sic Tertium. Principia demonstrat. spectant ad diuersa genera: quemadmodum vnitas ad numerum, & punctum ad lineam: sed quæ spectant ad diuersa genera sunt diuersa, ergo ratiocina. principia diuersa erunt. Sed hoc. Quartum. Si eadem essent ratiocinati. omnium principia, maxime essent ea, quæ communia vocantur: atqui hæc non sunt eadem in omnibus artibus, cum enim vni arti deseruiunt, ita ei propria efficiuntur, vt omnino

Tertio.

Quarto

à semetipsis distinguantur cum alteri arti deseruiunt, ergo. *Iam vero.*

Quintum. Si eadem essent principia alicuius rei, cum rerum omnium ac scientiarum principia sint infinita, possent media fere innumera ad aliquid confirmandum adhiberi, hoc autem est omnino absurdum, ergo. *Denique.* Sextum. Principiorum quædam necessaria sunt, alia vero contingentia: at necessarium ac contingens distinguuntur. *At vero*

Septimum. Si dantur eadem principia omnium conclusionum, quia sunt eadem in Medicina, in Geometria & in aliis scientiis, hoc videtur esse ridiculum, nam ex eo quod sunt eadem in singulis artibus, non possunt in communi vocari omnium ratiocinationum. *Sed ne.* Octauum.

neque possunt vocari eadem: quia omnia sunt apta ad demonstrandum: quia quamuis in hoc conueniant distinguuntur tamen secundum priuatas rationes cuiusque artis. *Quod*

Nonum. Vltimum. Neque possunt esse eadem principia quia omnia sunt immediata, quamuis enim in hoc conueniant, aliud tamen maxime differunt (vt superius diximus) non enim ex eo, quia aliquo pacto sunt cognata dici debent eadem simpliciter, possunt namque in aliquo conuenire, & in aliquo differre, ergo non erunt eadem principia omnium ratiocinationum.

QVO PACTO DIFFERANT
scientia & opinio
cap. 26.

COMMENTARIA.

Qua ratione scientia & opinio distinguantur inter se contulit hactenus Arist. in hoc cap. confert iam scientiam cum opinione: atque ita in s. p. proponit quædam discrimina

Quinto

Sexto

Septimo

Octauo

Nono

i. D.

a. Di

s. Par
capit

Exp
tur p
ma q
&

1. Discr. mina inter scientiam & opinionē, & in secunda dissoluit quasdam dubitationes. Primum discrimen est scientia est eorum, quæ nō possunt vllō modo aliter se habere: opinio vero eorum quæ aliter & aliter euenire possunt. Etenim cum horū possit esse aliquis habitus intellectus speculatiuus, & hic non possit esse intelligentia neq. scientia, hi namque habitus in rebus necessariis versantur, opus erit constitutum habitum opinionis qui sit harum rerum quæ aliter & aliter eueniunt.

2. Discr. *Restant distinguuntur.* Secundo quia opinio est in rebus veris, & falsis rerum quæ possunt aliter euenire, vnde propositiones opinabiles, nullo certo, ac firmo fundamento innitentur, atq. ita opinio erit cognitio quædam infirma, in certa, & cum formidine: atvero scientia cū sit rerum quæ aliter euenire nequeunt, est cognitio certa firma, & absque vlla formidine.

His accedit. Tertio distinguuntur ex communi modo loquendi, quia is qui existimat scientiam habere arbitratu id quod scit, aliter euenire non posse: is vero qui habet opinionem censet illud de quo habet opinionem aliter euenire posse.

2. Pars capit. *Existit autem hoc loco.* In secunda parte cap. dissoluit Arist. duas quæ habent ortū ex superioribus. Prima est cū scientia, & opinio possint esse de vna, & eadem re, & ratione opinionis possimus etiā per causam resolvere, vsque ad prima principia, cur scientia, & opinio, nō sunt vnum, & idē, & id quod scitur non est illud de quo opinio habetur. Respon. Arist. posse quidem scientiam, & opinionem esse de eadem re, quia vnus potest scire lunā pati eclypsū, idemque alius opinari. Nihilominus tamen non sunt

idem: scientia etenim est eorū quæ tam ex sua natura, quā ex parte scientis aliter euenire nō possunt: atvero opinio est eorum quæ aliter se habere possunt, vel ex sua natura, vt si sint contingētia, vel ex parte opinantis, vt si ille, quod est necessarium existimet esse contingens: atque ita non erunt vnum, & idem. Ex quibus constat quædam esse contingētia ex sua natura, & alia ex parte opinantis.

Neque vero eiusdem omnino rei. Secunda quæst. est. qui fieri possit, vt scientia, & opinio sint de vna, & eadem conclu. Respo. Arist. non omnino illud fieri, sed eadem prorsus ratione, qua opinio vera, & opinio falsa possunt esse de eadem re, vt aliquis potest opinari, diametrum esse commensurabilem costæ, & alius opinari non esse commensurabilem, ex quibus opinionibus, prima est falsa, & secunda vera, vnus tamen ac idem homo licet diuersis temporibus potest habere has diuersas opiniones, itemque possunt hæ eadem opiniones eodem tempore in diuersis hominibus reperiri. Ita pariter scientia, & opinio de eadem re possunt esse in eodem homine diuersis temporibus, possum namque ego opinari nunc lunam pati eclypsim, postmodumq. cum iam aliquos in Astrologia progressus feci id ipsum per veram causam nouisse, terræ vt potest interpositionem inter solem, & lunam. In eodem itaque tempore, ac eodem homine non possunt scientia & opinio simul inueniri, quæuis in diuersis hominibus vno, ac eodem tempore optime reperiri possint.

2. Que-
st.

DE SOLERTIA.

cap. 27.

COMMENTARIA.

Quid sit solertia.

Quia multū cōfert solertia ad inuenienda media quibus concludi possint quælibet. propositiones propterea disputat de illa Arist. in presenti cap. *Solertia vero.* Distinguitur autem solertia perspicuitas intellectus, per quam cuiuscunque rei medium, & causa statim nobis occurrit. Quam distinctionem tribus exemplis explicat Arist. Primū. Si quis lunam admodum lucentem intueatur, dum est conuersa ad solem, hic per solertiam statim intelliget causam illius luminis esse, quia recipit illa lumen à sole. Secun. Si

quis videat pauperem cum diuite colloquentem, media solertia agnoscat illico, id ex eo esse, vt elemosinam aliquam ab ipso obtineat. Tertium. Si inter eos, qui capitali odio dissidebant, aut saltem amici non erant, amicitiam iniri conspiciamus, hinc per solertiam coniciemus, causam esse, quia hi duo habent vnū aliqū cōmunem inimicum, cui facilius multo resistent, si in vnum cōeant, amiceque ac socij fiant, quam si amici non fuerint. Ex his tribus exemplis primum redigit Arist. ad perfectam rationationem ad hunc modum. A quo vnū quodque habet esse, ad illud idem reuocari, ac reduci debet: at luna obtinet lumen à sole, debet ergo lumen lunæ ad solem reduci.

Disputatio de opinione, fide & scientia, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

IN postrema huius primi lib. disputatione, cum Arist. de opinione, fide, & scientia, ipsorumque inter se mutua habitudine, & comparatione agere instituimus. Complexi autem sumus illam vnica sectione in qua imprimis de opinione, deinde de fide, tertio de scientia, & vltimo de illorum comparatione, num scilicet in eodem subiecto simul esse quæant, disputabimus.

Sectio vnica. Questio prima an Opinio sit habitus.

Explicat.

7. Argu. Explicatur hanc de opinione disputationem, libuit à genere illi exordiri. Vnde quærimus num opinio sit habitus necne? Etenim esse his argumentis possumus confirmare. Primum est petitum ex testimonio Arist. qui in cap. 26. huius primi libri inter habitus intellectus (scientiam scilicet, & intelligentiã) numerat opinionem. Secundum habitus est, qui reddit potentiam habitilem, & promptam ad aliquid agendum, sed opinio reddit intellectum habitilem & proptum ad aliquod verum contingens intelligendum, ergo erit verus, & legitimus habitus, confirmatur hoc argumentum. Ex eo scientia est habitus, quia reddit intellectum habitilem, & proptum ad verum aliquod necessarium, & evidens intelligendum, ergo cum opinio reddat intellectum proptum, & facilem ad verum contingens, & obscurum intelligendum, erit illa verus habitus. Tertium. Ex variis actionibus repetitis generatur habitus, vt omnes Philosophi profitentur, ergo ex variis actionibus opinionis, generabitur quoque habitus aliquis. Confirmatur argumentum aliquem hominem ad confirmandum in Phil. in elementis qualitates non esse formas ipsorum, vti quibusdam argumentis probabilibus, quæ sæpe mente agitur, & ore verset, hic profecto ex assidua horum argumentorum probabilium cogitatione, aliquem habitum in seipso generabit, nã reddetur promptior multo, & habilior ad veritatem contingentem, & obscuram illius conclusionis intelligendam, iã ergo opinio erit verus, & legitimus habitus.

In hac quæstione, in qua genus opinionis inuestigamus certum est genus categ. vel remotum sub quo illa continetur, esse qualitatem, vñ

de tantum est de genere proximo disceptatio, sub qua nimirum ex speciebus qualitatis contineatur. Sunt enim de hac re dissidentes Philosophi. sententię. Plato in Theæteto & in Sophista, putat opinionem sub secunda specie qualitatis comprehendendi, nimirum sub naturali vi, & facultate, inquit enim (vt Arist. recitert 3. de anima cap. 3. & 11. opinionem nihil aliud esse, quam vim imaginandi) quæ profecto inter potentias naturales comprehenditur. Inter recentiores Philosophi. multi existimant genus illius esse habitum, putant enim ob hanc causam sub hoc genere comprehendere, quia est sæpe difficile mobilis à subiecto, ita enim multi tenaciter adhærent sui opinionibus, vt ab illis diuelli, non nisi cum maxima difficultate queant, inter alios hanc opinionem amplectitur M. Medina 1. 2. q. 49. ar. 2. in solutio 2. 3. opinio est in quæstione cap. de Qualit. in trepi de negantis opinionem esse habitum sed esse quadam mentis affectionem, & dispositionem, quæ opinio maxime mihi semper arripit, eademque nunc amplector libentissime.

His igitur opinionibus recentibus nostram de hac quæstione sententiam his assertionibus explicamus. Sit prima aduersus Platonem. Opinio non est vis illa, & facultas imaginandi, hanc cum Arist. in locis superioribus in hunc modum suademus. Primo quia omnis opinio est cum quadam persuasione alterius partis coniuncta, ac rationis discursu procedens, at hic in bruta animalia cadere nullo modo potest, in quibus vis, & facultas imaginandi (maxime in perfectioribus) reperitur ergo opinio non erit facultas imaginandi. Secundo quia sæpe opinamur contraria his, quæ imaginamur, nam imaginamur solem tantum

1. Opin.
Plato.

2. Opin.
M. Medi
ne.

3. Opin.
M. Soti.

1. Conclu.

1. Argu.

2. Argu.

tum esse ynius, vel duorum cubito-
rum, & opinamur (ac vere quidem)
illum esse tota terra maiorem, ergo
opinio non erit facultas imaginandi
Tertio. Omnis opinio est cum ali-
quo consensu, vel in flexione mē-
tis ad aliquam veritatem intelligen-
dam coniuncta, at sæpe exercemus
vim imaginandi sine huiusmodi af-
fensu, & mētis inflexione, non ergo
facultas imaginandi poterit esse o-
pinio.

5. Argu.

2. Con.

1. Argu.

2. Argu.

5. Argu.

3. Con.

1. Argu.

Secunda conclusio. Opinio non
continetur sub habitu, neque pote-
st illa vere, & proprie habitus nū-
cupari. Hanc cum M. Soto aduer-
sus M. Medinam profitemur, confir-
mamusque illam primo. Habitus
est qualitas ex sua natura difficile
mobilis à subiecto, sed opinio ex
sua natura est facile mobilis à sub-
iecto, quia principia, quibus illa in-
nititur, infirma sunt, & quæ neque
ut diuturnitatem aliquam opinio-
ni tribuere, sunt enim contingen-
tia, & quæ aliter possunt euenire er-
go opinio non erit habitus. Secun-
do. De ratione habitus est ex sua na-
tura tenaciter, & firmiter subiecto
inhiærere, sed opinio non est huius
modi, quia est illa cum formidine,
vnde adueniente fortiori ratione,
quæ intellectum flectat in contra-
riam partem, statim euanescit, non
igitur erit illa habitus. Verum quid
opus est in hac re confirmanda plu-
ribus vti rationibus, cum Arist. de
habitibus disputans intellectus 6.
Ethicorum cap. 3. à numero habi-
tuum illam, & existimationem ex-
cludat: non igitur poterit esse ha-
bitus.

excludit que ab harum numero o-
pinionem, & existimationem. Præ-
terea vtor illius argum. virtutes in-
tellectus sunt habitus, quibus sem-
per ille verum apprehendit, at opi-
nio sæpe inclinatur ad falsum, plerū-
que enim falsa sunt credibilia ve-
ris ergo &c. Rursus eadem est fidei
humanæ, & opinionis ratio, cum fi-
des nihil aliud sit, quàm vehemens
quædam, firma, & constans opinio
sed fides humana non est virtus vt
auctor est D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 5. ad
secundum, ergo neque opinio pote-
rit esse virtus. Item virtus est habi-
tus disponens potentiam ad perfe-
ctā illius operationem, sed opinio
non disponit intellectum ad perfe-
ctam operationem, est enim perfe-
cta operatio intellectus, cognitio
certa, & euidentis, at opinio est in-
certa, obscura, & cum formidine,
quare non poterit esse virtus.

Quarta conclusio. Opinio est af-
fectio quædam, vel dispositio intel-
lectus, vnde proximum illius gen-
erit affectio. Confirmatur qualitas
disponens subiectum, vel ad natu-
ram, vel ad actionem aliquam ad dē-
dam, ex propria vi, & facultate, faci-
le mobilis à subiecto est dispositio,
sed opinio est huiusmodi, disponit
siquidem intellectum ad actionem
intelligendi, & est ab illo facile mo-
bilis, nam adueniente alicuius de-
monstrationis efficacia, statim illa
labitur, ergo opinio erit affectio. Ita
que quemadmodum morbus, & pe-
ccatum, non sunt habitus, sed affe-
ctiones quædam, quia ex propria
vi, & natura, non diu inhiærēt sub-
iecto, quamuis aliquando ex vitio,
vel dispositione subiecti, possint
esse qualitates diuturnæ, ita etiam
opinio, quamuis aliquando ex vi-
tio, & voluntatis pertinacia, possit
diu inhiærere, & esse diuturna, quia
tamen ex propria vi, & facultate, fa-
cile

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

4. Con.

Condit.

Ad
gu

Ad

Ad

cile labitur à subiecto, simpliciter, & absolute, erit affectio nuncupanda.

Ad 1. ar. Iam ad argumenta, quæ in initio proposuimus. Ad primum respondemus triplicem esse habitum, vnum secundum rem tantum, aliū secundum rem & modum, & tertium tantum secundum modum, vt in categoria qualitatis, quæst. 4. exposuimus, est igitur opinio habitus secundum modum, quia aliquando ex pertinacia voluntatis firmiter subiecto adhæret, non est tamen secundum rem, vel secundum rem, & modum: quia hoc non habet ex propriis suæ naturæ principiis, at nos quando dicimus non esse habitum de vero, & proprio, loquimur de eo nimirū qui secundū rē, vel secundū rē, & modū sibi nomē habitus promeretur. Ad secundū respondemus, addendum esse illi propositioni, & est difficile mobilis ex sua natura à subiecto, vnde qualitas, quæ reddit facilē, & habilē potētiam ad aliquid agendum, si fuerit ex sua natura difficile mobilis à subiecto erit habitus, at hoc non habet opinio, vt sæpe diximus, quare non erit habitus. Ad confirmationē respondemus non ex eo tantum scientiam esse habitum, quia reddit intellectumabilem, & proptum, sed quia cum his, ex natura sua est difficile mobilis à subiecto, quod opiniononi nequaquam potest conuenire. Ad tertium respondemus ex variis actionibus repetitis semper generari habitum, aut secundum rē, & modum, aut tantum secundum modum, nam si qualitas illa, quæ ex his actionibus generatur fuerit ex se & suapte natura difficile mobilis à subiecto, generabitur habitus secundum rem, & modum, si tamen fuerit facile mobilis, erit tantum habitus secundum modum, hæcque

ratione opinio est habitus, habitus inquam secundum modum, verū hic nō differt ab affectione, vt iam admonuimus. Ad confirmationem vero respondemus eodem modo illum sibi comparare habitum quendam non secundum rem, sed secundum modum, quod nos de opinione nequaquam diffitemur.

QVÆSTIO SECVNDA
an esse cum formidine sit de natura opinionis.

Exposuimus in quæstione superiori genus proximum opinionis, sequitur, vt in hac secunda illius differētia inuestigemus, nū scilicet sit illa formido, tãquã differētia, qua à scientia illa distingui valeat. Etenim non esse his argumentis possumus confirmare. Primum. Vbi est certitudo, nulla potest esse formido, sed opiniononi aliquando est annexa maxima certitudo, ergo de ratione illius non erit esse cum formidine, maior perspicua est, minorem sic ostendimus, ex Aristo. 7. Ethico, cap. 3. aiente sæpe euenire, vt homines tenacius, & firmiter adhæreant falsis rumoribus, & opinionibus, quam viri sapientes scientiis, & certissimis veritatibus & ita experimur hæreticos firmi⁹ falsis suis erroribus adherere, quam Philosophus quibus reb⁹ philosophicis adherere, erit igitur opiniononi annexa maxima certitudo. Secundum. Si formido esset de ratione opinionis sequeretur, vt quo magis accresceret opinio, magis etiam formido augeretur, sed hoc esse falsum experimur, imò e contra res sese habet, quia quãto magis illa augetur, tãto magis minuitur formido ergo formido nō erit de ratione opinionis. Maiorē non est cur confirmemus, cum

Ad 2.

Ad 3.

1. Argu.

2. Argu.

fit illa explorata, & nemini dubia, certum enim est in his, quæ possunt suscipere augmentum, & decrementum, aucta re augeri illius essentiã, & illa diminuta, essentiã quoque minui: minorem autem hac ratione confirmamus. Demus aliquem hominem opinari per medium aliquod probabile, solem esse maiore terra, certe huic conclusioni, cum maxima formidine adhærebit, constitua mus deinde huic eidem varia sese offerre media ad eandem conclusionem ostendendam. hic profecto cum minori formidine eidem adhærebit, quam antea adhæserat, tenaci enim, & firmitus multo in eadem opinione persistet, in quo certe fit multo maior, quam antea erat opinio, ergo accrescente opinione, minuitur formido. Tertium. Certitudo, quæ oritur ex vna aliqua de monstratione, non est infinita, sed finita, cum subiectum illius (quod est mens humana) finita habeat in intelligendo facultatem, constitua mus igitur aliquem hominem, cui sese offerat ad hanc conclusionem suadendam: omne triangulum habet tres angulos pares duobus rectis, demonstratio, fit igitur certitudo ab illo promanans, graduum vt viginti, sumamus etiam alium hominem, cui ad eandem conclusionem suadendam, aliqua sese offerat ratio probabilis, hic certe adhærebit illi conclusioni in aliquo gradu fit exempli causa hic vnus gradus addantur deinde alia argumenta probabilia, quæ de eadem conclusionem illam certio rem multo reddant, totque addi poterunt, vt æquent, imo vicant certitudinem à demonstratione priori prouenientem: nam cum illa sit finita, & quo libet finito possit dari aliquod maius, poterit etiam dari maior aliqua certitudo, si tot media multiplicem

3. Argu.

tur: at certitudo illa, ex demonstratione ortum habens, dissipat omnem formidinem intellectus, igitur aliquando certitudo opinionis, sine vlla formidine esse poterit.

Hæc profecto argumenta difficultatibus quibusdam visa fuerunt ad dissoluendum, atque ita propter illa existimantur, formidinem non esse de ratione intrinseca opinionis ita M. Soto, & Veracrucis in hoc loco profitentur. At contra viri grauissimi opinantur. D. Th. cum in aliis locis, sæpissime tum vel maxime in tertia distinct. 23. q. 2. art. 2. quantiuicula prima 2. 2. q. 2. art. 7. de veritate q. 14. art. 1. Capreolus in tertio distinct. 25. q. 1. in solutionibus argumentorum aduersus secundam conclusionem, maxime in solutione quinti, & sexti. Hispalensis in eadem distinctione & questione Caietanus in commentariis capitis vigesimi sexti huius primi libri & fere omnes recentiores, quos necitando fastidium generem hoc loco prætermito.

Hanc igitur opinionem vt explicemus, nonnulla prius proponem ad illam dissoluendam apprimere, & maxime necessaria. Primum est formidinem nihil aliud denotare, quàm assensum quendam infirmum, imperfectum, & cum alterius partis hæsitatione, nam qui opinatur imperfecte satis, & infirme assentitur conclusioni, quam esse veram opinatur, neque enim ex omni parte intellectu in inflectit ad illius assensum, sed semper hæret de contraria parte, sit ne verior illa, quam ipse tuendam suscepit. Verum vt rem hanc facilius intelligere possimus, obseruandum erit ex D. Th. in tertio vbi supra, & ex Capreolo in eodem loco: esse latum discrimen inter scientem, credentem, opinantem, & dubitantem.

1. Opin

2. opin
D. Tho.1. Ob
serua.3. Ob
uatio

rem: quia sciens plene assentitur veritatibus per se notis, & euidētibus conclusionibus, omninoque deterninat intellectum absque vlla hesitatione, ad earum assensum, idque ex euidētia, & claritate principiorū, & conclusionum ortum habet, sūt enim principia, quæ sciuntur ita aperta, & euidētia, vt etiam & reluctantem intellectum ad sui assensum cogere queant. Credens etiam intellectum omnino inflectit, ad assensum veritatum creditarum, & ita ad alteram partem sese difundit, vt de illa nullo modo dubitet, sed putet absque vlla hesitatione illā esse certam, & indubitatam, hoc tamen non prouenit ex claritate, aut euidētia rei creditæ, sed ex voluntate, intellectum ad assensum illius determināte. Opinās inflectit intellectum ad assensum conclusionis opinatæ, non tamen ex omni parte sed cum quadam hesitatione, quia neque huiusmodi conclusiones sunt ita aperte, & euidētes, vt cogant omnino intellectum ad assensum, neque voluntas ex tanta animi affectione ad illas intelligendas mouet intellectum, vt firmiter, & constanter iubeat intellectui, eisdem adherere. Dubitans neutri parti adheret, neque in alicuius determinatæ assensum inflectit intellectum, sed fluctuat animo, iam in vnam, & iam in alteram partem declinās. Ex quibus constare sane poterit opinionē esse habitum cum formidine, nam si opinans eum formidine, timore, & hesitatione, fertur in propositionem opinatam, & opinio necessario secum petmixtam habebit formidinem.

3. Obseruatio. Ad extremum sciendum erit, esse duas qualitates inter se maxime affines, & ita, vt essētia nullo modo differant, sed tanquam perfectū & imperfectum intra eandem spe-

cie, fidem scilicet, & opinionem, nā opinio est infirmus quidam, & debilis assensus intellectus, at fides est opinio, firma tamen, constans, & roborata, & cui tenaciter (ob imperium voluntatis) adherescit intellectus, vt Arist. 4. Topicorum c. 5. aperuissimis verbis profiteretur, vnde hic assensus in Philosopho, præter quatuor elementa dari quintam aliquam naturam, ab illis diuersā, ortus, & interitus, accretionis, decretionis, & tandem omnis commutationis expertem, si fuerit infirmus, opinio est, si autem tenax fuerit, & constans in fidem commutabitur. Interecedunt autem nonnulla discrimina, & communitates, inter hæc duo, nam primo differunt, quia fides in nobis, primum generat assensum, at opinio infirmum, & debilem. Secundo differunt, quia opinio intra limites cognitionis obscuræ, est assensus quidam imperfectus: at est contra fides, intra eosdē limites, est perfectus, vnde quemadmodum intra eandem speciem humanam, differunt vir, & puer, tanquam perfectum, & imperfectum, ita etiam, intra eandem speciem obscuræ cognitionis differunt fides, & opinio: nam opinio est obscura, & imperfecta cognitio, fides vero est obscura, perfecta tamē, intra eosdē limites, & consummata. Comune autem est illis in primis, quia vtraque cognitio argumentationibus probabilibus generatur, fides enim humana, ex humana oritur auctoritate, quæ inter argumenta probabilia recensetur, & opinionem ex eisdem argumentis oriri docet Arist. in hoc cap. 26. estque commune omnium philosophorum consensus. Conueniunt secundo, quia vtraque potest esse falsa, vel à parte rei, si fuerit de re contingenti, & quæ aliter potest euenire, vel ex parte me-

dij, quamuis res fuerit necessaria, aliquando enim in res necessarias tendimus, per argumenta probabilia, cumque probabile possit esse falsum vtrique cognitioni poterit falsum subesse: tertio cōmune habent, vt tam ille, qui opinatur, quā qui credit ex pertinacia voluntatis vel ex aliquo alio accidēte putet tā rem creditam, quam opinatā esse omnino veram.

1. Con. His statutis sit prima conclusio. Si agamus de opinione perfecta, que nimirum denotat fidem humanā, non est de ratione illius formido, id est, timor, vel hæsitatione cum dubitatione alterius partis; ita vt qui in hunc modum opinatur, in propria opinione fluctuet, aut villo modo vacillet. Confirmatur, quia credens certus est de ea re, quam sibi credendam proponit, ex imperio voluntatis, vt obseruauimus, ac certitudo timorem omnem, dubitationem, & hæsitationem excludit, ita igitur huiusmodi opinio non habet secum admixtam formidinem.

2. Argu. Rursum confir. ex quibusdam hominibus suis erroribus ita pertinaciter adhærentibus vt existiment, hac fide quam illi profitentur, nihil verius esse posse, in quam incunctanter, & absque vlla hæsitatione descendere, illos intuemur, quod certe haudlene est indicium, opinionē quando in naturam fidei commutatur, omnem dissipare formidinem & tertio, quia quamuis essentialiter nō differat, fides, & opinio, quia tamen differunt penes perfectum, & imperfectum, debet necessario aliquod discrimen inter illa duo intercedere, ac nullum est aliud, quam quod fides sit certa, & sine formidine opinio autem sit incerta, & cū illa ergo &c.

3. Con. Secunda conclusio. Opinio imperfecta, & quæ separatur à fide,

quæque sibi absolute nomen opinionis vendicat habet intrinsece, & secundum essentiam, annexam formidinem. Imprimis confirmamus hanc ex cōmuni, tradita diffinitione opinionis, qua diffinitur. Absensus, obscurus, incertus, & formidolosus, nam per primam partē separatur à scientia, quæ est absensus euidens, & apertus, & per secundam à fide, quæ est absensus certus & sine formidine. Secundo confirmatur qui opinatur hoc genere opinionis, iudicat opinionem, quā ipse sequitur posse esse falsam, nā progreditur per argumenta probabilia, quæ quibus iudicat posse ferri in falsum, sæpe enim falsa sunt probabilia veris, sed qui iudicat aliquid posse esse falsum, formidat, & timet de illius rei veritate, dubitat que num contrarium sit verum, ergo formido, intrinseca, erit ac essentialis opinioni.

3. Con. Tertia conclusio. Vtraque opinio tam perfecta, quam imperfecta, est incerta, & potest esse falsa. Confirmatur, quia opinio, vel potest esse propositionis contingentis, aut impossibilis, aut necessaria, si fuerit impossibilis, iam erit falsa, si contingens potest esse falsa, quia contingens potest non esse, & ex consequenti potest non esse verum, nam ens, & verum conuertuntur, si vero fuerit propositionis necessaria, aut qui opinatur fertur in illam argumentatione aliqua probabili, aut leuiori coniectura, aut ex fide humana, vel auctoritate dicentis (nam media argumentatione necessaria ite existimata nō potest in illā ferri, cum opinio argumentationem huiusmodi à se excludat) si feratur argumentatione probabili, cū huic possit subesse falsum, & etiam opinioni poterit subesse falsum, si vero feratur leui aliquo motu, vel cō-

1. Arg.

2. Argu.

3. Con.

Conclu. Concl.

D. Th.

Obiect.

Solut.

1. Arg.

2. Argu.

3. Con.

Conclu.

lectura, cum humanis coniecturis possit subesse falsum, etiam, & opinioni, quantum est ex modo procedendi, per huiusmodi media, poterit subesse falsum: Tandem cum fides ducatur per auctoritatem dicentis, non mirum per testimonium alicuius hominis, cum quilibet homo possit, & falli, & fallere alium, ex hac etiam ratione poterit fides subesse falsum: unde docebat eleganter D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 5. ad secundum, fidem humanam non esse virtutem, quia illi potest subesse falsum, constat igitur verique opinioni, tam perfecte, quam imperfecte posse subesse falsum, & esse utramque incertam. Quod si quis dicat, non diximus in hac eadem quaestione fidem habere secum annexam certitudinem, cur ergo nunc profiteamur illam esse in certam? Respondemus verum quae verum esse quia certitudo, qua ferimur in propositionem aliquam creditam, ut in hac, exempli causa, Antipodas esse, potest ex duobus oriri, vel ex pertinacia voluntatis ipsius credentis, quia vult pertinaciter, & proterve nimis illi propositioni inhaerere, vel ex medio, quo in illius assensum potest ferri, medium autem est auctoritas hominis, qui refert nobis se Antipodas vidisse: Igitur fides humana, certa est, ex parte voluntatis, quia plerumque tanta voluntatis propensione in illa, quae nobis proferuntur ab amicis, ferimur, ut ipsis nihil certius, aut verius esse putemus at ex parte medij, quo illa progreditur, incerta est, & potest esse falsa quia medium credendi est auctoritas humana, quae & fallere, & falli optime potest, in qua re fides haec separatur a divina, quia divina inquitur auctoritati Dei reuelatis, quae certissima est, & infallibilis, at humana inquitur auctoritati humane,

quae est fragilis, & labi potest. Quae igitur in observationibus propositum, fidem humanam esse certam, intelligi debet ex parte voluntatis, at quando id diffitemur in conclusionem, loquuti sumus de eadem ex parte medij, qua ratione ipsam in certam esse posse, & falsam fuimus professi.

Satisfaciamus iam argumentis, quae initio proposuimus. Ad primum dicimus opinionem illam esse fidem, nam ut diximus ex Aristotele, & constans alicuius rei opinio, fides debet nuncupari, nos autem tantum diffitemur opinionem imperfectam, habere certitudinem, nam alteram primam fidem iam diximus esse certam non quidem certitudine ex parte medij proveniente, sed, quae ex propensione voluntatis ortum habet, in qua re separatur fides ab opinione communiter dicta quia opinio neque ex parte medij, neque ex parte voluntatis, habet certitudinem, ex parte medij omnibus est exploratum, ex parte vero voluntatis constat, quia in his, quae tantum opinamur, ita infirmam, & debilem esse experimur propensionem voluntatis, ut ad certitudinem nunquam illa attingere queat. Ad secundum neganda est propositio, quia de ratione bruti est esse animal rationis expert, quod tamen non augetur quo brutum fuerit maius, atque nobilius, imo potius minuitur, nam sunt nonnulla bruta animalia, quibus non nihil rationis inesse videtur, ut Elephas, Simia, Pythacus, Imo nonnulli putant, eisdem rationem aliquam inesse, quaevis exigua, ut Plutarcus, & Porphyrius in suis disputationibus, quod animalia bruta videntur ratione existimantur. Quintilianus 2. lib. institutionum & alij, atque ita quamvis augetur opinio non

Adr. argumen

454

Ad 21

sequi

1. Arg.

2. Argu.

D. Tho.

Obiect.

Solutio

3. Con.

Conclu. Concl.

sequitur, vt formido etiam augeatur, imo debet necessario minui, quia formido ex infirma voluntatis propensione ortum habet, & quia hæc propensio firmior fit, si plures accedant rationes probabiles, ob hanc causam si augeatur opinio per argumenta probabilia, debet minui necessario formido, idem etiam in fide supernaturali experimur, quæ quo maior fuerit in quibusdam, quam in aliis, non deferet secum maiorem inevidentiam, quæ est de ratione fidei, imo potius è cõuerso, magis illa minuitur, nam in quibusdam fidelibus, quorum mēs est à criminibus purgata, fides illū gradum nobilitatis assequitur, vt non tantum illis veritates supernaturales proponat, verum etiam in eisdem euidētiā credibilitatis articulorum generet, vt cum Caie. 2. 2. q. 1. art. 4. nostri Theologi profitentur. Ad vltimū neganda est consequētia, quia quamuis opinio in infinitum accrescat, nunquam tamen accedere, vel æquare poterit certitudinem demonstrationis: etenim quamuis omne finitum infra limites eiusdem speciei, possit ab alio superari, vt quauis linea finita data, potest dari alia maior, tamen si illa duo fuerint diuersarum specierum, quamuis illud, quod fuerit speciei inferioris, accrescat in infinitum, nunquam tamen deuenire poterit ad perfectionem speciei superioris, vt quamuis linea crescat in infinitum secundum longitudinem, nunquam deueniet ad perfectionem, & latitudinem extremitatis, & superficiei. Quare cum demonstratio, vel scientia, & opinio, specie differant, quamuis augeatur certitudo opinionis, nunquam illa poterit ad certitudinē scientiæ deuenire.

Ad 3.

QVÆSTIOTERTIA AN
euidētia sit de ratione
scientiæ.

VT ex comparatione opinionis ad scientiam facilius multo & clarius illius naturam possimus intelligere inuestigandum erit an euidētiā sit de ratione scientiæ, quemadmodum obscuritas, & formido sunt de ratione opinionis, quam quæst. cap. 2. huius primi libri in hoc loco nos explicaturus polliciti fuimus. Et quidem euidētiā non esse de ratione scientiæ confirmatur primo: quia scientiæ subalternatæ sunt scientiæ simpliciter, & absolute, quæ nullam profecto habent suarum conclusionē euidētiā, Et certe Theologia nostra est simpliciter, & absolute scientia vt nostri Theologi prima parte q. 1. art. 3. sunt testes locupletissimi, quæ est ineuidens, & obscura cognitio, nam progreditur ex articulis fidei, tãquam ex principiis, qui sunt obscuri, & ineuidentes. Secundo. Euidētia propria est habitui primorū principiorum, scilicet habitui intelligētis, vt omnes quot quot sūt Philoso. profitentur, ergo nō erit de ratione scientiæ. Antecedens est perspicuum. confirmatur consequentia: quia vna & eadem ratio, non potest duobus habitibus specie diuersis vllō modo conuenire. Tertio. Demus aliquem habitū mentis, si ipsam inclinare ad assensū verum, certum, & ex propriis principii rei genitum, hic haud dubie esset virtus intellectus, quia semper inclinaret ad verum, & non esset intelligentia, quia non versaretur circa prima principia, sed circa conclusiones, neque esset prudentia, vel ars, quia naque circa factibilia, aut ægibili versaretur, esset igitur,

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

eur, vel sapientia, vel scientia, non enim fuerunt plures habitus intellectus 6. Ethico: cap. 3. propositi ab Arist. sed non esset sapientia, quia non versaretur circa altissimas causas: esset igitur à sufficienti diuisione scientia; at hic habitus non esset euidens, sed verus tantum; certus, & ex propriis principiis rei genitus ergo euidencia nō est de ratione scientia.

b. Opin.

Multi sunt, qui horum argumentorum pondere conuicti, existimant euidenciam non esse de ratione, & essentia scientia, sed quandam alius perfectionem, quem admodum optima corporis constitutio, venustas oris, & pulchritudo, non sunt de essentia hominis; sed illius corporeæ perfectiones, quare quem admodum in homine huius perfectionibus amoris, adhuc integra, & illesa illius essentia perseverat; ita etiam, quamuis à scientia excludamus euidenciam, adhuc integra, & illesa natura scientiæ permanebit. At contra sentiendum erit cum communibus dialecticorum, cap. 2. huius primi libri, & Theologorum cum Caietano prima parte q. 1. art. 2. consensu, esse nimirum euidenciam de ratione intima, & intrinseca ipsius scientiæ; quod quæ ratione intelligi debeat, munus nostrum erit in hac questione explicare.

a. Opin.

1. Obseruatio.

Vt igitur à nomine initium ducamus. Euidencia, vt cap. 2. huius primi libri ex D. Tho. proposuimus, nihil aliud significat quàm clarum, & manifestum iudicium alicuius rei; euidencia enim, vt ipsummet nomen præ se ferre videtur, visionem significat, at visio clara, & aperta alicuius rei exprimit cognitionem. Est autem duplex euidencia; vna per se, vel secundum essentiam, & alia, ex alio, vel per participationem. Primi generis est illa, quæ non aliū

de, sed ex sola terminorum cognitione ortum habet, qualis est euidencia primorum principiorum, hæc quidem non dependet ex aliis principibus principiis, sed ex sola vocum significatione, nam si quis has voces totum, & partem intellexerit, à deo clare, & manifeste in veritate huius axiomatis seretur: omne totum est maius sua parte, vt nihil magis perspicuum, aut euidencius reperiri posse arbitretur. Altera vero participata est, quæ ex priori, & maiori euidencia ortum habet, & quæ in se illud totum lumen, & claritatem retinet, quam sibi causa superior elargitur, quæ euidencia est conclusio demonstrationis, illa enim perspicuitatem & claritatem habet sibi à principiis demonstrationis tributam; imo, quidquid claritatis & euidencie huiusmodi conclusiones habent, à primis demonstrationis principiis retinet communicatam. Reuocanda est etiam in memoriam distinctio illa scientiæ sæpe in superioribus repetita, in subalternantem, & subalternatam.

His in hunc præfatis, sit prima conclusio. Euidencia non est de ratione scientiæ in communi, abstractendo illam à subalternante, & subalternata. Confirmatur, quia si esset de ratione illius, esset quoque de ratione scientiæ subalternate, quid enim est de ratione superioris, debet etiam esse de ratione inferioris, at (vt ostendimus in conclusione sequenti) euidencia nullo modo competit subalternatæ, ergo neque scientiæ in communi poterit vllaratione conuenire.

Secunda conclusio. Euidencia nō est de ratione scientiæ subalternatæ, imo, neque accidens, aut perfectio illius, sed sibi illa omnino contrariatur.

Hæc æquum est, vt efficacibus argumentis ostendamus. Primum. Ex

2. Obseruatio.

1. Concl.

2. Concl.

1. Argu.

princi.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

principiis habitis per fidem, non potest inferri euidentia conclusio- nis, cum euidentia conclusionis ex euidentia principiorum oriatur, vt & certitudo, ex eorundem princi- piorum certitudine derivatur, que madmodum Arist. 2. cap. huius li- bri, profitetur, sed in scientia subal- ternata principia habentur per fidē a subalternante, vt cap. 10. sectio- ne secunda cum communi consen- su ostendimus, ergo scientia subal- ternata, nullam habebit suarum cō- clusionum euidentiam. Addamus

Confir. argum. huic argumento vires si placet, con- clusio semper sequitur partem debi- liorem (est enim hoc commune dia- lecticorum Theorēma) ita vt si ex p̄missis altera sit obscura, cōclusio sit obscura, si falsa, falsa, si contin- gens, contingens, sed propositio in- neuidens in demonstracione est pars deterior, & imperfectior, ergo ex pro- positione inueidenti, non potest sequi euidens cōclusio: sed proposi- tiones, ex quibus progreditur scien- tia subalternata, sunt inueidentes, cum sola fide cognoscantur, ergo scientia subalternata suarum con- clusionum euidentiam nequaquā habebit. Secundum. Qui habet eui- dentiam alicuius conclusionis, no- uit optime resolvere ipsam in sua prima principia, & elementa: ere- nim cum euidentia sit clara visio, denotabit (vt ita loquar) penetratio- nem, vel comprehensionem rei vi- se, in qua certo necessario debet ha- bitudo effectus ad sua principia, & causas splendere, quod nil aliud est quam posse resolvere effectum vs- que ad sua prima principia, & ele- menta: sed in scientia subalternata non potest fieri resolutio effectus vsque ad sua principia, & elemēta: nam habitus, qui est alteri subalter- natus, tantum resoluit suā conclu- sionem vsque ad principia sibi a-

subalternante artifice tributa, ibi- que sistit, nec ulterius progreditur in huiusmodi resolutione, sed illā tanquam extra suos limites confi- tutam, superiori artifice efficiendā committit, ergo scientia subalterna- ta, nullam habebit suarum conclu- sionum euidentiam. Rursus con- clusiones Theologicę ex eo non sūt euidentes, quia colliguntur ex prin- cipiis fidei, nimirum ex articulis, qui sunt inueidentes, & obscuri, quemadmodum Theologi prima parte q. 1. art. 2. testantur apertis- sime, sed principia ex quibus scien- tia subalternata progreditur, sunt principia fidei humanae, ergo scien- tia subalternata nullā habebit sua- rum conclusionum euidentiam.

Tertia conclusio. Euidentia est de intima, & essentiali rationi scien- tię subalternantis. Hanc aduersus multos ex recētiorebus profitemur cum Caietano, in loco supra nota- to, eamque his argumentis demon- stramus. Primus est. Ex communi, & trita definitione sciētīę, ab om- nibus dialecticis proposita, in qua ipsa per euidentiam diffinitur, ita enim habet. Scientia est habitus ve- rus, certus, & euidens, ex propriis rei causis genitus vt supra cap. 1. q. 2. expoluimus. Secundum. Qui in- telligit rem resoluendo eam vsque ad sua prima principia, & elemēta, clarum, & manifestum iudicium ef- format de illa: hoc enim est ita aper- tum, vt sit omnino impossibile si- si huiusmodi resolutionem, quin tale iudicium in mente resoluentis generetur, sed in scientia subalter- nante, sit resolutio effectus vsque ad sua prima principia, & elemēta hoc enim est scire, rem per causam inrelligere, vt cap. 2. docuerat Arist. id est per analysim rem vsque sua prima principia, & causas resolvere estque euidentia, clarum, & apertū iudi-

3. Arg

3. Argu.

3. Con.

1. Argu.

2. Argu.

Solut
quor
dam.

Conf

1. Ch
15.

3. Argu.

iudicium alicuius rei, ergo euidentia erit de intima, & essentiali ratione scientiæ subalternantis. Præterea habitus scientificus, specie differt à fide supernaturali, ergo per aliquam differentiam essentialem ab illa distinguetur, nam quæ specie differunt, aliqua essentiali differentia differunt, sed nulla alia inter se distingui possunt, nisi quia scientia est euidens, fides autem ineuidens: erit igitur euidentia de ratione essentiali, & intima scientiæ: minorem in hunc modum confirmamus, quia scientia in certitudine non differt à fide, hoc enim utriusque est commune, nam ut ex diuersis principiis, & causis, certitudo enim scientiæ ortum habet ex propriis rei quæ scitur principiis, fidei vero, ex diuina reuelatione, in sola igitur euidentiâ, & ineuidentiâ distinguuntur: etenim cum in scientia duo reperiuntur, & esse certam, & euidenter cognitionem, si non differunt in certitudine, necesse est ut in euidentiâ distinguantur. Quod si quis respondeat ut quidam dicunt distingui in eo, quia res fidei, sine discursu cognoscitur, scientiâ vero est cum discursu. Hoc certe innane est, & nullomodo dissoluit argumentum. Primo quia hæc differentia est accidentaria, accidit enim rebus fidei quod sine discursu intelligantur. Secundo quia etiam aliquando ea, quæ sunt fidei, per discursum colliguntur. Apollolus enim collegit nostram resurrectionem, quæ est de fide, ex Christi resurrectione, quam etiam tamquam articulum fidei consistitur, nam si Christus, inquit resurrexit, & nos etiam resurgemus: Tum etiâ licet scientia nunquam discursu aliquo vteretur, etiam illa secundum essentiam differt à fide habitus etenim primorum principiorum naturalium, secundum essentiam differt à fide, qui non videtur aliquo discursu,

Solutio quorundam.

Confu.

1. Chor 15.

sed simplici quadam apprehensione, & intuitu. Confirmatur præterea conclusio. Certitudo rei in intellectu ex propriis rei principiis proueniat, secum deferretur in intrinsecam, & essentialē euidentiâ, sed de ratione scientiæ, est ut progrediatur ex principis rei quæ scitur, ut constat ex illius diffinitione, ergo de ratione intima, & essentiali scientiæ, erit euidentiâ: minor est perspicua, maiorem in hunc modum suademus. Qui probe cognouit rem per sua principia, clarum, ac manifestum de illius veritate format iudicium: nam distinde penetrat rem ipsam, usque ad prima elementa, ergo cum euidentiâ sit clarum, iudicium proprius rei, euidentiâ erit essentialiter in certitudine ex propriis rei principiis proueniente, inclusa.

4. Argu.

1. Argu.

4. Con.

Quarta conclusio. Hæc euidentiâ, quam de essentiali ratione scientiæ esse diximus, non est à se, sed ab euidentiâ principiorum participata, itaque euidentiâ à se, & non per participationem, conuenit principiis, at participata propria est conclusionum & hoc est, quod docebat Caietanus prima parte quæ ar. 2. nullam scientiam habere ex se, & in se suarum conclusionum euidentiâ, sed ex principiis, & in principiis, vel per continuationem ad prima & in demonstrabilia principia. Confirmatur ex Arist. cap. 2. huius primi libri, docente certitudinem conclusionum, à certitudine principiorum, tanquam à proprio fonte oriari, atque ita colligebat maiorem certitudinem in esse principiis, quam conclusionibus, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis debet esse tale, sed eadem ratio est euidentiæ, & certitudinis: ergo tota euidentiâ conclusionum, demonstrationis ab euidentiâ principiorum oriatur. Præterea quæ est habitudo in practiis finis ad media,

1. Argu.

2. Argu.

dia eadem est in speculatiuis principiorum ad conclusiones, sed tota bonitas mediorum (vt media sunt) oritur à bonitate finis, ergo tota euidencia cōclusionum, ab euidencia principiorum dimanabit.

Ad 1. argumen.

Occurramus iam argumentis in initio propositis. Ad primum iam in secunda conclusione exposuimus, euidenciam non conuenire, scientiis subalternatis, vnde libenter admittimus totum argumentū propositum, cum nihil colligat contra nos. Ad secundum respondem⁹

Ad 2.

euidenciam tam habitui principiorum, quam conclusionum conuenire, alia tamen, & alia ratione, nam euidencia à se, competit habitui priorum principiorum, participata vero habitui scientifico, itaque nō quolibet euidencia est de ratione scientiæ, sed tantum participata. Ad

Ad 3.

ultimum respondemus negando minorem, imo impossibile profusum est, non futurum huiusmodi habitum euidenciam, ita enim est annexa euidencia certitudini, quæ ortum habet ex propriis rei principiis (qualis in huiusmodi habitu reperitur) vt ab ea diuelli nequaquam possit.

cap. 26. de opinione disputans proficitur, atqui hæc ratio nulla est, nā opinio etiam est rebus necessariis, etenim in philosophia num elementa remanent in mixtis secundum essentiam, dantur duæ opiniones contrariæ, vna aiens, & altera negas, quarum altera necessario debet in veram & necessariam partem ferri, ergo opinio quoque erit de rebus necessariis. Confirmatur secundo distinctio habituum est ex distinctione obiectorum depromenda, & vnitas ex vnitate, vt cap. 23. huius libri docuerat Aristot. sed scientia & opinio possunt esse vnus, & eiusdem obiecti, vt Aristot. in cap. 26. ingenue profitetur, nā de eadem Eclipsi lunæ, potest aliquis per medium probabile habere opinionem, & alius per medium necessarium scientiam, ergo scientia & opinio nequaquam inter se distinguuntur.

2. Argu.

Ex his quæ in superioribus questionibus explicata fuerunt constare poterit quæ ratione scientia, & opinio inter se distinguantur, diximus enim de ratione scientiæ esse euidenciam, & certitudinem, opinionis vero formidinem, & obscuritatem, verum quia sunt etiam alia discrimina, quæ inter hæc duo interueniunt, erunt omnia illa hoc loco à nobis recensenda, ea postissimum, quibus inter se separantur, quam rem, vt explicare possimus sciendum erit ex D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 1. hæc tria, scientiam, fidem, & opinionem, habere aliquid commune, & aliquid proprium, quo inter se separentur, conueniunt enim in assensu, nam ex his quodlibet in assensum alicui⁹ veritatis inclinatur intellectū, differunt autem in modo, vel ratione assensus, nam per scientiā assentitur intellectus conclusionibus demonstratis ex ipsa rei euidencia, certitudine, & clara

Obser.

QVÆSTIO QVARTA

an scientia differat à fide, & ab opinione.

Hactenus de natura opinionis, si dei, & scientiæ differuimus, sequitur vt iuxta pollicita in præfatione huius disputationis, de comparatione, & habitudine, quam inter se retinet differamus: Et quidē non distinguimus scientiam, & opinionem confirmatur primo, quia si distinguerentur, esset ex eo, quod scientia est de rebus necessariis, opinio vero de contingentibus, vt Aristot.

2. Argu.

conuictus, at per opinionem, & fidem, non ex rei euidencia, sed ex determinatione voluntatis, ad asserendum idem ducitur intellectus, quæ determinatio si fuerit infirma rationibusq; probabilibus nitatur intellectus, generat opinionem, si vero firma fuerit, & tenax, et auctoritate testificantis fulciatur, fidem generabit, ita vt si auctoritas testificantis fuerit humana, generet fidem humanam, si diuina diuinam, hac igitur diuina prætermissa, cuius naturam explicare munus est Theologorum 2. tradenda erunt inter opinionem & scientiam hoc loco discrimina.

¶ Con. Sit igitur prima conclusio. Scientia habitus est à fide, & ab opinione ipsa, & secundum essentiam omnino distinctus. Hanc proficitur Arist. cap. 26. eamque propositis discriminiibus inter scientiam, fidem, & opinionem interuenientibus, veram esse demonstrat, quæ quia ex illis, eius veritas facilius illucescet, erunt à nobis in sequentibus conclusionibus explicanda.

¶ Con. Secunda conclusio. Scientia, & fides (quam in superioribus quæst. 2. diximus esse perfectam opinionem) his discriminiibus separantur. Primo ratione generis, quia scientia est virtus intellectus ex Arist. 6. Ethicorum cap. 3. at fides humana (nam de hac agimus) non est virtus intellectus, vt D. Tho. 2. 2. q. 4. art. 5. ad secundum proficitur. Secundo differunt ex parte veritatis, quia fides humana, vt pote auctoritati humana, quæ fallere & falli potest innixæ, potest subesse falsum, vt D. Tho. inquit in eod. loco at scientia semper est de veris. Differunt tertio ex parte necessitatis, quia scientia quævis fuerit, semper veratur in necessariis, vt Arist. in hoc loco, & 2. cap. tum etiam 6. Ethico-

rum cap. 4. proficitur, at fides in contingentibus, vt sunt adiones, & res humanae semper versatur. Quarto differunt ex parte certitudinis, quia quamuis in hac non differant, cum de vtriusque ratione sit certitudo, tamen ex parte principii, ex quo vtraque promanant, maxime separantur, quia certitudo scientiæ ex propriis rei principiiis ortum habet, si dei vero ex sola proensione voluntatis, quia quis propter auctoritatem dicentis, ad aliquam veritatem tenaciter defendendam difinit intellectum. Quarto differunt ex parte euidentiæ & in euidentiæ, quia scientia est euidens, clara, atque perspicua cognitio, fides vero in euidens est, obscura, & minime aperta.

Tertia conclusio. Inter scientiam & opinionem multa alia discrimina intercedunt. Primum est ratione generis, quia scientia est habitus verus, & virtus intellectus, opinio vero neque est habitus, neque virtus, sed dispositio, vt quæst. 1. exposuimus. Secundum ex parte certitudinis, quia scientia est certa & infalibilis cognitio, opinio vero dubia est, incerta, & formidolosa. Tertium ex parte claritatis, quia de ratione scientiæ est euidencia de ratione vero opinionis, in euidencia, & obscuritas. Quartum ex parte propositionum, quia scientia tantum est de conclusionibus ipsis demonstratis, at opinio, & conclusio, & principiorum esse potest, posse esse conclusionum nulli est dubium, cum sæpe per argumenta probabilia conclusionem opinabilem inferamus, posse tamen esse principiorum, docet Arist. ca. 26 in quiens opinionem esse assensum enunciationis medio vacantis, quæ sane enunciatio est principium demonstrationis, non quidem quia omnis opinio sit propositionis immediatæ,

neque enim hoc hisce verbis voluit indicare Arist. sed quia dantur multæ opinio. de huiusmodi propositionibus immediatis Secundū ex eisdem propositionibus necessariis, & per se, vt constat ex cap. 4. huius libri, at opinio semper vtitur vel altera, vel vtraque propositione probabili, & accidentaria, vel quæ iudicetur esse probabilis ad inferendum opinabilem cōclusionē. Sextum & vltimum ex parte necessitatis, & contingentia, quia scientia semper versatur in rebus necessariis, & quæ a sciente iudicantur esse necessaria, at vero opinio vel versatur in rebus contingentibus, vt sit in plerisque opinionibus, vel si versetur in rebus necessariis, non iudicantur illæ ab opinante necessaria, sed contingentes, & quæ aliter possunt euenire, vnde fit, vt ad scientiam tria requirantur, Primū. vt sit de rebus, necessariis Secundū vt per argumentum necessarium progrediatur. Et tertium vt necessitas argumentationis a sciente fuerit comprehensa, & quia malum prouenit ex quocunque defectu, bonū vero ex integra causa, sitque scientia bonum intellectus, opinio vero malum eiusdem, ad scientiā hæc tria ita requirantur, vt si alterum defuerit, illico debeat illa euanescere, opinio vero ex quocunque defectu, ex his tribus oriatur: imprimis si non fuerit de re necessaria; sed de contingenti: secundo si fuerit de re necessaria non tamen per argumentationem necessariam, sed probabilem, & tandem si fuerit de re necessaria, & per argumentationem necessariam, dum tamen vis, & necessitas argumentationis ignoretur. potest enim euenire vt aliquis in rebus necessariis feratur argumentis necessariis, quæ quia vt probabilia assumuntur, & iudicantur, non scien-

tiam, sed opinionem generabunt. Legendus est Caietanus in hoc loco, & 2. 2. q. 1. art. 5. Ex his colligitur opinionem recte a quibusdam fuisse definitam, assensum obscurum, propositionis contingentis, quæ sane definitio intelligi debet de propositione contingenti; aut secundum se, aut ex parte opinantis, vt D. Tho. 11. q. 67. art. 3. docet. Secundum se, vt cum quis opinatur omnem matrem diligere filios suos, quod certe ex se sua pte que natura est contingens, ex parte vero opinantis, vt cum quis huic propositioni necessaria, cœlum est incorruptibile, per medium probabile; vel per necessarium, quod iudicatur esse probabile, assentitur.

Ad argumēta igitur sequitur vt respondeamus. Ad primum respondemus duobus modis esse aliquid necessarium, & certum, vno modo secundum se, & altero quo ad nos, totidemque potest aliquid vocari incertum, vel secundum se, vt omne illud quod fuerit contingens, vel quo ad nos, vt est illud quod est necessarium, a nobis tamen non tanquam necessarium, sed tanquam probabile iudicatur. Interest igitur inter scientiam, & opinionem, quia scientia semper est de rebus necessariis, & certis, secundum se, & quo ad nos, opinio autem, potest quidem esse de rebus certis, & necessariis secundum se, non tamen quo ad nos, vnde quamvis ex illis duabus opinionibus, elementa secundum essentiam remanent in mixtis, elementa non remanent secundum essentiam altera earum sit a parte rei certa, & necessaria, quia tamen neutra nobis est certa, & necessaria, cum sit vnaque latens, & obscura (cum in vtramque argumentis feramur probabilibus) ob hanc causam, vtraque opinata erit, non tamen

Annot.

Ad, at
gumet

p. Ar

Ad 2)

tamen scita. Ad secundum respon-
distinctionem habituum, vel cogni-
tionum, aut earundem unitatem,
non ex materiali, sed formalis unita-
te, aut distinctione obiectorum esse
depromendam, vt in eodem capi.
23. q. 1. late docuimus: at quamuis
scientia, & opinio de eodem obie-
cto materiali (vt de eadem ecclypsi
lunæ) esse possint, non tamen pos-
sunt esse de eodem formali, quia &
diuersis luminibus (scientia claro
opinio vero obscuro) & diuersis me-
diis (scientia necessario, & quod iu-
dicatur esse necessarium, opinio ve-
ro probabili, aut quod iudicatur
esse probabile) in illud feruntur, ac
proinde non poterunt scientia, &
opinio esse vnum, & idem, sed ma-
xime inter se distinguuntur, vt abū-
de satis in quæst. dedimus expli-
catum.

QVAEST. QUINTA AN
scientia & opinio, possint esse
simul in eodem, de una
& eadem re.

(?)

Anceps dubiaque extitit apud
veteres hæc quæstio, & nunc e-
tiam non est apud recentiores parū
controversa, nam posse esse, his ar-
gumentis, haud eorum iudicio leui-
bus, sibi persuasum quidam habue-
runt, quorum primum est. Potest
aliquis simul ad eandem conclusio-
nem cognoscendam, habere duo me-
dia, vnum probabile, & alterum ne-
cessarium, vt adhuc conclusionē.
Omnis homo est animal capax dis-
cipline, intelligendam, progredi po-
test, vel per hoc medium necessa-
riū, quod est esse animal particeps
rationis, vel per hoc aliud contin-
gens, quod est esse philosophum,
contingit enim hominem philoso-

phari, sed medium necessarium ge-
nerat scientiam, contingens vero
opinionem, vt perspicuis verbis in
cap. 26. docuerat Arist. ergo scien-
tia & opinio possunt esse in eodem
respectu eiusdem conclusionis. Se-
cundum sit aliquis homo, qui per
verum, & legitimum medium ne-
cessarium, nactus sit scientiam ali-
cuius conclusionis, cui deinde pro-
ponatur aliquod medium probabi-
le, ad eandem conclusionem intelli-
gendam, quod ipse putat esse ne-
cessarium, vel hoc medium in eo
generabit aliquam cognitionem il-
lius conclusionis, vel non genera-
bit, non generat nulla probabilita-
te falsitatis, apertissimeque repug-
nat experientiæ, quare generabit il-
lam, vel igitur hæc cognitio genita
erit scientia, vel opinio, at nō posse
esse scientiam ex eo sane colligi po-
terit, quia generatur à medio, quod
à parte rei est probabile, cum scien-
tia tantum per medium, quod sit à
parte rei necessariū generetur, qua-
re erit illa probabilis, & opinabilis,
sed hic idem homo antea per aliud
medium necessarium habebat scien-
tiam illius conclusionis, ergo scien-
tia, & opinio, poterunt simul esse
in eodem de eadem. Tertium. Eo
modo se habent scientia, & opinio,
quo lumen maius, & minus, nam
scientia est lumen maius, opinio
vero lumen minus, sed hæc duo lu-
mina maius, & minus, possunt esse
simul in eodem subiecto, vt experi-
mur de lumine genito à Sole, & à
lucerna, que duo in eodem aere, tã-
quam in subiecto reperiuntur, er-
go opinio, & scientia, poterunt esse
simul de eadem re, in eodem subie-
cto. Quartum. Si opinio, & scientia
nō possent esse simul in eodē subie-
cto, ex eo esset, quia de ratione opi-
nionis est inevidentia, de ratione
vero scientiæ euidencia, nam quia

1. Argu.

3. Argu.

4. Arg.

euidencia, & in euidencia respectu eiusdem non possunt esse in eodem propterea dicimus scientiam, & opinionem, non posse esse in eodē subiecto, atqui hæc ratio nulla est: falsum enim est in euidencia esse de ratione opinionis, quod ita confirmo: Negatio non est de essentia entis positiui, sed opinio est ens positium, nam est qualitas in euidencia vero est negatio euidentiæ nõ igitur de ratione opinionis. Rursus eadem est ratio opinionis, & fidei supernaturalis, nam vtraque est in euidencia, & obscura cognitio, sed fides, & scientia possunt esse simul de eadem re, in eodem subiecto: etenim de hac conclusione, Deus est; vel de hac altera, Deus est vnus, philosophus catholicus, simul habet

s. Arg.

Confirmat. arg.

scientiam, & opinionem: ergo opinio, & scientia poterunt esse simul in eodem subiecto: Et confirmatur hoc argumentum. Ratio formalis scientiæ, & fidei non pugnant inter se: ergo neque scientia & fides pugnant, quare poterunt esse simul. Confirmatur antecedens: ratio formalis scientiæ est assentiri alicui conclusioni propter medium necessarium, quod sit vera, & legitima causa effectus, ratio vero fidei est assentiri propter autoritatem dicentis, sed potest aliquis scire aliquam conclusionem esse veram propter legitimam illius causam, & quia viri graues hoc esse verum testantur, hoc enim, quid prohibet, quo minus fieri possit: an non potest aliquis assentiri huic conclusioni, luna tali tempore patietur eclipsim, quia terra erit interposita inter ipsam, & solem, & quia ita astronomi periti docuerunt: iam ergo fides, & scientia, poterunt esse simul. Tandem confirmatur præclaro quodam D. Tho. testimonio 3. p. q. 9. art. 3. ad secundum, in quo loco apertissimis ver-

bis proficitur, scientiam, & opinionem respectu eiusdem conclusionis, in eodem homine nullo modo pugnant, sed remanere opinionem ex argumento probabili genitam in illo etiam post adsecutam veram scientiam illius conclusionis, quare opinio, & scientia poterunt esse simul in eodem subiecto.

In hac questione, extitit Platonum opinio exitimantium, nulla ratione posse esse de vna, & eadē re, neque ab vno, neque à diuersis hominibus, simul scientiam, & opinionem: diuidebant enim res omnes in tres classes, in supremas, medias, & infimas; supremæ sunt substantiæ separatae, simplices, & puræ, omnisq. cōmutationis & interitus expertes, infimæ sunt hæc, quas oculis conspiciamus, fragiles, ortui, ac interitui obnoxie, mediæ vero sūt res Mathematicæ, vt numerus, & magnitudo, quæ quamuis in his rebus cito perituris, & caducis reperiantur, ita sumuntur à Mathematico, ac si nulli ortui & interitui sint obnoxie: faciebant etiam triplicem cognitionem, scientiam, cogitationem, & opinionem, in fastigio scientiam collocabant, in inferiori loco opinionem, & in medio cogitationem: vnde maxima cognitio, quam de rebus possumus habere, est scientia, minima est opinio, media vero cogitatio. Itaq. substantiarum separatarum tantum potest esse scientia, & nullo modo opinio: harum rerum inferiorum est contra tantum potest esse opinio, & nullo modo scientia, rerum vero Mathematicarum, tantum potest esse cogitatio, nullo vero modo, nec scientia, nec opinio, ac proinde res, quæ cadunt sub opinionem, non possunt cadere sub scientiam, nec quæ sciuntur, sub opinionem comprehendunt, ylla ratione queunt. Hanc sententiam

1. Opinio Platonum.

E. O. io. Peritetic

5. O. Dan

4. O. ver. D. T. & a. rum

f. ob

3. Opi.
nio.
Peripa-
tetico

etiam explicat Proclus Platonius libro primo commentariorum in Euclidem cap. 1. At contra Arist. in hoc cap. 26. & omnes peripatetici opinantur, verissime profitentes, scientiam, & opinionem, de vna, & eadem re, à diuersis hominibus esse posse: est tamen apud eos non leuis disceptatio, an in eodē respectu eiusdem, hæc duo simul possint coherere, nec ne: multi enim arbitratur opinionem, & scientiam, de eadem conclusione posse esse in eodem, vt

3. Opi.
Duran.

Durandus q. 1. prologi senten. & in 3. distin. 31. q. 3. & 4. Argentina q. 3. prologi senten. art. 2. multiq. ex recentioribus, qui intrepide affirmant, per diuersa media, vnum probabile, & alterum necessarium, posse esse simul in eodem subiecto de eadem conclusione scientiam, & opinionem. Est tamen verissima, & omnino amplectēda opinio, esse

4. Opi.
verior.
D. Tho.
& alio-
rum.

prorsus, & omnino impossibile, vt quis simul de re vna, & eadem, habeat scientiam, & opinionem, hoc enim implicat apertā contradictionem, vt postea euidenti quadā demonstratione ostendemus, quam opinionem absq. ambagibus sequitur Arist. in hoc cap. & cum eo omnes peripatetici, qui recte sentiunt. D. Tho. in commentariis huius loci, & in multis alijs, B. Albertus Magnus, Philoponus, Themistius, Caietanus, Louanienses, Villalpandus M. Soto, Veracrucis, in suis commentarijs, & quæstionibus, & multi alij quos ne molestiam citando pariam pratermitto.

f. obser.

Hanc igitur vt explicemus sciendum erit: ex contrarijs quēdā esse, quæ pugnant ex parte causæ, & alia ex parte subiecti: ex parte causæ pugnant quæ à diuersis causis oriuntur, vt lumen maius, & lumē minus, vt lumen lucernæ, & solis, lucernæ etenim, quod est exiguum,

ita sicut à lucerna, vt à sole dimanare nequaquam possit, & maximum illud lumen solis, ita ab ipso promanare, vt à lucerna promanare nulla ratione queat: ex parte vero subiecti illa pugnant inter se, quæ eidem in esse nulla ratione possunt, quæ potius vno adueniente debet illico alterum ab eodem recedere, & omnino perire, qua ratione inter se pugnant lux, & caligo, quia adueniente luce clarissima solis, seseq. per aerē difundente, illico tota dissipatur caligo, hæcque eadem ratione, euidētia, & ineuidētia in intellectu sese habent, quia euidētia est lux clarissima intellectus, ineuidētia vero eiusdem caligo, atq. ita adueniente euidētia alicuius conclusionis, necesse est vt mox tota ineuidētia omnino, & funditus dissipetur: Illud etiam adnotandum erit, scientiam & opinionem, non pugnant in ueritate ex parte obiecti, quia vt in prima conclusione ostendimus, possunt esse de vna, & eadem re, neq. pugnant ex parte causæ, vel medijs, cum eodem medio possint duo homines ferri circa eandem conclusionem, vnus opinādo, & alter per scientiam rem illam intelligendo, si vnus illorum vim & efficaciam argumenti ignoret, putans tantū esse probabile, quod re vera est necessarium, & alius optime eiusdem argumenti necessitatem comprehendat: quare pugnant ex parte subiecti, eo modo, quo caligo, & claritas, vel euidētia, & ineuidētia, inter se pugnant, & contrariantur.

His igitur in hunc modum præfatis, sit prima conclusio. Scientia, & opinio, possunt esse in diuersis hominibus de re vna & eadem: hæc cum Arist. & peripateticis aduersus Platonicos profitemur, quæ certe ita est aperta, vt ineptum esse putē contrarium opinari: nam quid quæ

so prohibet quo minus aliquis habeat veram scientiam huius cōclusionis luna patietur ecclipsim, per veram & legitimam causam, quia nimirum terra interponetur inter ipsam, & solē, vno ex luminaribus existente incauda, & altero in capite draconis, & alius habeat eiusdē opinionem, quia ita aperitis Astronomis accepit. lam non ne experimur respectu vnus atque eiusdem rei, vnum probe illius causas, & principia intelligere, & alterum easdē ignorare, ferri que in veritate aliquā de illa re assequendam, leuissimis coniecturis, & argumentis infirmissimis, & probabilibus, hoc enim ita esse supissime experimur, quod si hoc ita fuerit cum scientia per veram rei causam progrediatur, opinio vero per argumenta probabilia & infirma, quod rogo impedimentum erit, ne hęc duo simul in diuersis hominibus de re vna, & eadem esse queant?

a. Argu.

1. Conclu.

Obfer.

Secunda conclusio. In vno & eodem respectu vnus, atque eiusdem conclusionis simul & in eodem tempore, impossibile est dari scientiam & opinionem secundum actum, ita vt impossibile sit, aliquem hominem simul, & eodem tempore opinari, & scire eādem conclusionem: expendamus singulas particulas, antequam ostendamus conclusionem, diximus in primis in vno, & eodem, quia in diuersis hominibus, bene possunt esse simul de eadem conclusione, vt diximus in superiori assertionem. Diximus deinde, respectu vnus atque eiusdem conclusionis, quia diuersarum conclusionum bene possunt esse simul in eodem homine scientia, & opinio potest enim aliquis scire calum esse sphericę figurę, & opinari esse illud ex se, suapteque natura incorruptibile, diximus tandem simul, & in

eodem tempore, quia in diuersis temporibus poterit quis de vna, & eadem conclusione habere opinionem, & scientiam, si in vno tantū fuerit nactus ad illam intelligendā argumentum probabile, & in alio medium necessarium: quod igitur asserimus est in vno, & eodem, respectu eiusdem, & in eodem tempore fieri non posse vt sint actus scientiæ, & opinionis. Quæ profecto conclusio, nisi quis lypis oculis Arist. legerit est apertissima illius sententia, in cap. 26. proposita, in quo loco tria tradit discrimina, inter scientiam, & opinionem interuenientia, ex quibus illa duo non posse esse simul in eodem respectu eiusdem apertissime confirmat: ne tamen sola illius auctoritate in hac re commoueamur confirmatur efficacissimis argumentis conclusio. Primum. Quæ pugnat ex parte subiecti simul in illo reperiri nequaquam possunt, quia accessus vnus ad subiectum, debet esse alterius recessus, quæ ratione mors, & vita, lux & caligo inter se pugnant, ac proinde non possunt esse simul in eodem subiecto, sed adueniente morte perit vita, & accedente luce dissipatur caligo, sed scientia, & opinio pugnant inter se ex parte subiecti, quia scientia est euidens, & clara cognitio intellectus, opinio vero est obscura, & inuidentis eiusdem ergo scientia, & opinio, nō poterit esse in eodem, simul, respectu eiusdem: Secundum. Impossibile est duas contradicentes posse dari simul veras, sed si scientia, & opinio in eodem, respectu eiusdem possent esse simul, darentur duæ contradicentes simul, veræ, non igitur hæc duo respectu eiusdem in eodem simul esse poterunt: maior est perspicua, minorem ita confirmo: hæc duę sunt contradicentes cog-

1. Argu.

2. Argu.

10 eui-

tio evidens eiusdem conclusionis, & non evidens cognitio, sed si scientia & opinio possent esse simul de eadem conclusione, hæc duæ essent simul veræ, quia opinio est in evidens cognitio, scientia vero est evidens: ergo si scientia, & opinio possent esse simul respectu eiusdem conclusionis, duæ contradicentes essent simul veræ. Tertium. Impossibile est aliquem simul iudicare re aliquam aliter se habere non posse, & iudicare rem eadem aliter se posse habere, nam hæc duo iudicia inter se pugnant omnino, & quamvis quis pertinax ore hoc diffiteatur, nullus tamen rationis cõpos, si mētem consulat, poterit illud diffiteri sed per scientiam iudicamus, rem aliter nullo modo se habere posse, per opinionem vero posse se aliter habere: ergo fieri nulla ratione poterit, vt scientia, & opinio sint simul in eodem respectu vnius, atq. eiusdem rei.

3. Argu.

3. Conclu.

1. Argu.

1. Arg.

Tertia conclusio. Neque secundum habitum possunt scientia, & opinio simul in eodẽ respectu eiusdem conclusionis reperiri. Confirmatur Primo aduersus Durandum & alios contrarium asserentes, quia quæ est ratio actus ad actum, eadem est habitus ad habitum, sed actus scientiæ, & opinionis, nõ possunt esse simul in eodem subiecto respectu eiusdem: ergo neque habitus simul esse poterunt. Secundo. Contraria quæ pugnant ex parte subiecti, non possunt esse simul in illo, sed habitus scientiæ, & opinionis contrariantur ex parte subiecti: ergo non poterunt esse simul in illo, maior est perspicua, & confirmatur minor primo. Quia repugnantia habituum, ex actibus est haurienda, sed actus scientiæ, & opinionis, contrariantur ex parte subiecti, ergo & habitus etiam, ex parte illius erunt

contrarij: Secundo quia habitus clarus, & evidens contrariatur habitui obscuro, & inneuidenti, at scientia est habitus clarus, & evidens, opinio vero obscurus, & inneuidens quare ex parte subiecti contrariabuntur.

Quarta conclusio. Scientia & fides, neque secundum actum, neque secundum habitum possunt esse simul in eodem subiecto, de re vna, & eadem: verum cum sit duplex fides, vna humana, & altera diuina, vel vna, quæ innititur authoritati humanæ, & altera reuelationi diuinæ, de humana non posse esse simul cum scientia, ex his, quæ de opinione diximus, apertũ fieri poterit, & manifestum, nõ iam supra docuimus, fidem & opinionem esse rem vnã, & eandem, tantumq. differre tanquam perfectum, & imperfectum intra eandem speciem. De diuina vero nõ posse esse simul cum scientia aduersus multos Theologos, vt Alexandrum 3. p. q. 79. mēbro. 3. Alti si dorensem 3. lib. sup. Theologiæ tract. 3. cap. 1. q. 4. D. Bonamuenturam in 3. dist. 22. art. 2. q. 3. Gabrielem in eadem distinctione q. vnica art. 2. Durandũ & Argentinam vbi supra, profite-mur, cum D. Tho. vbiq. 2. 2. q. 1. art. 5. de veritate q. 14. art. 9. & in 3. dist. 24. q. 1. art. 2. quæstionula 2. ad 3. Capreolo in 3. dist. 37. q. vnica conclus. 2. Ferrariense primo Contra gentes cap. 8. Caietano, & reliquis interpretibus D. Thomæ in loco notato ex 2. 2. Caterũ cum ad fidem, quædam expectent per se vt sunt illa, quæ non alio quam supernaturali lumine possunt attingi, vt v. g. Deum esse trinũ, & vnũ: esse incarnatum, &c. & alia per accidens, vt alia, quæ lumine naturali possunt cognosci: verũ quia nõ omnes possunt demonstrationes philo-

4. Conclu.

Opinio quorundam.

Opinio D. Tho. verior.

fophicas ad illa cognoscenda comprehendere, sit ut etiam à nobis illa cognoscuntur per fidem, ut Deū esse, esse vnum: esse gubernatorem, quem admodum D. Tho. 1. p. q. 32. art. 4. 1. Contra Gent. cap. 4. alibi que se p̄sime animaduertit. De his quæ spectant per se ad fidem, non posse esse scientiam confirmatur: Quia, quæ sunt scita, lumine naturali cognoscuntur, at quæ hoc modo spectant ad fidem, solo lumine supernaturali, per reuelationē possunt cognosci, iuxta illud Mathæi 11. Nemo nouit filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit fili⁹ reuelaret & Mathæi 16. Inquit Dominus Petro (post egregiam illam fidei professionem). Tu es Christus filius Dei viui) Beatus est Simō Bariona, quia caro & sanguis, id est, ratio naturalis, non reuelabit tibi, ergo scientia & fides, nō poterunt esse simul de re vna, & eadem. Præterea de aliis, quæ per accidens spectant ad fidem non posse ipsam esse simul cum scientia de re vna, & eadem, confirmatur. Quia impossibile est euidētō & ineuidētō cognitionem, esse simul in eodem, respectu eiusdem, sed de ratione fidei est: ineuidētia, scientia vero euidētia: ergo impossibile erit scientiā, & fidem, esse in eodē respectu eiusdē. Illud tamen diffidendum non est quo ad certitudinem de conclusione scita per philosophiā, remanere fidem: quia maiori certitudine ferimur nos catholici in hanc cōclusionē. Deus est, vel Deus est vnus, quam feratur quibus gentibus philosoph⁹, at quia de ratione fidei non tantū est certitudo, verum etiam ineuidētia, hæc conclusio non erit simpliciter, & absolute fidei, sed vel in animi preparatione, quia habemus animum paratum, ut quamuis nul-

læ rationes philosophicæ sese nobis offerent, illam certissimam, & verissimam esse crederemus, vel respectu hominum simplicium, & imperitorum, qui non possunt probe philosophicas demonstrationes nouisse. Hæc tamen ne Dialecticos limites transgrediamur, sufficit breuiter attingisse. De quibus consulendi erunt Theologi 2. 2. q. 5. art. 5.

Satis faciamus iam argumentis quæ in initio proposuimus. Ad primum respondemus argumentationem probabilem posse, vel antecedere, vel subsequi in eodem subiecto demonstrationem, quæ est circa eandem conclusionem: si antecedat, certum est illam generare opinionem illius conclusionis, at adueniente demonstratione, illico à subiecto illa euanesceat: si vero subsequatur, nihil generabit in intellectu, idque non ob defectum medi⁹ probabilis, quod ex se, suapteque natura, natum est generare opinionem, sed obia capacitatem subiecti, quia nimirum non est dispositum, ut in eo opinio illius conclusionis generetur: nam qui habet demonstrationem alicuius conclusionis, eiusque scientiā est assecutus, retinet dispositiones omnino contrarias (media scilicet necessaria) his quæ sunt necessariae ad generandam in illo opinionem: debet etenim generari per media probabilia, quæ cum aliis necessariis pugnant omnino: cognoscit igitur, qui post partam demonstrationem ad aliquam conclusionem, vitetur argumentis probabilibus, magis extensue eandem, quia pluribus mediis illam cognoscit, non tamen intensue, quia neque firmius, neque constantius illi adherebit propter argumenta probabilia, cum illa nullam firmam nata sint tribuere intellectui.

Ad secundum respondemus cum Ad 3.

Caic.

Confir.
primo.

Confir.
secund.

Ad 1.
Ad 2.

Ad 3.
1. S.

Ad 4.

Ad
quod
2. S.

Caietano in huiusmodi homine tantum per medium necessarium, quod existimatur esse necessarium generari scientiam, per aliud vero medium probabile, quod tamen sciens putat esse necessarium nulla scientia generabitur, sed error quidam pravae affectionis, quia summit medium probabile existimans illud esse necessarium, quod est certe error. Ad tertium respondemus in primis, falsum esse scientiam, & opinionem habere se tanquam lumen maius, & minus, sed se habent tanquam inmen, & tenebrae, splendor, & caligo: ac proinde quemadmodum adueniente splendore dissipatur caligo, & adueniente lumine solis fugantur tenebrae, ita etiam adueniente demonstratione, tanquam aperitissimum lumine statim opinio (quae caliginis, & tenebrarum naturam praese ferre videtur) euanescit. Vel respondere possumus, scientiam, & opinionem ratione contrarietatis non se ita habere, ut se habent lumen maius, & minus, quia haec duo lumina, tantum inter se pugnant ratione causae, eo quod progrediantur à causis specie differentiibus, ut lumen solis, à sole, & lucernae à lucerna: quae corpora specie differunt: ceterum scientia, & opinio pugnant ex parte subiecti, tanquam clarum, & obscurum, euidentem, & ineuidentem ac proinde, cum ea quae pugnant ex parte subiecti, nullo modo possint esse simul in illo, ut in quaestione docuimus, propterea haec duo non poterunt esse simul. Ad quartum respondent quidam duplicem esse rationem formalem sub qua alicuius habitus, vnam ex parte rei, & alteram ex parte intellectus, quavis igitur negatio non possit expectare ad rationem formalem alicuius habitus ex parte rei, bene tamen potest expectare ad rationem eius-

dem ex parte intellectus. Primoque in habitibus naturalibus hoc esse verum experimur, nam de ratione habitus Metaphy: ex parte intellectus est immaterialitas, quae est negatio omnis materiae. Secundo id ipsum in habitibus supernaturalibus possumus explicare, & conspiciamus enim in fide, non visum esse rationem formalem illius ex parte credentis, quod solam negationem visi significat, & non habitum spectare ad rationem spei, quod tamen solam negationem habitus exprimit, ac declarat: quare cum ineuidentia spectet ad rationem formalem opinionis, ex parte opinantis, & intelligentis, quia qui opinatur est ita dispositus, ut non possit rem ipsam clare, & aperte vultu conspiceri, propterea quamuis sit negatio euidentiae, poterit ad rationem formalem opinionis spectare: haec solutio petita est ex Cardinali Caietano: 2. 2. q. 18. art. 2. Fortassis tamen possemus respondere, admittentes ineuidentiam esse negationem euidentiae, negantes tamen ipsam esse de ratione opinionis, sed conditionem quandam omnino requisitam quemadmodum non visum in fide, tantum est conditio ad illam requisita, nam ratio formalis est veritas prima sub ratione reuelantis immediate, verum quia haec reuelatio, quandiu sumus viatores, non potest esse clara, & perspicua, requiritur haec conditio, ut sit obscura, & ineuidentis: eadem ratione ratio formalis opinionis est veritas contingens, quae per argumenta probabilia comparatur, verum quia haec sunt infirma, & quae nequeunt nobis rem ipsam aperte proponere: consequens est, ut sit opinio obscura, & ineuidentis, tanquam conditio ad illius naturam generandam, & conservandam, omnino necessaria.

Ad 3.
1. Solu.

2. Solu.

Ad 4.
quorū.
1. Solu.

Ad 5.

Ad 5. Ad quintum satis luculenter satisfe-
 cimus in vltima conclusionē, in
 qua diximus illarum conclusionū
 Deus est, vel est vnus, vel est gubēr-
 nator, non esse fidem simpliciter,
 & absolute, sed vel in animi prapa-
 ratione respectu omnium; vel res-
 pectu tantum plebis imperitæ, quę
 non potest probe demonstrationes
 philosophicas ad has veritates intel-
 ligēdas tenere: erūt igitur illę cog-
 nitiōe simplicitē, & absolute per phi-
 losophiā, scitæ quāuis ratione certi-
 tudinis ab habitu fidei prodire vi-
 deantur, certiores enim nos sumus
 philosophi catholici de his veritati-
 bus naturalibus, quam alij philoso-
 phi infideles. Ad confirmationem
 vero dicimus rationem; formalem
 scientiæ, & fidei, absolute non pu-
 gnare inter se, vt pugnat calidum;
 & frigidum, pugnare tamen maxi-
 me ex parte subiecti, quia ratio for-
 malis scientiæ generat euidētiā
 in intellectu, fidei vero obscurita-

tem, & inueidētiā, nam est as-
 sēritas dicentis, quæ nullam clari-
 tatem est nata conferre, at quantū
 hæc duo inter se pugnent ex parte
 subiecti, nullius fuit a nobis in hac
 quæstione repetitum. Ad vltimū
 respondemus D. Tho. non docere
 adueniente demonstratione, vel
 scientiā ab ea genita, remmanere
 opinionem, sed cognitionem par-
 tam per argumenta probabilia, vn-
 de cum in hac cognitione duo repe-
 riantur, & cognitio conclusionis,
 quæ est sibi cum scientiā commu-
 nis, & formido, ac inueidētiā, in
 quibus a scientiā differt, adueniē-
 te scientiā remmanet cognitio, quia
 in hac non pugnat cum illa, & hoc
 est, quod docet D. Tho. at formido
 & inueidētiā illico a certitudine
 & claritate scientiæ tanquam a con-
 trario dissipantur. Hęc igitur de to-
 to primo libro de posteriori analy-
 si, & resolutione dicta fuerint sa-
 tis,

Ad 4.

Ad con-
 firma.

Calo 2.

COMMEN.



COMMENTARIA
IN SECVNDVM LI-
brum de posteriori Analyfi, vel de
Demonstratio-
ne.

EODEM F. DIDACO MASIO
Ordinis Prædicatorum auctore.

De instituto operis.



1. Opin.

Vodnam sit institutū Arist. in hoc opere dubium est apud interpretes, nā Theophrastus, Alexander, Auerroes, Lincorien. Baldwinus, & multi ex recentioribus putant, institutum esse agere de diffinitione: Etenim cum sint duo modi sciendi, diffinitio, & demonstratio, sitque de demonstratione satis superque in superiori libro disputatum, æquum erat, vt in hoc secundo de altero modo sciendi disputaretur. Alij, vt Simplicius, Philopponus, Eustracius, & quam plures ex Neotericis putant, institutū esse agere de medio demonstrationis, hoc autem cum sit diffinitio agit Arist. de diffinitione. Enim vero cum, non tantum necessarium sit nouisse structuram demonstrationis, sed medium, quoad illam

construendam est necessarium, sitque medium diffinitio subiecti, vel proprietatis, oportuit vt de diffinitione in hoc secundo libro, postquā de structura satis, superque fuit in primo disputatum, continuus sermo haberetur. Ceterum D. Tho ab hac opinione parum recedens existimat, non tantum de medio, verum etiam de principiis tam simplicibus, quam coniunctis in hoc loco ab Arist. disputari: de simplicibus, vt de diffinitione, & de coniunctis vt de axiomatibus, de quibus in postremo cap. huius libri tractationem suscepit Arist. Ex his opinionibus duæ posteriores retineri poterunt, tanquam nostro iudicio, magisq. menti Arist. accommodatæ, nā prima reiecta est à nobis in prolegomenis huius operis q. 2. lib. Tū quia Arist. non agit in hoc opere de diffinitione propter se ipsam, sed prop-

3. Opin.

propter demonstrationem, vt scilicet ipsam ingreditur, at diffinitio, vt est in demonstratione, non est modus sciendi ab ipsa separatus: tñ etiam, quia diffinitio solo situ, & positione differt à demonstratione, vt Arist. cap. 7. 1. lib. docuerat, quare non erit, vt in hoc opere de illa suscipitur disputatio, modus sciendi à demonstratione omnino distinctus, & separatus.

QUATUOR ESSE GENERA QUESTIONUM CAP. PRIMUM.

COMMENTARIA.

Confirmaturus Arist. omnem questionem esse alicuius mediij, in primis de numero questionum & genere disputat in hoc cap. inquit que quatuor esse genera questionum an sit, quid sit, an hoc illud sit, & cur hoc illud sit.

Confir. quatuor esse questiones. *Questionum tot sunt, &c.* Hunc numerum in hunc modum confirmat Arist. Tot sunt genera questionum, quot sunt res que possunt sciri, sed quatuor modis possunt aliqua sciri, vt an sit, quemadmodum an sit Deus, vel homo, quid sit, vt an sit homo animal particeps rationis, an hoc illud sit, vt an sit homo particeps risus & cur hoc sit, vt cur homo sit animal particeps risus, ergo quatuor hæc erunt genera questionum.

Diuisio quest.

Com enim querimus, &c. Has questiones diuidit in simplices, & compositas, compositæ sunt an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, cum enim querimus an hoc illud sit, vt an luna patiatur eclypsim, est questio composita, quia querimus nū hoc attributum, quod est pati eclypsim lunæ conueniat, hanc proximè sequitur altera cur hoc illud sit

postquam enim de luna illud attributum querimus, non dū quiescimus, sed ulterius progredimur, & querimus, ob quam causam illa patiatur eclypsim, qua inuenta, statim intellectus noister conquiescit.

Alia autem sunt, &c. Præterea ex his questionibus, duæ aliæ sūt simplices, in quibus, vel existentiam, vel essentiam rei inuestigamus, sūt autem an sit, & quid sit, in prima an sit querimus simplicem rei existentiam, vt an sit Deus, vel centauri in secunda vero quid sit naturam & essentiam rei inuestigamus, vt quando rogamus quid sit Deus. Ex his an sit primum sibi vendicat locum, nam prius est inuestigare num res existat, & deinde quid illa sit, quia, quæ non existit neque essentiam, neque natam possunt ylla ratione obtinere. Nonnulla circa has questiones, & numeru earum se offerebant hoc loco explicanda, quæ in disputatione de his, quæ ab Arist. in hoc libro tradita fuerunt, post explicationem textus, in illius sine proponenda explicabuntur.

QUESTIONEM MEDIJ CAP. SECUNDUM.

COMMENTARIA.

Confirmat Arist. in hoc cap. argum. in omni que id est in conclu. demonstrat. inuestigandum esse medium. Ex his primum huiusmodi est *com autem*. In omni questione vel querimus an sit res, vel an hoc illud sit: sed tam in prima, quam in secunda quest. querimus medium, in prima namque postulamus medium quod est natura, & essentia, in secunda vero ipsius rei causam inuestigamus: igitur in omni q. erit medium inuestigandum.

Etenim

Etenim causa, &c. Secundum. In quacunque quaestione quaerimus causam inhaerentem attributi ad subiectum; atqui medium & causa sunt unum, & idem, iam igitur in omni quaestione medium inuestigari oportebit.

Quod vero omnium quaestio, &c. Tertium illud in qualibet quaestione rogatur, quo inuento statim illa cessat: atqui medio adiuvento illico cessat qualibet quaestio; igitur in omni quaestione erit medium inuestigandum. Assumptionem ita confirmat. Si esset quaestio num luna patiatur eclipsim, essetque aliquis supra lunam constitutus, qui aperte intueretur causam huius rei esse interpositionem terra inter ipsam, & solem, mox haec quaestio cessaret: quippe cum medium esset iam adiuventum sensuque perceptum.

IN QVO QVAESTIONES
quaedam proponuntur ca-
put tertium.

COMMENTARIA.

Nonnullas quaestiones exagitat in hoc cap. Arist. Primam hisce verbis proponit. *At primum quidem sumamus exordium.* Daturne eorum omnium definitio, de quibus habetur demonstratio? Huic respondet non dari; Id autem quatuor optimis argum. confirmat. Primum. Demonstrationes possunt esse negantes, ut quae ad normam secundae figurae efficiuntur, vel particulares, ut de demonstrationibus iuxta tertiam figuram constitutis, est compertum: at definitiones ex aetibus dumtaxat ac vniuersis constitui possunt: non igitur omnium quorum est demonstratio, erit etiam definitio. Secundum. Si quorum

dantur demonstrationes darentur etiam definitiones, sequeretur conclusionem posse definiiri: hoc autem est omnino falsum: cum enim conclusio sit res composita, definiiri non poterit igitur, &c. Tertium. Earum rerum dantur demonstrationes, quae aut per se in sunt, aut alteri eueniunt sed nequaquam dari earundem rerum definitiones, ergo. Quartum. Demonstrationes accidentia alicui in esse declarant: atqui definitiones solam rei naturam exprimunt: non igitur omnium quorum est definitio, est etiam demonstratio.

Sequitur nunc, &c. Secunda quaestio est num illud quod definitur possit per demonstrationem sciri. Respondet non posse dari demonstrationes eorum omnium quorum sunt definitiones. Id duobus argum. demonstrat. Primum: Si quorum dantur definitiones darentur etiam demonstrationes fieret posse aliquid absque demonstratione sciri: hoc autem est falsum; nam quae sciuntur per solam demonstrationem sciuntur, ergo non quicquid sub definitione cadit, cadet quoque sub demonstratione secundum. Definitiones sunt principia demonstrationum: atqui nulla demonstratio est principium demonstrationis, ergo.

Sed quoniam, &c. Tertia quaestio est, an eiusdem rei sint definitiones ac demonstrationes. Respondet fieri non posse ut alicuius rei saltem in particulari darentur definitiones, ac demonstrationes. Hoc triplici argum. ostendit. Primum. Definitio explicat quid res sit: at demonstratio non explicat quid res sit, hoc enim ante illam est praenoscendum ut lib. 1. cap. 1. diximus, ergo non eiusdem rei in particulari definitio simul, ac demonstratio dabitur. Secundum. Quod cadit sub demō-

2. Quae-
stio.

3. Quae-
stio.

1. Quae-
stio.

stratio.

strationem est propositio; sed diffinitio non est propositio; ergo. Tertium. Diffinitio explicat quid res sit: at demonstratio solum declarat rem esse, ergo &c.

Obfer. *Et ut res, &c.* Animaduertit tamē Arist. in præsentis cap. calce, diuersis rebus confirmandis diuersas etiam debere adhiberi demonstrationes, nisi tales res illæ extiterint, quod vna sub altera sit contenta, adeum modum quo pars sub toto continetur: nam tunc temporis per eandem demonstrationem concludemus idem attributum de vtroque. vt per eandem demonstrationem & triangulum, & ysocele, tres angulos habere poterimus confirmare.

NON POSSE DIFFINITIONEM DE DIFFINITO PER ALIAM DIFFINITIONEM CONCLUDI,
cap. quartum.

COMMENTARIA.

Antequam Arist. confirmet non posse diffinitionem de re diffinita per aliam diffinitionem concludi quatuor pri⁹ hypotheses statuit. Prima est. Omnis ratiocinatio demonstrat per aliquod medium aliquod attributum alicui conuenire. Secunda. Omnis diffinitio est propria eius rei cui⁹ est diffinitio. Tertia. Omnis diffinitio predicatur in quid de re diffinita. Vltima. Omnis diffinitio dicitur reciproce de suo diffinito. His constitutis sic suum exequitur Arist. institutum. Si vna diffinitio demonstraretur de re diffinita per aliam diffinitionem, committeremus in demonstratione petitionem principij, peteremus namque in propositione concedi nobis de vna diffinitione, quod postmodum esset nobis de alia diffinitione

Propo.
4. Hypote.

Confir.
Aristo.
institu.

in conclusione confirmandum: hoc autem admittendum non est: igitur non poterit diffinitio de re diffinita per aliam diffinitionem concludi.

DIFFINITIONEM NON POSSE DE DIFFINITO PER DIFFINITIONEM ALIAM CONCLUDI,
cap. quintum.

COMMENTARIA.

Tribus argumentis confirmat Arist. diffinitionem de re diffinita per diuisionem demonstrari minime posse. Primum argum. sic se habet.

Neque vero illa, &c. Quamuis diuisio sit maxime utilis ad indagandas diffinitiones, nequit tamen per eam diffinitio de re diffinita concludi, quod ita poterit constare. In demonstratione semper sequitur conclusio ex vi præmissarum, non autem ex iis quæ accipiuntur tanquam concessa: atqui per diuisionem ita progredimur, vt aliqua concessa accipiatur vt est apertum, ergo.

Primum enim quid vetat, &c. Secundum. Si diffinitio demonstraretur beneficio diuisionis de diffinito, constitueretur certe per illam inesse diffinitionis: atqui hoc asserere est falsum, multa quippe sunt attributa, quæ conueniunt subiecto, cum tamē nō sint de diffinitione, ergo.

Deinde vero, &c. Tertium. Fieri potest vt in diuisione sumantur plures aut pauciores partes quam desiderantur ad diffinitionem: non ergo erit diuisio medium ad concludendam diffinitionem accommodatum. Quod si hæc vitia fugiantur vt in diuisione solum sumantur quæ necessaria sunt ad rem diffiniendam, quod sit quando progredimur à genere supremo vsque ad vl.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

ad ultimam differentiam nullo ex intermediis prætermisso, nondum erit diuisio accommodatum medium ad demonstrandam diffinitionem, quia non sequitur conclusio ex vi præmissarum sed ex iis quæ per diuisionem sunt concessa.

NON POSSE DEMONSTRARI diffinitionem de diffinito neque per diffinitionem diffinitionis, neque per diffinitionem contrarij, cap. sextum.

COMMENTARIA.

1. Arg. Nō posse definitio. de re diffini. conclud.

Primum partem propositam in titulo, scilicet non posse diffini demonstrari de re diffinita per diffinitionem diffinitionis confirmat Arist. adhuc modum. Si posset demonstrari peteretur principium, si enim demonstramus hominem esse animal capax rationis ex eo quia hæc oratio est diffinitio hominis, accipitur tanquam certum banc orationem explicare hominis naturam, quod est dicere esse hominis diffinitionem, hoc autem est peteretur principium. Præterea quia perpetuam præsupponimus ac inquirimus quid sit diffinitio ad illam concludendam, quia hoc si negetur, apertendum non est, et explicari non debeat esse aliquam rationationem nisi hoc negetur.

2. Pars Confir.

Secundam partem, scilicet neque per diffinitionem contrarij posse diffinitionem de re diffinita concludi sic confirmat. Nam etiam peteretur principium, nam si demonstramus bonum esse appetibile, eo quod malum non sit appetibile, aperte petimus principium, quia præsupponimus bonum & malum esse contraria, &

contrariorum eandem esse disciplinam, ex quibus sequitur bonum esse appetibile, quia malum non est appetibile, quod est aperte petere principium.

DIFFINITIONEM Minime posse de re diffinita demonstrari, caput septimum.

COMMENTARIA.

It primum argum. Arist. in hoc cap. ad confirmandum diffinitionem de re diffinita demonstrari minime posse. Neque vero, &c. Inductione non probamus quid res sit, sed rem esse, atqui beneficio diffinitionis explicamus quid res sit: distinguetur ergo diffinitio à demonstratione. Præterea, Inductio est rerum particularium: at diffinitio est rerum vniuersarum: per inductionem igitur non poterimus vllomodo diffinitionem de diffinito concludere. Diffinitionem etiam ac demonstrationem distingui inter se tribus argum. demonstrat. Primum. Diffinitio explicat quid res sit: at demonstratio solum ostendit rem esse ergo distinguentur inter se. *Argum. docendo, &c.* Secundum. Diuersarum questionum diuersa sunt instrumenta: sed questio an est, differt à quaestione quid est: cū ergo prima explicetur per demonstrationem, & secunda per diffinitionem, hæc duo erūt inter se diuersa. *Deinde, &c.* Tertium. Demonstratio explicat rem esse aliquid atque ita non explicat rei naturam quam declarat diffinitio, ergo diffinitio ac demonstratio distinguentur. Neque obstat quod demonstratio declarem rem esse, quia ens cum non sit genus non erit pars essentia, diffinitio ve-

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

tio vero semper explicat rei naturam.

1. Argu. *Ergo cum necesse, &c.* Nominis denique explicationem non esse diffinitionem tribus argum. ostendit. Primum. Diffinitio solum est rerum existentium: at nominis explicatio est rerum non existentium, vt trigelaphi, ergo.

2. Argu. *Deinde, &c.* Secundum. Si nominus explicatio esset diffinitio, omnes orationes quantumuis etiam longe, essent diffinitiones, potest enim nomen quauis oratione explicari etiam longa, hoc autem est omnino falsum: diffinitio namque debet esse breuis oratio.

3. Argu. *Postremo, &c.* Tertium. Si nominis declaratio esset diffinitio posset illa velut medium demonstrationibus deservire: atqui hoc falsum esse experimur, ergo.

Q V A R A T I O N E V N A
diffinitio per aliam concludatur cap. octauū.

COMMENTARIA.

Questam hypothese-
trahitur.
Explic.
instituitur.
Explicaturus Arist. quare ratione vna diffinitio per aliam concludatur, tres imprimis hypotheses premit. Prima est. Idem est explicare quid res sit, ac rei causam aperire. Secunda. Causæ quædam sunt externæ, aliæ internæ. Tertia. Ex causis vna est superior, & altera inferior. *Ergo si.* Aggreditur iam Arist. institutum in iuam, aitque diffinitionem constantem ex causa inferiori demonstrari posse per aliam, quæ ex superiori causa sit constituta: vt si concluderemus hominem esse animal constans tali corpore, quia constat tali anima quippe anima est superior corpore. Rursus si diffinitiones sint minus accuratæ

possumus vnā per alteram demonstrare, vt si probemus in homine irato, feruere sanguinem circa cor, quia appetit iundictam, aut è conuerso. *Ac genus hoc.* Obseruat tamè Arist. hinc probationem in qua vnā diffinitionem concludimus per alteram, non posse dici demonstrationem, sed probabilem potius ratiocinationem, vel quia probabile est vnus rei vnica tantum esse diffinitionem essentialē, vel quia hæ diffinitiones non explicat totam rei essentialē, sed aliquod attributum.

Obser.

Quis sit diffinitio

D I F F I N I T I O N E M I N
demonstratione nobis manifestari ut causam cap. nonū.

COMMENTARIA.

Cum in superioribus docuerit Arist. nullo pacto posse diffinitionem de re diffinita concludi, iam in hoc cap. ostendit diffinitionem in demonstratione proponi vt causam. Prius tamen duo fundamenta iacit. Primum. Si cognoscimus causam, & effectum etiā cognoscimus non tamen è conuerso.

1. Fund.

Est porro Secundū fundamentū duplex est modus sciendi rem aliquā, primus per causam, vt si agnoscimus eclypsim per interpolationē terræ, & alius per effectum vt si eclypsim lunæ ex ipsius obscuritate intelligamus. Legite alia exempla apud Arist. in cōtextu huius capituli. Ex quibus probat multis verbis institutum, quæ nos ita breuiter redigimus ad syllogismum. In demonstratione cognoscitur diffinitio vt medium, sed mediū, & causa sunt vnum, & idem, ergo diffinitio erit vt causa cognoscenda in demonstratione.

1. Fund.

Proprietat, dicitur

Q V I D S I T D I F F I N I T I O
cap. decimum.

COM-

COMMENTARIA.

Explicat Arist. in hoc cap. quid sit diffinitio. Imprimis vero docet duo esse diffinitionum genera (vt & principiorum) quaedam namque sunt mediatae diffinitiones, & aliae immediatae. Diffinitiones mediatae sunt accidentium, & ab effectibus petita, immediatae vero essentiales sunt, quae causam a priori non obtinent.

Quid sit diffinitio.

Quoniam autem, &c. Diffinitio inquit Arist. est oratio explicans quid res sit. Hinc colligit duplicem esse diffinitionem nominis unam, alteram rei, nominis diffinitio dicitur quaecunque non est essentialis, rei vero quae naturam ac essentiam exprimit, vel vt alij dicunt, nominis aethymologiam declarat, rei vero quaecunque alia.

Porro autem, &c. Quia diffinitio debet esse vna oratio assignat modos quibus debet illa dici vna. Primum dicitur vna ex accidenti propter aliquam coniunctionem multorum, vt ylias Homeri in qua plura sub vno nomine vniuntur. Secundo dicitur vna per se, quia attributum per se, & non fortuito conuenit subiecto, vt est haec oratio, animal particeps rationis, quo secundo modo & non primo debet diffinitio vna vocari.

Propositio, discriminem.

Itaque primum genus, &c. Adfert Arist. discrimen inter utramque nominis scilicet ac rei diffinitionem interueniens. Differunt inquit quia diffinitio rei est ad aliquid per demonstrat, concludendum accommodata, cum illius medium esse possit: at diffinitio nominis nulli est ad hoc vsui, cum medium eiusdem esse nequeat, quamuis ad demonstrationem quae per ipsam explicatur, declarandam aliquantulum commiserat.

Quare eadem haec oratio, &c. Animaduertit Arist. ex diffinitionibus quasdam esse conclusiones, vt sunt ea quae sunt inferiores, quae per superiores concludi possunt: alias esse demonstrationes sola collocatione distinctas, vt illas quae sunt media: ac demum alias esse demonstrationum principia velut ea ex quibus demonstratio firmitatem accipit. Absoluit denique Arist. praesens capitulum, quaecunque hastenus de diffinitione dixit, breui epologo repetens.

Obfer.

AN PER OMNIA CAUSARUM GENERA DEMONSTRATIONES EFFICI POSSINT CAP. II.

COMMENTARIA.

Quot sint causarum genera aliquid quando fuit a nobis dictum. Esse nimirum quatuor, materiam, formam, efficientem, ac finem. Reliquum erat vt an demonstrationes per ea omnia progredi possint, explicaretur. Quia igitur ratione vna quaeque ex his causis medium in demonstratione esse possit variis exemplis adhibitis in hoc cap. explicat Arist. Ac primum, &c. Aggreditur hoc suum institutum a materia, initio tamen constituit ad hoc, vt aliquid ex his causis sequatur, praecedere debere duas suspensiones nam ex vna sola nihil potest inferri. Hoc statuto simile adducit exemplum de materia. Si quis inquit roget, quare angulus in semicirculo sit rectus, respondebit quia habet medietatem duorum rectorum angulorum, quare sic poterimus argumentari. Angulus qui habet medietatem duorum rectorum rectus est: sed qui est in semicirculo descriptus, est huiusmodi: erit igitur ille re-

Explic. Arist. in situtu.

Tttt Etus.

Explic. de materia. **Actus.** Possumus & nos aliud familiarius exemplum assignare. Si querat quispiam quamobrem demonstratio, qua ostendimus hominem esse compotens risus, quia est animal particeps rationis generat scientiam: Respon. per materiã, quia scilicet, est illa ex primis, veris ac immediatis propositionibus constituta.

Explic. de efficiente. *Alia itaque causa &c.* Causæ efficientis affert exemplum. Si quis inquit percontetur cur Medii bellum aduersus Athenienses gesserint, respondendum erit per causam efficiẽtẽ, quia Athenienses vna cum Eretris primum in Sardos incurSIONEM fecerunt, ex quo incurSU tantã causã efficiente ita concludẽdum erit. Qui primum aduersus aliquos imperum, fecerunt iure oppugnãtur: atqui Athenienses impetum primum in Sardos fecerunt: merito igitur fuere à medis oppugnati.

Explic. de fine. *Superest vt de ijs, &c.* Adducit iam exempla finis. Primum: Si sciretur quare post cœnam de ambulare oporteat, assignandus erit nobis de ambulationis finis, vt recte scilicet valeamus: ac rursus si causam postulemus, ob quam domus eriguntur, id fieri aimus, vt vniuersam supellectilem tutam habeamus. Ex quibus vtrisque huiusmodi demonstrationes connectere possumus. Prima. De ambulatione post cœnam efficit ne cibi redundant, & fluitent in stomacho: sed hoc tuetur sanitatem: de ambulatione igitur post cœnam adhuc finem tendit, vt sanitatem tueamur. Secundam ad huius primæ exemplar, quilibet connectere poterit. Obseruat tamẽ Arist. causam efficientem esse priorẽ effectũ, finem vero è contra esse eodem posteriore.

1. Obseruat. *Accidit autem, &c.* Animaduertit iterum Arist. non per finem solum sed per materiã etiam posse vnũ

ac idem demonstrari. Vt si rogem, quare lumen laterne transmittatur esto quod per finẽ respondere possumus, ne scilicet offendamus: possumus nihilominus respondere etiã per materiã, illud namque quod subtilioribus constat partibus lumen transmittat oportet: at laterna est huiusmodi, ergo necesse est laternam transmittere lumen. Hinc infert quod quemadmodum in hac re (vt videre licet) per varia causarum genera possumus respondere, ita etiam & in aliis à Pythagoricis assignatis diuersas licet causas assignare.

Est vero, &c. Quia ex causis necessario colligimus effectum duplex docet Arist. esse necessarium vnum ex inclinatione, qua ratione tendit lapis deorsum, & aliud ex coactione, quo pacto lapis sursum ferri cogitur. *Ex ijs vero, &c.* Quãdam adnotat esse, que arte & consilio fiunt, in quibus nullus casus & fortuna reperitur, velut domus: aliaque rursus reperiri in quibus casus ac fortuna locum habent, cuiusmodi est valetudo. Optimum tamen semper est certum finem institui ob quem res aliqua fiat, finis namque ac bonum vnum sunt ac idem. Porro autem, &c. Obseruat demum Arist. causam ac effectum ad eandem temporis differentiam attinere, ita quidẽ quod si de effectum præterito postuletur sit præterita causa reddenda: & si de præsentis, præsens assignari debeat. Quod vtrumque exemplis satis manifestis in textu Arist. illustrat.

**QVO PACTO LICEAT
argumentari in causis ac effectibus
que non reciprocantur cap. 12.**

COMMENTARIA.

Quia cap. superiori docuerat Aristi nonnullas causas & effectus esse ita simul, talemque inter se connexionem haberē vt causa, sequatur effectus, & ex effectu causa colligatur hinc fit, vt querat Arist. in hoc cap. num inter causas ac effectus que non sunt simul, hæc eadem mutua cōnexio reperitur. Constituit autem non reperiri, quia ex solo effectu sequitur causa, non tamen è contra, quod quidem hac ratione confirmat. Inter huiusmodi causam & effectum necessario intercipitur tempus: at vbi intercipitur tempus ex effectu sequitur causa, & non è conuerso, nam bene sequitur: fuit domus, ergo est vel fuit fundamentum non tamen è conuerso, est fundamentum, ergo est domus, posteriora enim nequeunt esse sine prioribus, priora vero optime absque posterioribus esse possunt. Rē hanc multis exemplis & elementis Arist. declarat.

Porro illud, &c. In fine cap. docet in causis semper esse progrediendū ab ea quæ est vicinior effectui, vt si probaturi simus esse lapides cisos, & paratos, ita progrediemur à parietibus, & non à domo. Si est domus, est paries, si paries, ergo sūt lapides cisi. Vbi aperte videmus progredi in hac demonstratione à causa proxima.

IN REBUS NATVRA

libus dari circulum cap. 13.

COMMENTARIA

Occasione eorum quæ superius dicta sunt, circulum in rebus naturalibus dari ostendit, idque ad hunc modum præstat. Ex terra imbre madefacta necessario eleuantur

fursum vapores, rursusque ex vaporibus nubes, ac demum ex nubibus aqua funditur, iterumque terra madefit.

Sunt duo genera, &c. Animaduertit ea quæ nunt in duplici esse differentia quædam enim semper, alia vt in plurimum tantum eueniunt. Ad prima illa concludenda medium (art)sumendum est, quod sit necessarium, ad hæc vero postrema medium eiusdem rationis, hoc est, quod vt in plurimum etiam eueniat vsurpari debet. Hoc vtrumque in elementis adeo aperte Arist. manifestat vt non explicandus sed consulendus potius esse cui libuerit, videatur.

Obser.

QVÀ RATIONE IN

uestigetur diffinitio

cap. 14.

COMMENTARIA.

Qua ratione debeat diffinitio inuestigari luculēter satis in hoc cap. pertractat, quod idem nos 2. li. instr. explicatum etiam dedimus. Præmittit autem in initio quandā attributorum diuisionem.

Ac primum. Est ita illa. Ex attributis quædam latius patent non subiecto solum, sed & genere etiam illius, velut quantitas non binario tantum, sed & numero etiam latius multo extenditur: alia vero quamuis plura sub se continere quæ subiectum, non tamen plura sub se complectuntur quam talis subiecti generis ambiat, sicut impar, quod licet pluribus conueniat quam ternarius, non tamen pluribus comperit quæ numerus.

1. Diuis.

Est igitur. Proponitiam modum colligendi diffinitionem speciei quæ est huiusmodi. Sumenda sunt om-

1. Metho.
tho. co-
ligendū
diffini.

nia communia attributa, eaque retinenda, quæ rei diffinitæ conveniunt vsque ad ultimam differentiam. In huius explicationem duo tradit Arist. exempla, vnum de homine, ac alterum de ternario satis manifesta. Cum ergo collecta fuerint in vnum omnia attributa propria oratio explicans illa à primo genere vsque ad ultimam differentiam erit diffinitio. *Ac eum.* Partes diffinitionis per se sumptas multo latius patere ostendit, quam res diffinita pateat, simul tamen vnitas cum eadem recipiari.

2. meth.

Si autem velit. Methodus, quam secundo loco proponit Arist. est generibus accommodata, eorum namque diffinitio hoc pacto erit inuestiganda. Oportebit diuidi primū genus illud cuius diffinitio inuestigatur, in suis species, ac rursus videndum erit quid sit vtrique speciei commune. Hoc vna cum superiori aliquo attributo sumptum integram eius generis diffinitionem constituet. Vt si sit, v. g. animalis diffinitio inuestiganda, diuidendum erit animal in hominem ac brutum, cui vtrique commune est sentire, quod vna cum alio communiore attributo, quam ipsum animal, acceptum diffinitionem efficiet animalis omnibus suis numeris absolutam, nimirum. *Corpus animatum sentiens.*

1. Vtili.
diuisio.

Porro autem. Duplicem ait Arist. esse diuisionis utilitatem, ac vsum. Eorū primus est ad inuestigandam ac constituendam diffinitionem, atque eiusdem partes debito ordine disponendas, nam nō parum refert vtram partem alteri in diffiniendo præponas.

3. quæ.
propo.

Que vero. Recenset in hac parte tres circa diffinitionē quæstiones. Prima est an ex duabus partibus fiat vnum per se, secunda an ex ge-

nere & differentia hominis constituatū illius diffinitio, tandemque quid sit illud cuius beneficio diffinitio dicitur vna oratio, quas hoc in loco missas facit in primam Philosophiam eas reiciens.

Est autem. Secundus diuisionis usus est vt nihil eorum, quæ ad diffiniendum sunt necessaria, præmittantur, quia quando diuidendum est aliquod genus debet fieri diuisio per primas illius differentias, alioquin enim perperam diuideremus, vt animal non debet primo diuidi in illud quod habet alas scissas, & continuas, sed in volucre, terreste, & aquatile, hæ enim sunt primæ differentię.

Neque vero. Refellit deinde duplicem opinionem. Prima erat eorum qui nihil sub diffinitionem cadere aiebant, idque ex eo, quia cum per diffinitionem separatur res vna ab aliis, si aliquid à nobis diffiniri posset, omnia quæque sunt, nobis nota esse deberent. Huic tamen satis inani, ac leui tationi Arist. occurrēs nihil tale necessum esse ait ad id vt aliqua res diffiniri possit, sed hoc vnum ad id sufficere proficitur, vt partes rei, quam diffinire volumus cognoscantur. Altera sententia erat eorum qui ad id vt per diuisionem progrediamur, quærendum nobis esse asserbat, vt concederetur gen⁹ quod diuiditur contineri sub partibus diffinitionis, quod absurdum videtur. Respon. Arist. hoc esse necessario fatendum, si enim substantia diuidatur in corporeā, & in incorpoream, necesse est illam sub vtraque parte contineri.

Sed vt. Obseruat deinde ad id, vt diffinitio recte tradatur per diuisionem debere tria obseruari. Primum est vt accommodata attributi sumatur: secundū vt vna quæq; pars suo contineatur loco tertium vt nihil ca-

Refellitur quædam opinio.

Obser.

hil ca-

bil eorum, quæ sunt ad rem diffiniendam necessaria, omittatur. Quæ tria singulis quæque exemplis illustrat Arist. concludens si hæc obferuentur talem fore constituendam rei, quam diffiniemus, diffinitione vt neque sit redundans, neque diminuta.

Illud autem. Docet tandem in cap. sine, ad id, vt intelligamus quo pacto colligi possit ac debeat diffinitio, videndum esse quid habeant inter se commune in diuidua quod si vnum aliquod habuerint commune vna erit ratio specifica illius, si autem duo, duplex etiam illa erit. Id quod familiari exemplo ex Philosophia morum hausto apertissime in contextu manifestat.

DE QVIBVS DAM
Theoramatibus cap. I. S.

COMMENTARIA.

1. theo. **P**roponit Arist. in hoc cap. tria theorema. Primū in hæc verba. *Semper est.* Diffinitio non est rei particularis sed vniuersæ, nam medicus v. g. non diffinit hoc vel illud peculiare medicamentum, sed medicamentum incommuni quod idem 7. lib. metaphy. cap. 15. profitetur.

2. theo. *Porro autem.* Secun. theorem. Particularia, id est, minus vniuersa, facilius diffiniuntur quam genera facilius enim est generum, quam specierum differentias inuestigare. *Sicut autem.* Tertium theorem. Quem admodum in demonstrat. reperiri debet necessaria vis ad concludendum ita etiam in diffinitionib' curandum valde est, vt vnaquæque res clare ac aperte diffiniatur. Id autem fiet, si non statim genus vniuersum diffiniamus, sed ex partib'

illius subiectiuis diffinitionem colligamus.

Iam autem. Colligit Arist. non esse in diffinitionibus metaphoris vtendum, quin etiam neque translationibus, metaphora enim ac translationes maximas obducunt tenebras, & obscuritatem.

DE QVODAM DIVISIONE
non usu, & qua ratione quæ
siones dicantur eadem
cap. 16.

COMMENTARIA.

Quendam divisionis vsum proponit nobis in hoc cap. Arist. Est autem ille, quod ipsius divisionis beneficio reddam' causam omnium quæstionum, ea quippe interueniente statim intelligimus, quæ consequantur vnumquodque genus subiectum, vt quod animal sequantur nutrirī, ac sentire. Roganti itaque cur homo, vel leo sentiant per divisionem edocemur respondere id ex eo esse, quia vnumquodque ipsorum est animal. Explicat autem hoc Arist. in elementis.

Ceterum non. Obseruat Arist. hoc genus reddendi causam non solum esse accommodatum cui libet generi vniuerso, verum etiam alicui eiusdem parti quemadmodum animalia quæ habent cornua, hæc consequuntur habere onasum, & non habete dentes in vtraque maxilla. Quam obrem si quis roget cur capra, & ceruus, onasum habent ac non dentes, respondere oportebit, quia sunt animalia cornuta.

Præter illos. Obseruat iterum eundem modum reddendi causam in his etiam, reperiri quæ nihil habet commune, quamuis sint eadem secundum aliquam proportionem vt

Aut os, & spina, sicut enim os, ita etiam & spina carnibus tegitur. Si itaque rogetur cur spina carne tegatur, apte respondebimus id ex eo esse, quia habet spina proportionem quandam cum ossibus.

Quod
modis
dicatur
eandem
quaest.

Questiones autem. Docet in secunda parte praesentis cap. quotmodis dici possint quaestiones aliqua eandem, inquit, tribus modis id evadere posse. Primo quando per unum eandem medium explicantur, huiusmodi sunt omnes, quae per antiparallelismum explicantur. Est vero antiparallelismus quando unum contrarium vi alterius pellitur, & ita fortius operatur. Velut in hyeme aquae puteales calidae sunt, quia vi frigoris deducitur calor ad partes internas terrae: sibi itidem facilius etiam eodem tempore concoquuntur, frigoris enim vi calor contipatur in stomacho, qui sic constipatus, facilius concoctionis causa existit. Dicuntur iterum aliqua quaestiones eandem, quia eandem causam genericam obtinent, quamvis diversam causam specificam sortiuntur. Id quod apertissimis exemplis in contextu Arist. illustrat, de equo, de imaginibus in speculo, & de iride in nube, conveniunt enim haec omnia in genere, cum reflectio sit causa communis omnium horum effectuum. Dicuntur denique aliqua quaestiones eandem quia medium unius sub medio alterius quaestio nis continetur, ut aperte licebit in exemplo apud litteram contextum adducto intueri.

CAP. VII. DE CONSEQUENTIA CAUSARUM AC EFFECTUUM.

COMMENTARIA.

Instituit Arist. disputationem in hoc cap. de causarum ac effectuum connexionem, ac mutua con-

sequutione. Primum vero probat ex effectis necessario colligendam esse causam, alioquin enim eiusdem rei, alia, ac alia darentur causae, quod absurdum videtur. Nam si dato Lunae deliquio, non daretur interpositio terrae, necesse esset, ut aliam causam ab hac diversam Lunae deliquium assignarem.

At vero. Probat deinde Arist. causam, & effectum non posse ad invicem demonstrari, committeretur namque circulus in demonstrando, quod inde confirmat quia quemadmodum demonstramus aliquas arbores defrondescere quia habent lata folia cuiusmodi sunt vites, & ficus: ita etiam demonstramus easdem arbores habere lata folia, quia frondescunt. *Quod si.* Proposita argu. dissolvit Arist. ut ex eorum solutione suscepta disputatio facilius innotescat. In primis autem occurrit secundo argu. docens nullum vitium esse huiusmodi circulum committere cum una demonstratio sit per causam, & altera per effectum. *Tam vero.* Ad 1. itidem argu. ait nullum esse incommodum dari eiusdem rei aliam, & aliam causam, si tamen res illa pluribus subiectis accomodetur: quemadmodum quia animal tribuitur homini, & leoni, si quis quaerat cur animal sit in homine, respon. quia est capax rationis, ac si alius percontetur cur illud idem in leone reperiat, dicemus hoc ideo esse, quia est expertus rationis. At vero si sumatur totum uniuersum genus, non quatenus est in suis speciebus, sed seorsum & in communi alia ratione se habet consequutio. Quamuis enim recte valeat est capax rationis, ergo est animal, non tamen valet esse conuerso, eo quod in his consequutionibus sumitur causa ex parte, non autem in toto.

propo-
nuntur
arg.

Du
Sol

Dissol-
uuntur
arg. pro
posita.

Ob
u.

Sequi.

Dubita
Solutio

Sequitur nunc. Quærit hoc loco Arist. num eiusdem rei plures possint dari causæ ad concludendum. Respondetq. causam exactam ac essentialem vnam tantum esse, accidentarias vero posse complures assignari. Vnde si res aliqua accurate demonstranda sit, vnicum tantum medium sumendum erit: sin minus accurate eandem demonstrare velimus plura vsurpare poterimus.

Obser-
ua.

At si accid. nia. Animaduertit hic Arist. talem debere inueniri assignatam inter mediū ac extrema (mediis accidentariis prætermisissis) vt quælibet sunt media, talia etiam sint & extrema, sic adeo vt si extrema sint homonyma, & media quoque homonyma esse debeant, ac si eadē synonyma sint, & vt media etiam synonyma existant oporteat. Sit exemplum. Quia commutata proportio ob aliam, & aliam diuersam causam priuatam, ac peculiarem lineis & numeris competit propterea huiusmodi medium in communi debet summi homonymos, cū alia, & alia ratione his diuersis extremis conueniat.

Propterea autem. Docet denique Arist. in hoc cap. si extrema demonstrationis reciprocatur, debere summi medium, quod cum eis reciprocetur. Hoc autem manifestat Arist. duplici exemplo Mathematico vno & altero naturali. Hoc postremum ita se habet. Si de plantis concludendum sit eas defrondescere, quæ habent lata folia, cuiusmodi sunt vitæ, assumi oportebit mediū, quod cum vtroq. extremo reciprocetur. Ex quo huiusmodi coalescet demonstratio. Quæ habent concretum humorem in pediculis foliorum defrondescunt: atqui arbores habentes lata folia habent huiusmodi humorem concretum in pediculis foliorum, defrondescunt igitur huiusmodi ar-

bores. Id ipsum explicat iterum Arist. in elementis, quod nos apertius multo in hac demonstra. patefacimus. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ, &c. In qua vt capacitatem disciplinæ de homine concludamus, quæ cum ipso reciprocatur mediū vsurpamus, quod cum hoc vtroq. extremo conuertitur, diffinitionem nimirum. Obiter etiam adnotat posse fieri vt aliqua affectio pluribus subiectis conueniat non ob vnam, ac eandē, sed propter variam ac diuersam rationem, quemadmodum longius vitam protrahere competit volatilibus, ac quadrupedibus: his quia felle carent, illis vero quia sunt valde sicca.

Postrema questio. Caput hoc concludens in dubium vertit Arist. quodnam sit medium accuratæ demonstrationis, num diffinitio subiecti, vel attributio: an quidpiam aliud? Respondet autem potissimum medium debere subiecti diffinitionem iudicari.

Dubi-
ta.
Solut.CAP. VLTIMUM DE
habitu primorum prin-
cipiorum.

COMMENTARIA.

CVM in rota superiori disputatio hec sit effecta mentio de habitu primorum principiorum, oportuit esse latum aliquem de illo sermonē hoc in loco haberi. Id igitur in hoc cap. præstat, primumq. constituit neni- nem posse per demonstra. aliquid scire nisi cognita prius habeat prima principia. Tres igitur quæstiones de habitu huiusmodi principia cognoscendi proponit. Prima est quisnam sit habitus quo medio prima principia cognoscuntur, secun-

Propo-
nuntur
quest.

da an sit eadem principiorum & aliarum rerum cognitio; tertia an habitus primorum principiorum sit nobis à natura tributus.

Explic.
3. quæf.

Ac nobis quidem. Ex his quaestio- nibus tertiam primo loco discutit argumentis in utramque partem propositis. Primum vero confirmat non posse habitum primorum principiorum esse nobis congenitum, nam si esset, fieri oppotet etiã, illũ qui talem nactus est habitum, ipsa prima principia aliquãdo ignorare, quod tamen est falsum.

At vero. Alteram iam partem, huiusmodi nimirum habitum esse nobis à natura insitum, ac innatum, nec quotidianò vsuac exercitatione illũ acquiri cõfir. Si enim actionib? nostris ille cõpararetur ex antecedẽte cognitione ortum ille traheret, omnis quippe habitus hoc modo genitus, ex antecedente sit cognitio- ne: hoc autem est omnino falsum.

Explic.
1. quæf.

Respicuum igitur. Suum fert iam de q. proposita iudicium, simulque docet quo pacto prima principia cognoscantur quod ad primã quæstio- nẽ spectat. Aserit ergo habitum pri- morum principiorum, nec posse di- ci absolute nobis congenitum, nec adquisitum, siue necessarium sed ef- se nobis congenitam quandam viã quæ occasionem præbeat prima principia cognoscendi, quæ quidem vis, ac facultas, omnibus animalibus inesse videtur, cum omnibus illis sit quædam vis ac facultas à na- tura concessa quæcunque se obtule- rint discernendi, ac iudicandi. Quod si quis roget quænam sit huiusmo- di facultas; Respondendum erit il- lam esse sensum, omnia quippe ani- malia sunt sensu prædita, licet du- plex inter ea intercedat discrimen. Primum est quia quædam sunt quæ possunt retinere speciem, & cogni- tionem absentibus etiam objectis

Interro-
gat Sõlu-
tio.

cuiusmodi sunt omnia animalia perfecta, alia vero quæ id ipsum præ- stare nequeunt velut quæ imperfe- cta sunt animalia, hæc enim tunc temporis tantum sentiunt, & agnos- cunt, quando habent præsens obie- ctum. Secundum est, quod ex ani- malibus quæ retinent species quæ- dam vna cum memoria habent con- iunctam rationem, aliis rationis ex- pertibus existentibus.

Oritur ergo. Explicat hoc loco Ari- st. quæ ratione vniuersa principia constituantur. Primum inquit (vt 1. lib. metaph. cap. 1. diximus) ori- tur ex sensu memoria: ac deinde ex memoria sepius repetita, oritur ex- perientia, quæ nihil aliud est, quam quædã memoriæ, & tandẽ ex expe- rientia oriuntur principia cuiuscũ- que artis, & scientiæ, vnde colligit ad hæc principia constituenda, & co- goscenda nullum esse nobis habitũ congenitum, sed originem illorum esse sensum, quia ex variis actioni- bus eorum paulatim deuenimus in- cognitionem, & constitutionem pri- morum principiorum, quod ita ex- plicat Arist. nam in primis singula- ria sensibus se se offerunt, deinde apprehenso hoc, & illo singulari col- ligimus quandam communem ra- tionem & primum principium, vt quia hic ignis, qui se se offert est ca- lidus & ille colligimus omnem ignem esse calidum, vnde inquit pri- ma principia inductione sũt man-ifestissima. *Quoniam autem.* &c. Ex- plicat Arist. hoc loco secundam quæ- sionem docẽs intelligentiam, quæ cognitio est primorum principiorũ distingui à cognitione aliarum rerum, probatque primum intelligentiam, & sciẽtiam (sub quibus con- tinetur sapiẽtia) distingui à prudẽtia, arte, & opinione, quia per illam apprehendimus in fallibiliter, at ve- ro per prudentiam, artem, & opinie-
nem.

nem aliquando apprehendimus falsum, quia versatur in contingentibus, quæ possunt aliter euenire. *Et galæ*, &c. Confirmat deinde duplicatione intelligentiam distingui à scientia, prima est, quia intelligentia certior est scientia, quia versatur circa prima principia, quæ sunt certiora conclusione, in qua versatur scientia, Secunda quemadmodum

principiorum demonstrationis, nõ est demonstratio, ita quoque cognitio principiorum, non erit cognitio demonstrationis, vnde cum habitus primorum principiorum sit cognitio illorum, & habitus scientiæ sit cognitio demonstrationis, intelligentia maxime distinguetur à scientia.

Disputatio in ea, quæ proposita fuerunt ab Arist. in secundo lib. de demonstratione, vnica sectio ne comprehensa.

ARGVMENTVM.

B Reuiter nos ab hac disputatione expediemus, cum ea, quæ in hoc secundo lib. o proposita fuerunt ab Arist. facilima sint, & paucis difficultatibus obiecta, tantum igitur circa numerum quæstionum in primo cap. propositum: de medio demonstrat. & de habitu primorum principiorum, necessarias disputationes proponemus.

Sectio vnica. Quæstio prima: num sint vera quæ de quæst. in primo cap. docuerat

Aristo.



Retermissis nonnullis difficultatibus, quæ ab interpretibus in hoc cap. proponi solent tres sunt, quæ se nobis offerunt explicandæ. Prima quid intelligat Arist. per ea quæ sciuntur, quando inquit numerum quæst. parem esse

his, quæ sciuntur, num ea quæ per demonstrat. cognoscuntur, vel illa, quæ certo, & euidenter sunt perspecta: primum enim dici non potest, quia quæst. quid sit, recesserit inter quæst. ab Arist. quæ non cognoscitur per demonstrationem: neque alterum secundum, quia principia prima per se nota sunt certo, & euidenter

Tuu 5 denter

2. Dub. denter perspecta, de quibus nulla potest fieri quæstio, non igitur vera erit sententia & doctrina Arist. Secunda dubitatio est, quia Arist. 1. Top. cap. 3. & 4. plura offert quæstionum genera, proponit enim quæstionem diffinitionis, generis, proprietatis, & communis accidentis, non ergo recte docuit tantum esse quatuor genera quæstionum propositarum, aut saltem non satis in hac re sibi constare videtur. Tertia dubitatio est, ob quam causam docuit Arist. quæstionem an sit, esse simplicem, & quæstionem an hoc illud sit cõpositam, cum in hac quæstione, etiam quæramus existentiam proprietatis in subiecto: nam idem est quærere an homo sit capax disciplinæ, quod an capacitas disciplinæ existat, cum existentia accidentium nihil aliud sit quam actualis inhærentia in subiecto.

Solu-
tur dif-
ficulta-
tes.

Ad 1.
difficul

Ad 2.
difficul

His difficultatibus nituntur interpretes respondere D. Tho. Themistius Philoponus B. Alber. mag. Caieta. Egidius, Venetus, Louanicus, & alij, quorũ vestigia imitati, illis in hunc modum satisfacimus. Ad primam respondemus per ea, quæ sciuntur intelligere Arist. quæ certo, & euidenter cognoscuntur, si quæri hæc & in dubiũ reuocari possint, vt per priorem partem excludamus res contingentes, quæ non certo, & euidenter, sed probabiliter & obscure cognoscuntur, & per alteram excludamus prima principia cõmunia, & generalia, quæ non habent priora supra se, vt sunt axiomata, quale est illud. Omne totum est maius sua parte, & alia huius generis, sunt enim illa ita nota, vt in dubium verti aut reuocari nulla ratione quæant. Ad secundam respondet in primis Themistius, quæstiones illas propositas primo Topico, esse omnino diuersas ab illis, quas

hoc loco recenset, nec mirum, quia illic traduntur quæstiones Topicæ hic vero Analyticæ, & Demonstratiuæ, quæ sunt inter se non parum diuersæ. Vel cum D. Tho. respondemus, omnes illas quæstiones propositas primo Topicorum, reuocari posse ad quæstionem, qualis res sit vel an hoc illud sit, quia per quæstionem qualis res sit non tantum intelligimus illam, qua rei qualitas indagatur, sed omnem aliam qua quærimus vtrũ hoc illi in sit, quod commune est omnibus quæstionibus propositis primo Topicorum: nam in illis quærimus an diffinitio, an genus &c. in sint subiecto de quo quærentur. Ad vltimam dicimus quæstionem an res sit, dici simplicem, vel quia pertinet ad rem simplicem, cum in illa nullum attributum expresse quæramus, vel certe, quia per illam postulamus an res sit ens, quod à Deo est simplex, vt alicui cõsumptum, nullam cum illo efficiat compositionem, nam iudicio Arist. 4. metaph. cap. 2. idem est dicere homo, & ens homo, quæstio vero an illud sit, quamuis aliquando quærat existentiam accidentis, non tamen illam querit sub ratione existentia, sed sub cõceptu cuiusdã vnionis proprietatis cum subiecto, nam quando quærimus an homo sit capax disciplinæ, quãuis per vnionem cõ illo existat hæc proprietatis, non hoc quærimus propter existentiam, sed propter vnionem, quam habet cum homine: & quia hæc vnio est accidentaria, denotatque aliquam compositionem, propterea quæstio an hoc illud sit, vocatur cõposita.

Ad 6.
diffi.

Q. V. AB.

QVAESTIO SECVNDA
an definitio proprietatis sit
medium potissimè demon-
strationis.

Grauis se offert quaestio de me-
dio demonstrationis explican-
da, num scilicet sit illud definitio
subiecti, seu proprietatis, nomine
autem potissimè demonstrationis
intellegimus demonstrationem à
priori, nam de altera à posteriori
certum est, medium non esse defi-
nitionem, sed esse eum, ex quo niti-
mur causam indagare. Et quidem
medium esse definitionem propie-
tatis, & non subiecti, confirmamus
his argumentis. Primum est, quia
Arist. quoriest unque in hoc secun-
do libro de hac re disputat, inquit
medium esse definitionem maio-
ris extremi, id est proprietatis, quæ
in conclusioe concluditur de subiecto
omni que exempla, quæ de hoc re
proponit petuntur à definitione
proprietatis, & non subiecti, inquit
enim quod si rogemus ob quã cau-
sam luna patiatur eclypsim respõ-
dendum erit, quia terra interponit-
tur inter solem, & ipsam, quæ cau-
sa est definitio eclypsis, quæ est
proprietatis luna, & si quæramus ob
quam causam inter vocem acurã,
& grauem consonantia intercedat
respondendum erit, quia inter eas
datur proportio numeri, hæc autẽ
est definitio consonantiæ, quæ est
proprietatis vocis. Secundum. Scien-
tiæ Mathematicæ vtuntur certissimis
demonstrationibus, sed illæ non
demonstrant conclusiones suas per
definitionem subiecti, sed proprie-
tatis, ergo non subiecti, sed proprie-
tatis definitio, erit medium potissi-
mè demonstrationis, confirmatur
minor, nam de maiore nulla est du-
bitatio. Quia Geometra confirmas

triangulum habere tres angulos pa-
res duobus rectis, non vtitur defi-
nitione subiecti, sed proprietatis,
sic enim argumentatur. Omnis fi-
gura habens angulũ extrinsecũ æ-
qualẽ duobus intrinsecis, sibi opo-
sitis, habet tres angulos æquales
duobus rectis, sed triangulum est
huiusmodi figura, ergo triangulum
habebit tres angulos æquales duo-
bus rectis, iam agitur definitio prop-
rietatis, & non subiecti erit mediũ
cum hoc demonstretur per habere
angulum extrinsecũ, quod est pro-
prietas trianguli. Tertium illa est
potissima demonstratio, quæ ma-
gis ex immediatis procedit, vt con-
stat ex his, quæ Arist. cap. 2. lib.
docuerat, sed quæ progreditur per
definitionem proprietatis, progre-
ditur per ea, quæ sunt magis imme-
diata, ergo medium potissimè de-
monstrationis erit definitio prop-
rietatis. Confirmatur minor ex eo
quod pprietas immediatus multo
effertur de sua definitione, quã de
definitione subiecti, nam rihbile,
quod est hominis proprietatis, imme-
diatus dicitur de aptitudine ad ri-
sum, quæ est illius definitio, quam
de animali compute rationis, quod
est diffini. hominis, ergo &c. Quar-
tum si definitio subiecti esset me-
dium potissimè demonstrationis,
ultima illius resolutio esset in ip-
sius definitionem faciendam, quia in
medium tandem tota demonstra-
tio resolui debet, at hoc fieri nulla
ratione potest, non igitur in medium
potissimè demonstrationis potest
esse definitio subiecti. Confirma-
tur minor demoustratio debet in
ea resolui quæ fuerint per se nota,
vt docebat Arist. lib. de demonst.
cap. 2. sed illa propositio, in qua pre-
dicatur proprietatis de definitione
subiecti, non est per se nota, cum
debeat per definitionem eiusdem
proprie-

1. Argu.
Cap. 9
& 17.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

6. Argu.

proprietatis reddi nota, vt hæc pro-
finitio animal particeps rationis est
risibile non est per se nota, sed nota
fiatur per hanc alteram omne quod
habet facultatem ad ridendum est
risibile, ac proinde cum omne animal
particeps rationis habeat facul-
tatem ad ridendum, omne animal
particeps rationis erit risibile, qua-
re medium potissimè demonstra-
tionis nulla ratione esse poterit dis-
finitio subiecti.

Variæ
de hac
quæst.
opinio.

In hac quæstione sunt fere tot
sententiæ quot capita: nam Hiero-
nimus Baldeuinus in sua proluxa
satis, & diffusa de hac re disputatio-
ne, duodecim refert opiniones, qui-
bus ipse addit decimam tertiam, de
qua etiam re luculenter satis disse-
rit Iacobus Zabarella in operibus
logicis, duobus libris de hoc gene-
re argumenti conscriptis, in quibus
multas etiam refert, & refutat tam
Græcorum, quam latinorum, quã
Arabum opiniones, quas certe om-
nes velle refferre, molestum nimis
esset, & minime necessarium, quare
aliis prætermisissis tres tantum quæ-
sunt celebriores, magisque apud do-
ctores receptæ opiniones, propone-
mus. Est igitur prima opinio Linco-
niensis, Scoti 2. lib. de demonstra.
q. 19. & quam multi (& ipse Zabarel-
la) tribuunt D. Tho. est, medium po-
tissimè demonstrationis esse diffi-
nitionem solius subiecti, & nullo
modo proprietatis.

1. Opin.

2. Opin.

Secunda opinio est huic ex dia-
metro contraria diffinitionem so-
lius proprietatis, & nullo modo sub-
iecti, habere locum medi, hanc ma-
gna animi tenacitate sequitur Aegi-
dius Romanus, idemque ante eum
B. Albertus magnus, & Græci The-
mistius 2. lib. cap. 13. & alij sequuti
fuerunt, quam etiam multi ex rec-
toribus amplectuntur.

3. Opin.

Tertia opinio est, vt utriusque dif-

finitionem tam medi, quam pro-
prietatis, posse esse medium demon-
strationis, quæ profecto opinio ab-
que ambagibus est D. Tho. 2. lib. de
demonstrat. lect. 1. Caietani in com-
mētariis incap. 7. Iauelli in sua Dia-
lect. tract. 1. cap. vlti. multorumq.
aliorum quamuis inter Caietanum
& Iauellum, sit aliqua dissensio,
quia Caietanus putat medium esse
vtriusque diffinitionem, per modum
cuiusdam aggregationis, ita vt vtra
quæ diffinitio aggregata, sumatur
tanquam medium ad concludendam
proprietatem de subiecto, quemad-
modum ad concludendam risibili-
tatem de homine, hoc modo com-
ponemus demonstrat. ex vtraque
diffiniti. Omne animal particeps
rationis, quod habet facultatem ad
ridendum, est risibile, sed omnis
homo est animal rationis particeps
quod habet facultatem ad ridendum
ergo omnis homo est risibilis. Iauel-
lus vero hoc fieri nulla ratione pos-
se arbitratur, sed putat proprietatem
per solam diffinitionem ipsius esse
concludendam de subiecto, & dein-
de illius diffinitionem per diffini-
tionem subiecti esse demonstran-
dam: vt risibilitas concludi debet
de homine per hoc quod est habe-
re facultatem ad ridendum, verum
hæc facultas debet concludi de illo
per esse animal particeps rationis.

Ad hanc igitur quæstionem ex-
plicandam animaduertiendum erit
in primis esse duo genera proprie-
tatum, quæ subiectis conueniunt,
nam quædam proueniunt a princi-
pio aliqua extrinseco, vt ecclipsis
in luna, quæ prouenit ex interposi-
tione terre inter solem, & ipsam, a-
lias autem esse, quæ oriuntur ex a-
liquo principio interno eiusdem sub-
iecti, vt risibilitas in homine, & ca-
liditas in igne. Deinde obseruandū
est proprietates ordine quodam sub-
iecto

1. Obser-
uatio.

2. obser-
uatio.

lecto conuenire, nam ab eius natu-
ra tantum prima proprietates dima-
nat, & à prima deinde oritur tertia
& ab hac quarta, & sic deinceps vs-
que quo ad vltimam proprietatem
fuerit deuentum, quemadmodum
in commentariis in cap. de proprio
in quæst. docuimus luculenter.

3. obser-
uatio.

Demum sciendum erit medium ea
tantum ratione posse dici medium
qua est causa vnionis, aut coniu-
ctionis proprietatis cum subiecto:
nam scire, quod per demonstratio-
nem comparatur, nihil aliud est,
quam rem per causam intelligere,
quare idem erit quærere quodnam
sit medium demonstrationis, quod
quærere quænam sit causa proprie-
tatis, vel maioris extremi, quod in
côclusionem côcluditur de subiecto,
mum materialis, vel formalis, vel
efficiens, vel finalis, per omnia si-
quidem genera causarum posse con-
fici demonstrationes docuit Arist.
in hoc 2. lib. cap. 11. vt exposuimus.

1. Con-
clu.

Sit prima conclusio. In his pro-
prietatibus quæ à causa extrinseca
dimanant, medium demonstratio-
nis non est diffinitio subiecti, nec
proprietatis, sed causa illa extrinse-
ca à qua deriuantur: vt medium
quo concludimus eclypsim de Lu-
na, neque est diffinitio lunæ, neq.
eclypsis, sed interpolitio terræ in-
ter Solem, & ipsam, quæ huius effe-
ctus est propria, & legitima causa:
estque huius cõclusionis ratio a-
perta. Scire est rem per causam in-

Confir.

telligere ergo illud erit mediũ scien-
di, quod erit vera, & legitima causa
rei quæ scitur, sed interpositio terræ
est vera causa eclypsis lunæ, ergo
medium ad concludendum in de-
monstratione eclypsim de luna,
erit interpolitio terræ, & idem iudi-
cium erit de aliis proprietatibus,
quæ ab huiusmodi causis extrinse-
cis oriuntur, cum eclypsis, & earum,

vna & eadem ratio esse videatur.

Secunda conclusio. In aliis pro-
prietatibus quæ ab intrinseca causa
(vt pote natura subiecti) oriuntur,
medium non est quid aggregatum,
ex diffinitione subiecti, & proprie-
tatis. Hanc aduersus eruditissimũ
Caieta, & alios sectatores profite-
mur, eamque cum lauello confir-
mam' primo. Quia ea quæ sunt per
accidens nullum locum habent in
demonstrationibus, cum tantũ ea
quæ sunt per se in ea assumatur, vt
cap. 4. lib. 1. docuit Arist. at aggreg-
atum ex diffinitione subiecti, &
proprietatis (vt ad concludendam
risibilitatem de homine, hoc aggreg-
atum, animal particeps rationis
quod habet facultatem ridendi, cu-
ius prima pars est definitio homi-
nis, secunda vero risibilitas) est
ens per accidens, cum constetur ex
rebus diuersarum categoriarũ, scili-
cet ex natura hominis, significata
per illius diffinitionem, & ex natu-
ra proprietatis per eius quoque diffi-
nitionem declarata: ergo huiusmo-
di aggregatum non erit medium de-
monstrationis. Tam medium demõ-
strationis debet esse per se vnum,
sed aggregatum ex his duabus diffi-
nitionibus non est per se vnum, sed
multiplex, cum sint duæ diffinitio-
nes, & duo distincta significata per
illas, ergo illud nulla ratione pote-
rit esse medium. Animaaduertendũ
est tamen, intelligendum hoc esse,
quando aggregatum constat ex
diffinitione subiecti, & proprietatis
nam si fuerit constatum ex duabus
diffinitionibus eiusdẽ subiecti, be-
ne poterit illud esse medium demõ-
strationis, vt ad concludendam ca-
pacitatem disciplinæ de homine,
vti possumus hoc aggregato, omne
animal particeps rationis, quod cõ-
stat corpore & animo rationis par-
ticipare, est capax disciplinæ, cuius
prima

2. Con.

1. Argu.

2. Argu.

Obfer.

ro-
on-
abf
de
om
Diz
g.
um
io,
ille
dũ
tra
tur
dã
ad
li-
m-
ue
ps
ad
nis
ps
dũ
nel
of
tẽ
lle
in
in
in
et
e-
m
io
r. Obfer
uatio.
e-
ci
is
si
a-
b
ũ 2 obser-
uatio.
o

prima pars est diffinitio essentialis hominis altera vero petita à causis nimirum à corpore, & anima. Et ratio est, quia hoc aggregatum non est ens per accidens, sed per se, cum denotet rem eiusdem categoriæ, & sit idem utriusque diffinitionis (ex quibus totum cõsatur aggregatũ) diffinitum, ac proinde poterit optime esse medium demonstrationis,

3. Con.

Tertia cõclusio. Diffinitio subiecti est medium potissimæ demonstrationis. Hanc docemus cum autoribus citatis in prima opinione, qui in eo tantum errant, quod asserant diffinitionem solius subiecti esse medium, & non proprietatis, ac vere loquuntur quando dicunt diffinitionem subiecti esse verum, & legitimum medium, quam opinionem ubique sequitur D. Tho. Flan drens. 2. lib. de demonstra. q. 2. art. 5. Toletus cap. 9. eiusdem lib. & multi alij, eamq. in hunc modum

1. Arg.

posuimus confirmatur. Primo, quia Arist. de subiecto agens 1. de anima cap. 1. inquit principium, i. mediũ, demonstratiõis, esse quod quid est, vanasque esse diffinitiones ad demonstrandum, in quibus non apparet causa accidentium, ac causa accidentium non est eorum diffinitio, sed natura subiecti: & 4. Physico. de loco agens docet, illam esse optimã diffinitionem quæ causam explicat subiecti, at hæc est diffinitio subiecti, ac proinde cum medium idem sit quod causa, haud dubie quin illud debeat esse diffinitio subiecti.

4. Argu.

Secundo, quæ prænoscentur ante demonstrationem, necessaria sunt ad illius structuram, & compositionem, sed de subiecto prænoscendũ est quid sit, vt docuit Arist. lib. 1. c. 2. ergo quod quid est subiecti, quod nimirum per illius essentialẽ diffinitionem exprimitur, necessarium erit ad demonstratiõem, ac non

ob aliam causam, nisi quia habet se cum medijs, ergo diffinitio subiecti medium erit demonstratiõis. Tertio. Illud est potissimum medium demonstratiõis, quod ita est causa, vt non sit alicuius in eo genere effectus, quia vt saepe diximus medium debet esse causa conclusiõis sed diffinitio subiecti, aut natura per eam declarata, ita est causa proprietatis, vt non sit alicuius effectus, diffinitio autem eiusdem proprietatis, ita est causa, vt sic effectus: est siquidem natura proprietatis à natura subiecti, tanquam à vera, & legitima causa ergo potissimum medium demonstratiõis, erit natura subiecti. Rursus dantur multæ demonstrationes in quibus medium non potest esse diffinitio proprietatis, sed subiecti, ex aliquo genere causæ petiti; nam conclusit Arist. 1. lib. ca. 2. demonstratiõem generare scientiã, quia cõstat ex primis, veris, immediatis, & c. quod sane mediũ, est diffinitio demonstratiõis petita à materia. Et 2. de anima cap. 2. collegit etiã per demonstratiõem animam esse actum corporis organi ci, potentia vitam habentis, per alteram illius diffinitionem, quæ est, esse principium, vegetandi, sentienti, mouidendi ad locum, appetendi, & intelligendi, iam igitur medium demonstratiõis erit diffinitio subiecti.

3. Arg.

4. Arg.

4. Con.

Quarta cõclusio. Diffinitio etiã proprietatis est medium aliquando, in ea demonstratiõem in qua ipsam de subiecto demonstramus. Hanc cum Themistio B. Alberto, Aegidio, & alijs constituimus. Primo quia in demonstratiõibus Mathematicis plarumque, frequentiusq. vtimur diffinitione proprietatis, quam subiecti. Secundo quia notiores sunt nobis naturæ proprietatum, quam subiectorum, ac

proin.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu. proinde crebrius poterant in demonstrationibus usurpari. Tertio, quia Arist. cap. 9. & 17. huius lib. demonstrat eclipsis quæ est proprietas lunæ, de ipsa, per diffinitionem eclipsis, & de frondescere in autumno de arboribus, per diffinitionem eius quod est de frondescere, quod est deesse humorem eo tempore in radicibus foliorum, quod certe est proprietas ipsarum arborum.

Ad arg. Ad argum. vero in initio proposita respon. in primisq. ad duo priora non est cur respon. cum hanc ultimam conclusionem demonstrat.

Ad 3. Ad tertium respon. demonstratio nem non tantum ex immediatis procedere, sed ex primis etiam, at quædã proprietatis dicitur de sua diffinitione, non constat ex primis, bene tamen quando dicitur de diffinitione subiecti, quia prima causa proprietatis, non est sua, sed subiecti natura. Vel negandum erit non esse naturam subiecti declaratam per eius diffinitionem causam immediatam proprietatis: nam de prima nulli est dubium, quia nullam aliam causam habet præter illam, de aliis ex eo poterit confirmari, quia prima proprietas non generat secundam nisi in virtute naturæ subiecti, & secunda tertiam, & sic de aliis, unde erit immediata secundum virtutem quamvis non (vt ita loquar) secundum suppositum. Ad quartum dicimus admittentes ultimam resolutionem faciendam esse in naturam subiecti, hoc enim est scire rem vsque ad prima principia, & elementa resolvere, ex 1. Physico. cap. 1. & quamvis natura proprietatis notior sit nobis quam natura subiecti at subiecti notior est natura, debetque demonstratio potissima ex his quæ sunt notiora natura procedere.

Ad 4. his quæ sunt notiora natura procedere.

QVÆST, TERTIA AN prima principia sint naturaliter cognita.

IN ultimo cap. agit Arist. de primis, & generalibus principiis, quæ sunt veluti quidam generales, & vberissimi fontes, ex quibus scientiarum omnium cognitio derivatur, de eisdem etiam, & nos disputantes tres quæstio. proponemus. Prima an prima principia sint naturaliter nota. Secunda an habitus quo illa cognoscuntur, sit à natura inditus, vel nostris actionibus comparatus. Et tertia an ad illa comparanda sit experientia necessaria. Et vt à prima exordiamur, ostendimus prima & generalia principia, non esse cognita naturaliter, primo. Omnis nostra cognitio, aut est per inuentionem, aut per doctrinam, sed tam prima, quam secunda, est acquisita, vt est satis manifestum, omnis igitur nostra cognitio erit acquisita, ac proinde nulla erit nobis naturalis. Secundo quæ sunt à natura omnibus sunt ex æquo communia, sed cognitio primorum principiorum, non est omnibus ex æquo communis: nam quidam maiori propensione in illa cognoscenda feruntur, quàm alij, non igitur, erit huiusmodi cognitio naturalis. Rursus, cognitio naturalis, ita est omnibus clara, & perspicua, vt nullus sit qui eam discurrat, sed multi negant veritatem primorum principiorum, non igitur erit huiusmodi cognitio naturalis.

His igitur, aliisque huius generis argumentis confirmari videtur non esse hanc primorum principiorum cognitionem à natura nobis concessam, & (vt ita dicam) in generatam. Cæterum vt quæst. explicare possimus animaduertimus, duobus

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

Anim.

bus modis posse aliquid esse naturaliter cognitum, primo secundum actum perfectum, ita ut semper sit cognitum, absque vlla mora, & interuallo, aut cessatione actus intelligendi, qua ratione proficitur D. Tho. in angelis cognitionem suam naturam & divinam esse naturalem, quia ab exordio creationis semper fuerunt, ut ab huiusmodi actu sistere, aut illum omittere nulla ratione valeat. Secundo iuxta potentiam proximam: quando nimirum obiectum est ex se, suapteque natura aptum satis ut ab intellectu intelligi possit quam primum fuerit illi propositum quamvis actu non semper cognoscatur & hoc ex sola vi, & facultate insita intellectui, absque alteri causa extrinseca adminiculo.

1. Con. Sit prima conclusio. Cognitio primorum principiorum non est nobis naturalis primo modo. Ratio est. Quia non semper versamur in cognitione primorum principiorum: nam aliquando suspendimus actum, & aliquando alio mentem inflectimus, & non est qui non experietur se numquam ex quo in eo effulset lumen intellectus, habuisse cognitionem: at quae ita sunt naturalia, cum ipsa natura sunt secundum actum congenita, ut de angelorum cognitione docuimus.

2. Conclu. Secunda conclusio. Cognitio primorum principiorum est naturalis secundo modo. Haec etiam est aperta, quia prima principia ex se, suapteque natura, sunt apta & nata ut quam primum proposita fuerint in intellectu, absque vlllo adminiculo ab illo percipi queant. Quis enim est quantumvis fuerit Barbarus, & Agrestis, qui propositio sibi hoc principio, omnetotum est manus sua parte, illiusque vocibus explica-

tis, non illico illud esse verissimum comprehendereunt igitur naturaliter nota hac ratione. Quare quemadmodum motus lapidis deorsum est illi naturalis, non quidem primo modo, quia non semper actu tendit deorsum, cum saepe impediatur ab huiusmodi motu sed secundo, quia habet a natura insitum principium (scilicet gravitatem) ut in hunc locum feratur, idque absque alterius ope, & adminiculo: pari ratione cognitio primorum principiorum est naturalis, non primo modo, cum non sit semper secundum actum, sed secundo, quia in intellectu est vis quaedam, & facultas a natura insita, ad huiusmodi principia quam primum fuerint intellectui proposita absque alterius adminiculo, cognoscenda.

Tertia conclusio. Cognitio conclusionum, qua beneficio scientiarum comparatur, neque primo neque secundo modo est nobis naturalis. Non primo, quia non habemus cognitionem aliquam conclusionum, perpetuam, & nobis a natura tributam. Neque secundo quia non quamprimum aliqua conclusio obicitur intellectui, illico ipse in illius rapitur veritatem, sed indiget discursu, & ratiocinatione, ut illam possit comprehendere, quod certe non aliunde quam ab exiguo lumine quod in conclusionibus splendet, ortum habet: est enim ita exiguum, ut seipso nequeat intellectum ad sui cognitionem excitare, sed aget luminis principiorum adminiculo, ut ita illi innoxius, per discursum, & ratiocinationem, possit intellectus in ipsarum veritatem devenire. Falsa igitur erit Platoniorum opinio, scientias nobis esse a natura congenitas, aduersus quos cap. 1. lib. 1. disseruerat Aristo.

Iam ad argum. obiecta. Ad primum gum. Ad secundum gum.

3. Conclu.

Ad

Ad

num dicimus veram esse propositionem in cognitione scientiarum: nam omnis scientia, aut per inuentionem comparatur, aut per disciplinam, falsam tamen esse, si de cognitione primorum principiorum agamus, hec enim neque per inuentionem, neque per doctrinam comparatur, sed est nobis indita à natura, eo modo quo in conclusionibus exposuimus. Ad secundum respon. negandam esse maiorem propositionem. Quia intellectus, & sensus, sunt nobis à natura concessi, qui non ex æquo omnibus hominibus insunt: nam quidam nobilioribus sensib⁹, & intellectu, quam alij, sunt à natura ornati: & capacitas disciplinæ, est etiam à natura tributa, quæ non ex æquo communis est omnibus hominibus: quamuis igitur cognitio primorum principiorum sit nobis naturalis secundo modo, non proinde ex æquo omnibus conueniet, sed qui pollent maiori vi, & facultate intelligendi, maiori propensione in illa ferentur, quam alij, quibus est minor portio huius facultatis concessa. Ad tertium respon. nullum sanæ mentis posse saltim corde veritatem primorum principiorum diffrateri, nam quamuis quis pertinax illam ore neget, si tamen ille mentem consulat negare eam nulla ratione poterit.

Ad 2)

Ad 3.

QVAESTIO QVARTA
si ne habitus primorum principiorum nobis inditus à natura.

Esse in nobis ad intelligenda prima, & generalia principia habitum aliquem, non est cur hoc loco confirmemus, cum vbique, & in hoc loco, & 6. Ethico. cap. 3. illud profiteatur Arist. Est tamen discip-

ratio non leuis, sit ne ille nobis inditus à natura, & num ab intellectu distinguatur necne: nam in primis non esse nobis inditum, sed nostris actionibus aduersum, confirmatur primo. Quia intellectus noster à natura est, veluti tabula rasa in qua nihil est depictum, vt Arist. sæpe docet aduersus Platonem, sed si hic habitus esset nobis à natura cessus non esset velut tabula rasa in qua nihil est depictum, iam enim haberet in se depictum huiusmodi habitum, ergo habitus primorum principiorum non est à natura tributus. Secundo quia Arist. apertissimis verbis proficitur in hoc cap. vltimo, huiusmodi habitus esse nostris actionibus conquisitum, nimirum ex experientia, sed quod nostris actibus comparatur, non est à natura inditum, ergo hic habitus non erit à natura inditus. Tertio si hic habitus esset à natura inditus, fieret inde & scientiam quoque esse à natura inditam, at hoc nihil aliud est, quam prolabi in opinionem Platoniorum constituentium scientiam esse nobis à natura cõcessam, ergo habitus hic non erit à natura tributus: confirmatur maior, causa conclusionis, quæ per scientiam cõprehenditur (eaque naturalis) est habitus primorum principiorum, sed posita causa naturalis effectus qui inde colligitur debet esse naturalis, ergo si habitus primorum principiorum esset à natura tributus, & scientia quoque esset naturalis.

Argu. 1.

2. Argu.

3. Argu.

1. Argu.

Præterea confir. aliis argumentis hanc qualitatem non esse ab ipso intellectu distinctam sed esse ipsammet intellectum ex se, suapteq. natura satis procliue ad veritates primorum principiorum intelligendas. Primo, vbi potentia ex se, & ex propria natura est satis procliuis ad aliquem actum, non indiget illa ali-

Vuuu quo

co
iter
ad-
est
mo
dit
ab
uia
piu
lo-
rius
cog
est
um
am,
est
ura
qua
po-
co
on-
3. Con-
aru
clu.
do
ori-
one
ua,
que
um
le-
eri
tio
re-
nde
in
ha
plo
ni-
nis
ail-
oci
pfa
igi-
ien
tas,
rue
pri-
Ad 1. at
um gum.

quo habitu superaddito, ut quia oculus ex se est satis proclivis ad videndum, non indiget aliquo habitu ad huiusmodi actum, sed intellectus est ex se satis proclivis ad intelligenda prima principia, ergo non indigebit aliquo habitu superaddito, sed erit ipsemet intellectus habitus primorum principiorum.

2. Arg.

Secundo, natura, quæ est diffinita ad unum non indiget habitu superaddito, indeo enim non constituimus in igne habitum ad comburendum, quia est ille ad hanc actionem diffinitus sed intellectus ex se, & suapte natura est diffinitus ad intelligenda prima principia, solis vocibus explicitis, ita ut non possit non præbere illis assensum, ergo habitus primorum principiorum erit ipsemet intellectus. Tertio quia quemadmodum se habet ultimus finis respectu voluntatis, ita & prima principia respectu intellectus, sed respectu ultimi finis non datur aliquis habitus in voluntate, ergo neque respectu primorum principiorum, erit in intellectu aliquis habitus à se distinctus constituendus.

3. Argu.

1. Opin. Duran.

In hac quæstione variæ sunt, & inter se multum discrepantes Philosophorum sententiæ. Prima est Durandi in 2. dist. 24. q. 1. & in 3. dist. 33. q. 1. ad 2. existimantis habitum primorum principiorum non esse qualitatem aliquam additam intellectui, sed esse ipsummet intellectum ad intelligenda principia proclivem satis, atque propensum, quam opinionem sequitur est Sebastianus Foxius in suo libro de demonstratione, numero 11. qui putat non esse ad cognoscenda prima principia aliquem habitum constituendum in intellectu, quemadmodum neque ad appetendum ultimum finem, constituimus aliquem habitum additum ipsi voluntati. Secunda opinio

2. Opin.

est Cardinalis Caietani. 2. q. 51. art. 1. existimantis habitum primorum principiorum esse qualitatem aliquam additam intellectui, non tamen nobis à natura concessam, sed nostris notationibus comparatam: hanc eandem sequitur Ferrar. 2. contra. gent. cap. 78. & multi ex recentioribus eidem etiam adhærent. Tertia opinio est, quam multi tribuunt. Capreolo q. 3. prologi, quamvis ipse potius de scientia, quam de habitu primorum principiorum loqui videatur, habitum principiorum nihil aliud esse, quam species collectas rerum significatarum per voces, ex quibus prima, & generalia principia componuntur, ut habitum quo assentimur huic primo principio. Omne totum est maius sua parte, nihil aliud esse, quam species collectus totius, & partis, hæ enim enim si fuerint in intellectu, statim ipsum ad cognitionem huius primi principij conuertunt. Quarta opinio est huiusmodi habitum esse qualitatem additam intellectui, eamque naturalem, vel cum natura à Deo nobis tributam, nam est lux quædam addita intellectui, quæ media ad intelligenda prima principia inclinatur, quam opinionem sequitur M. noster Medina 1. 2. q. 51. art. 1.

Caieta.

3. Opin. Capre.

4. Opin. M. Med.

Hancigitur opinionem ut explicemus animaduertimus, ad cognitionem aliquam, perfectam, & exactam intellectus, duo requiri, lumen & species intellectuales, nam quemadmodum ad videndos colores, præter lumen extrinsecum, & species nihil aliud requiritur, ita etiã ad intelligendum præter lumen in intellectu & species nihil aliud requiritur. Inter hæc duo autem hoc interest, quia lumen inditum est à natura, species vero sunt beneficio se suum collectæ, luminaque in intellectu agentis à phantasmatis educuntur.

Obserua.

1. Clu.

2. Clu.

de, unde & ad habitum primorum principiorum hæc duo etiam requiruntur, & lumen intellectus, & species rerum quæ per voces ex quibus constantur principia, significantur.

1. Conclu.

Hoc igitur sic præfato, sit prima conclusio. Habitus primorum principiorum, non est ipsemet intellectus, sed est qualitas quædam illius naturæ superaddita. Hanc proponimus aduersus Durandum, & Forxium, quam cum D. Tho. profitemur 1. 2. q. 51. art. 1. illamque in hunc modum confirmamus. Primum ex Arist. 6. Ethico. cap. 4. & 14. ubi inter habitus intellectus illius naturæ superadditos, numerat intelligentiam, vel habitum primorum principiorum. Secundum. Cognitio firma, & constans, quæ non est nostro intellectui ingenerata, non potest non esse habitus additus intellectui, & ab eo diuersus, sed cognitio primorum principiorum est firma, & constans, minimeque est ingenerata intellectui: nam non ab exordio natiuitatis in cognitione primorum principiorum, persistimus ergo hic habitus erit intellectui superadditus.

2. Conclusio.

Secunda conclusio. Habitus primorum principiorum, non est omnino acquisitus, vt volebant Caietanus, & Ferrariensis. Confirmatur nunc breuiter (quia in conclusione quinta & vltima sumus illam latius explicaturi) in habitibus acquisitis hoc esse verum experimur, vt quomaior sit actio, ex quibus illi comparantur accessio, eo magis facultas ad aliquid agendum facilius & propior reddatur, sed in habitu primorum principiorum, non ita hoc experimur, non enim post longam & assiduam exercitationem, in fine experimur nos esse promptiores ad intelligenda prima principia, ergo hic habitus non erit ex

omni parte acquisitus, & nostris actionibus comparatus, diximus ex omni parte, quia ratione specierum collectarum, habitus est acquisitus vt postea ostendemus.

Tertia conclusio. Habitus primorum principiorum non sunt species collectæ, & inter se ordinatæ, quemadmodum volebat Capreolus, si tamē hæc extitit illius opinio, confirmatur primo. Quia habitus tenet se ex parte intellectus, nã est dispositio illius ad intelligendū. Species vero collectæ tenet se ex parte obiecti, tāquã illius naturales similitudines, ergo habitus non erit tantū species collectæ. Secundum. Habitus primorum principiorum, est iudicatus, at hæc species non spectat ad iudicium, sed ad apprehensionē obiecti, quare non poterit ex omni parte esse huiusmodi species.

3. Conclusio.

Quarta conclusio. Habitus primorum principiorum vt trumque includit, & lumen intellectus, & species intellectuales collectas, & inter se ordinatas; hanc ex eo esse veram demonstramus, quia ad asertendum primis veritatibus, satis superque disponitur intellectus lumine sibi ingenito, & speciebus acquisitis, sed habitus primorum principiorum est dispositio quædam intellectus ad intelligendas primas veritates, ergo ille hæc duo tantum includet, lumen, & species intellectus. Itaque quemadmodum scientia includit duo, scilicet pronitatem quandam, & facilitatem, quæ est quædam lux intellectus, & species collectas, facilitatem tanquam formam, & species tanquam materiam, ita etiam habitus primorum principiorum, duo includet lumen intellectus, & species acquisitas, lumen tanquam formam, & species tanquam materiam.

4. Conclusio.

Quinta conclusio. Habitus primo 5. Conclu. rum

rum principiorum partim est à natura tribus, & partim nostris actionibus comparatus, nam ratione specierum, quas beneficio sensum habuimus, est adquisitus, quia hæ species ex rebus ipsis colliguntur, ac ratione luminis est naturalis, quia illud est intellectui insitum à natura: hanc expressis verbis docet D. Tho. 1. 2. q. 51. art. 1. ubi inquit habitum primorum principiorum partim esse naturalem, & partim ab exteriori principio derivatum. Et quidem quo ad species collectas esse adquisitum nulli est dubium: quia hæ species beneficio sensuum colliguntur & ab intellectu agente per illuminationem phantasmatum in intellectum patibilem iaculantur, non enim (ut in angelis) sunt nobis in intellectu ingeneratæ species, rerum naturas referentes, quemadmodum quidam Platonici perperam docuerunt, sed est anima nostra veluti tabula rasa ab exordio natiuitatis, in qua nullæ sunt species, vel imagines depictæ, ut Arist. 3. de anima c. 4. & in libro de sensu & sensibili cap. 1. profitetur. Cæterum ratione luminis esse à natura tributum, & non nostris actionibus adquisitum confirmamus. Quia in practico est nobis habitus quidam insitus à natura, quo prima principia, practica possimus intelligere, qui dicitur syneresis, ut omnes Theologi, & Sancti patres profitentur August. li. 2. de sermone domini in monte, & Psalmo 57. Epiphanius lib. 2. contra hereses tomo 2. & Hieronimus in epistola ad Demetriadem, quod indicant illa verba psalmi 90. quis ostendet nobis bona, signatum est super nos lumen vultus tui domine, id est lumen quoddam cum natura ingeneratum est nobis, exprimens quid tamquam bonum prosequi, & quid tamquam malum fugere debeamus, er

go & inspeculatiuis constituendus erit habitus quidam inditus à natura, quo prima principia, & veritates cognoscere valeamus cum vtriusque par, & æqua ratio esse videatur. Rursus Deus in rerum creatione, rerum omnium naturis addidit quasdam proprietates, veluti semina quædam quibus possint suas actiones exercere, ergo & intellectui à natura concessit quendam habitum, veluti proprietatem quandam sibi superadditam, cuius ope possit, in prima principia ferri, primasque veritates comprehendere.

Quæret tamen aliquis, quisnam sit hic intellectus, cuius lumen diximus esse habitum primorum principiorum, num agens, vel patibilis: Quidam putant esse agentem, qui in animo idem munus retinet illuminandi, quod sol in hoc conspicuo, & visibili mundo. Alij illum esse in intellectu patibilem arbitrantur, Ego vero vtriusque lumen esse opinor, vnde habitus primorum principiorum & agentis, & patibilis intellectus lumen erit, quamuis magis, & præcipue sit lumen intellectus patibilis, quam agentis: duo si quidem ad habitum primorum principiorum (præter species) requiruntur, & manifestare veritatem, & iudicium, quo illam sic manifestatam, & apprehensam, veram esse iudicamus. Primum illud munus est intellectus agentis: quia manifestare proprium est officium luminis, ac intellectus agens lumen est animi nostri, ut Arist. 3. de anima cap. 5. & alijs docet. Vnde quemadmodum lumen a sole fluens, patefacit, & manifestat visui colores, ita quoque lumen intellectus agentis, manifestabit nobis veritates, quas natus est alter patibilis apprehendere. Alterum vero ad intellectum patibilem spectat, primo, quia agens tantum illu.

Dubita

Quorū
dam
opinio.Nostra
sententia.

Ad

Ad

arg

Ad

Contra
Sensu
Argu.

Ad 1. ar
gum.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 1.

Ad 1.

Ad 1.

illustrat phantasmata, & veritates cognoscendas, non tamen eas cognoscit, quare cum iudicium sit cognitio, iudicare non erit munus illius. Et secundo, quia iudicium in scientiis munus est intellectus patibilis, in quo tanquam in subiecto illæ reperiuntur, ergo & iudicare esse vera prima principia, ad intellectum patibilem atinebit.

Satisfaciamus iam argum. que in initio proposuimus: Ad primum dicimus, animum nostrum vocari ab Arist. tabulam rasam in qua nihil est depictum, propter species intellectuales, quas non à natura, sed beneficio sensuum comparatas habemus, ut exposuimus, non autem propter huiusmodi habitum primum principiorum. Ad secundum respon. Arist. propter species quæ adminiculo sensuum à rebus hauriuntur, docuisse hunc habitum esse adquisitum, & non naturalem, quia nimirum hæ species non sunt nobis à natura concessæ, sed nostris actionibus comparatæ, non autem propter lumen quod exprimit huiusmodi habitus, hoc enim insitum est nobis à natura. Ad tertium respon. falsam esse maiorem, ad confirmit. dicimus, verum esse de causa totali, quod si illa fuerit à natura, & effectum de bere esse naturalē: at res non ita sese habet in nostro instituto, quia ad scientiam præter lumen primorum principiorum, requiruntur species rerum que sciuntur, quæ non sunt nobis à natura concessæ, sed nostris actionibus beneficio sensuum comparatæ, ac proinde neque scientia poterit esse à natura tributa, sed nostris actionibus comparata.

Ad argum. que secundo loco proposuimus in hunc modum respon. distinguendam esse minorem, po-

test enim illa intelligi de intellectu aut cum habitu, aut sine illo, si cū habitu primorum principiorum, verum est intellectum esse satis proclivem ad intelligenda prima principia, si vero sine illo, negandum est esse ipsum ad illa cognoscenda inclinatum: nam quemadmodum homo cum risibilitate est satis propensus ad ridendum, non tamen sine illa, ita intellectus cum habitu primorum principiorum erit satis propensus ad intelligenda prima principia, non tamen sine illo. Ad secundum eodem modo respon. intellectum ex se, & suapte naturæ sine habitu, non esse diffinitum ad intelligenda prima principia, quem admodum neque homo est diffinitus, & determinatus ad ridendum sine risibilitate, at eum habitu determinatus erit, nam ille afficit potentiam, eamque disponit ut in cognoscenda prima principia feratur. Ad tertium neganda est maior propositio, est enim latum discrimen inter intellectum, & voluntatem, quia voluntas est ipsamet inclinatio, & propensio ad bonum oblatum per intellectum, ac proinde non egebit aliquo habitu superaddito illam inclinante ad vltimum finem, ceterum intellectus non est cognitio, sed facultas quædam apprehendendi, & iudicandi, quare ad apprehendendum indigebit speciebus, & ad iudicandum lumine, & habitu superaddito.

QVAESTIO VLTIMA.
An experientia sit necessaria ad cognoscenda prima principia.

S Equitur vltimo disputemus, si sine necessaria experientia ad

Dubita.
 Quorū
 dam O-
 pinio.
 Nostra
 senten,

Ad 1.
 Ad 2.
 Ad 3.
 3
 cog.

- cognoscenda rerum omnium prima & generalia principia: Etenim non esse confir. i. ex Arist. qui i. li. de demonstrat. cap. 3. docuit prima principia cognosci cognitibus extremis, quæ si vellent dicere, non esse necessariam experientiam, sed sufficere hanc extremorum comprehensionē. Secundo, cognitio principiorum ad secundam operationem intellectus, (quæ est compositio, & diuisio) spectat, sed ad compositionē & diuisionem, non est necessaria experientia, sed simplex cognitio terminorum, nam qui cognoscit, has voces, homo, & risibile, illico absq. vlla experientia, intelligere potest per compositionem, omnem hominem esse risibilem, ergo ad cognoscenda prima principia, non erit necessaria experientia. Tertio quod est incertum, & fallax, non potest esse principium eius quod est certissimum, sed experientia in certa est, & fallax, vt docebat Hypocra. in principio lib. de natura, cognitio autem primorum principiorū, certissima est, & infallibilis, ergo experientia ad cognoscenda prima principia minime erit necessaria. Quarto, quia si ad cognoscenda prima principia necessaria esset experientia, etiam ad artem, & scientiā, esset illa necessaria, cum tam ars quam scientia à primis principiis dependeat, at hoc cum Arist. pugnare videtur i. metaph. cap. 1. vbi inquit, eum qui tenet artem sine experientia, sapientiosem iudicari illo, qui habet solam experientiam, in quibus verbis aperte satis indicat, experientiam non esse ad artē necessariam. Quinto, quia si quis nouerit triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, statim cognoscet, omne triangulum esse huiusmodi, idque absque vlla antecedente experientia non igitur
1. Argu.
2. Argu.
3. Argu.
4. Argu.
5. Argu.

erit illa ad hanc cognitionem necessaria.

At contra in hoc cap. docere videtur Arist. experientiam nimirū ad comparandam primorum principiorum cognitionem, esse omnino necessariam. Vt igitur, quæst. hanc explicemus, animaduertimus primo, duplicem esse cognitionem principiorum, vnā simplicem, & alteram coniunctam, simplex est, qua apprehendimus extrema, vt quæ apprehendimus quid sit totū, & quid pars, coniuncta vero qua illa inter se connectimus, vt quando dicimus, omne totum esse maius sua parte, aut quando illa esse vera iudicamus: Deinde ad intelligendū duplex est causa, vna per se, & alia sine qua, quam possumus dicere instrumentaria: per se est intellectus, ipse enim est à quo prodit intellectio, sine qua non vero est, quæ ipsi intellectui offert obiectum in cuius cognitione versetur, qua ratione sensus sunt causæ intelligenti, quia illi offerunt intellectui obiectum quod intelligere queat. Sciendum erit etiam, experientiam ex memoria oriri, nam quia recordamur nos in hoc, & illo singulari vidisse omne totum esse maius sua parte, colligimus hanc vniuersam, omne totum esse maius sua parte, vnde experientia non erit actio sensuum exteriorum, sed interiorum, cum ad memoriam sensilem expectet, quæ profecto est sensus interior. Legendi etiam erunt de hac q. Caieta, & Ferrarii in huius loci commenta. Sonci, 4. metaph. q. 32. Iauellus in eodem lib. q. vltim. Suesanus 2. metaph. q. 1. Anton. Andreas 1. metaph. q. 4. & alij in hoc loco.

Sit prima conclusio. Omnis cognitio intellectus naturalis oritur ex sensu. Confirmatur ex Arist. i. de demon-

Contra
sentit
Aristo.

1. Obser
uatio.

2. obser
uatio.

3. C

demonstrat. capi. 14. Tum etiam quia omnis huius generis cognitio vel comparatur per doctrinam, veram & legitimam, vel per inventionem, si per doctrinam oritur ex auditu, qui est sensus doctrinae, vt docet Arist. 1. metaph. cap. 1. & de sensu & sensili cap. 1. si per inventionem orietur ex perceptione rerum singularium, quae sane est actio sensuum cum circa singularia sensus versentur, maxime vero ex perceptione visus, qui maiorem nobis praebet rerum sensilium cognitionem, vt Arist. 1. metaph. cap. 1. proficitur, omnis igitur cognitio intellectus ex ipsis sensibus orietur. Diximus naturalis quia quae est per infusionem, non dependet ab illis vt cap. 14. q. vnica 1. lib. docuimus.

2. Con.

Secunda conclusio. Non ita oritur haec cognitio a sensibus, quasi ad illam concurrant sensus, veluti causa per se, sed vt causa instrumentaria, vel sine quibus, non potest intellectus quippiam intelligere. Primam partem non dependere a sensibus tanquam a causa per se, optime confir. Sonci. conclu. 1. illius q. quia actio intelligendi non est in sensibus, sed in intellectu, ergo non fluet a sensibus tanquam a causa per se, antec. est perspicuum, confir. consequent. Quia actio inmanens (vt est intellectio) ab ea causa fluit, in qua tanquam in subiecto reperitur, vt Arist. 9. metaph. proficitur. Alteram vero partem, scilicet concurrere tanquam instrumentum, & causam sine qua non, confirma. Quia sensus offerunt intellectui obiecta quae intelligat, & nisi illa offerrent, non posset intellectus naturaliter quippiam intelligere, concurrent igitur hac ratione ad intelligendum.

3. Con.

Tertia conclusio. Ad cognoscenda prima principia non tantum vt

lis, verum etiam necessaria est experientia. Esse vtilem, nullus est qui diffiteatur. Esse tamen necessariam confir. primo. Quia tunc aliquod principium esse verum apprehendimus, quando extrema illius in rebus singularibus coniungi experimur, vt tunc apprehendimus hoc principium, omnis ignis est calidus esse verum, quando per experientiam haec duo extrema, ignis & calor, in hoc, & illo, & alio igne, coniungi cognoscimus, erit igitur illa necessaria. Secundo quia quamuis intellectus post adeptam rerum simplicium (vt pote extremorum) cognitionem, suapte vi, & propria natura possit illa extrema inter se componere, & diuidere, & ex consequenti cognitionem primorum, principiorum (quae ex his terminis conflatur) efficere, quia tamen est ex se indeterminatus, ad hanc, vel illam propositionem fabricandam, quaerenda erit huius rei aliqua causa, haec autem non potest esse simplex cognitio terminorum, cum hac posita nondum perfectam principij cognitionem teneamus, quare necessaria erit cognitio composita sensus, quam experientiam dicimus. At non sufficere cognitionem simplicem extremorum, ex eo perspicitur quia adhuc illa constituta, nondum formamus principium, nisi sumperimus occasionem in aliqua re singulari, in qua extrema illius principij in aliquo singulari coniungi cernamus. Eni muero quamuis teneamus significationes, maioris, totius, & partis, nondum tamen concipiemus omne totum esse maius sua parte, nisi sit aliqua res singularis, quae nobis praebet occasionem, huius principij conficiendi, nimirum, si animaduertamus, hoc totum esse maius sua parte, & illud, & aliud erit igitur ad prima principia confi-

1. argu.

2. argu.

Contra sentit Arist.

1. Obseruatio.

2. obseruatio.



DE LOCIS DIALECTICIS LIBER

Vnus, in tres sectiones distributus.

EODEM F. DIDACO MASIO
Ordinis Prædicatorum auctore.

Præfatio.



Actenus partem Analyticam commentariis nostris illustratam, cum Arist. exposuimus, sequitur vt de Topica quæ in explicatione argumenti probabilis versatur, sermonem habeamus. Aequum tamen erat vt Arist. ipsū interpretaremur, vt huicuscunque fuit a nobis obseruatum, commentariisque illius Topica illustraremus, verum ne hoc præstaremus, nonnulla rationes compulerunt. Imprimis prolixitas Topicorum Arist. quæ certe tanta est, vt fastidium, lectorem vel patientissimum, afficere possit. Deinde hoc opus ab ipso crassa, & rudi minerua, exercendi ingenij causa conscriptum fuisse, vt ipse est testis locupletissimus. Rursus tot loca fuerūt ab eodē addita, vt vix, at ne uix quidem sit, qui illa mēte complecti vilo modo valeat, sunt enim tercentū, & quinquaginta nouem loca ab eo propo-

ta, vt Nuselius in suis commentariis constitutionis dialecticę numerat diligenter. Vt illud addam nullum hucusque hac sola Arist. arte fultum, ad fastigium illius deuenisse, vnde effectum est vt grauissimi viri, qui in hac arte magnos progressus fecerunt, de locis dialecticis, peculiaris volumina euulgauerint, vt ita facilius multo, & vtilius studiosę consulere iuuentuti, vt Cicero in suis Topicis, Boetius, Themistius, Quintilianus & superiorum ætate Rodolphus, Agricola vir de hac arte si quis alius benemeritus, Louanienses in suo auctario, Titelmanus, & innumeri alij, quibus certe addere poteramus, Frat. Franciscum Garciam doctorē Theologū instituti nostri Prædicato. virum sane eruditum, qui de locis dialecticis opus quoddam conscripserat eruditū. Fateor, me dū semel illud sedula manu euoluerē, ita in illius amorem exarsitū, vt ab auctore ipso, scæpe, & impertune n. m. s.

ut illico in lucem eos emitteret effugitauerim, probe enim noueram quantam esset illud omnibus alturū utilitatē, ac immatura mors illum nobis eripiens, hunc etiam thesaurum, (quorundam negligentiā) emanibus nobis rapuit. Hos igitur doctissimos viros, & Aristo ipsū in lib. Topicorum, & Rhetoricorum ad Theodectem imitati, nostrum etiam opus de locis dialecticis composuimus, in quo breuius quam multi, fortassis tamen facilius hanc disputationem sumus prosequuti. In plerisque fere locis, indicauimus loca quibus viri graues, tam sacri, quam alij qui huma-

niores literas tractant, hoc, vel alio loco vtantur, vt illorum exemplo quiuis ductus, vsūque locorum in illis inspiciens, se ipsum exerceat vsūque facilius possit haurire, hic enim est finis in quem tota hæc tractatio, refferri debet. Diuisum est opus in tres sectiones potissimas, in quarum prima quid sit argumentatio probabilis, quæ generæ questionum, & quid sit locus explicamus. In secunda ipsos locos explicare aggredimur, de iisque agimus, quæ in lita vel interna nuncuntur. Tandem in tertia de aliis assumptis, vel externis disputam⁹.

Sectio prima. In qua ea quæ necessaria sunt ad opus intelligendum explicantur.

Institutum huius disputationis, & utilitas
Caput primum.

Institutum huius disputationis explicat statim Arist. in initio, ac quasi in vestibulo Topicæ disputationis, scribēs, propositū sibi esse, viam, & rationem inuenire qua de omni proposita quæst. probabilis possimus argumentatione disputare, vnde, & subiectum est ipsa ratiocinatio dialect. nam explicato instituto Arist. subiūgit. Ac primū quidem quid sit ratiocinatio dicendū est, quæque eius generā. Agere vero de huiusmodi ratiocinatione nihil aliud est, quam docere ex quibus coalescat, ac quosdam quasi nidos, seu loca aperire, vnde promantur argumenta probabilia ad disputandum de quauis re proposita, hinc

que appellatur hæc disputatio ab Arist. Topica, quasi Localis. Attingit autem Arist. ex multis, quæ afferri poterant, quatuor potissimum utilitates huius disputationis. Primo, inquit, confert ad disputationes, & conflictus literarios, qui habentur in Gimnasiis, qui enim fuerit institutus hac arte, poterit de quauis re proposita facillime disputare cū aduersario, vtram partem voluerit. Secundo valet ad congressus hominum, & colloquia familiaria, nam solent homines in colloquiis huiusmodi, de variis rebus disserere, tã docti, quam indocti, vbi non adferuntur rationes exquisitæ, & demonstrationes, quoniam hæc non ab om-

nibus

3. Utili

4. Utili

1. Utili

2. Utili

nibus intelliguntur, sed tantum à
 viris peritis: & multis solent esse
 molestæ, vt idem Arist. expressit in
 2. metaph. cap. vlti. sed afferuntur
 rationes faciles, & probabiles, vnde
 qui erit peritus huius artis, enume-
 ratis omnium sententiis, refutare
 quas putauit falsas, & confirmare
 veras facile poterit. Tertio utilis
 est ad ipsam philosoph. nam sæpe
 philosoph. quia non possunt suas
 quæst. demonstrationibus, & ratio-
 nibus necessariis probare, propter
 summam earum difficultatem, aut
 quod ignorent eorum principia,
 coguntur relicto suo more disputâ
 di, tractare quæst. rationibus pro-
 babilibus, atque eam in vtramque
 partem discutere: non unquam e-
 tiam postquam docuerunt demon-
 strationibus, adhibent rationes pro-
 habiles, quo res illustrior fiat vt pas-
 sim videmus fieri ab Arist. præser-
 tim in lib. de coelo. Quarto vsui est
 ad probanda disciplinarum princi-
 pia, cum enim non possint demon-
 strari per alia principia priora, con-
 firmantur à dialectico argumentis
 probabilibus, aut inductione, vt
 hoc principium Geometricum. Su-
 perficies est longitudo, & latitudo,
 sine crassitie, ita a dialectico confir-
 matur: omne extremum est diuisû
 a re cuius est extremum, superfi-
 cies est extremum corporis, ergo
 est quid diuersum a corpore, at cor-
 pus habet tres dimensiones, ergo su-
 perficies habebit pauciores, con-
 stat autem experientia habere lon-
 gitudinem, & latitudinem, carebit
 igitur crassitiâ.

*Quid sit ratiocinatio dialectica
 caput secundum.*

Cum disputatio suscepta in ratio-
 cinatione dialectica explicanda

tota versetur, merito statim in ini-
 tio quid illa sit tradêdû. Ratiocina-
 tio igitur dialectica, est ratiocinatio
 ex probabilibus assumptionibus, pro-
 babilè colligens conclusionè. Pro-
 babilia autem principia diffiniuntur
 ab Arist. quæ videntur omni-
 bus, aut pluribus, aut sapientibus,
 & ex his, aut omnibus, aut plurib⁹,
 aut alicui ex maxime probatis. Om-
 nibus, vt Deum esse colendum, cu-
 ram gerendam esse parentum, matri-
 trem diligere prolem suam. Multis
 vt diuitias esse parandas, honores
 esse expetendos, & indulgendum ef-
 se delitiis. Omnibus sapientibus,
 vt probitatem vitæ delitiis omni-
 nibus apprime antecellere, ex nihilo
 nihil fieri, solem esse longe maio-
 rem tetra. Multis ex sapientibus, vt
 beatam vitam esse in bonis animi
 collocandam, nō esse infinitos mū-
 dos, non esse corpus indiuiduum.
 Alicui ex maxime sapientibus, vt
 idæas esse, quod visum est Platoni,
 visionem fieri per intus susceptio-
 nem, vt docuit Arist. sedem ac prin-
 cipatû animæ esse in cerebro, quod
 existimauit Galenus. Vnde inter ve-
 rû, ac probabile hoc interest, quod
 verum ex rebus ipsis, probabile au-
 tem ex hominum tantum existima-
 tione dependeat. Et ita licet duarû
 opinionum contradicentium oportet
 alteram esse veram, alteram fal-
 sam, fieri tamen potest, vtramque
 esse probabilem, & aliquando ma-
 gis falsam, magis probabilem. Pro-
 babilia etiam nuncupantur, quæ
 ex his deducuntur, a nonnullisque
 probabilia mediata dici consueue-
 runt. Ac ex his vtrisque ratiocina-
 tionem dialecticam posse connecti
 arbitramur. Nec oportet quod ex
 vtraque præmissa probabili, sem-
 per illa coalescat, nam sicut ex vtra-
 que præmissa huius generis inter-
 dum illa constituitur, vt hæc om-
 ne bo-

Quid
 sit ratio
 Dialect.

3. Utilit.

4. Utilit.

1. Utilit.

2. Utilit.

ne bonum est amplectendum, sed labor est bonus, ergo labor est amplectendus: ita etiam ex altera sumptione probabili, & altera necessaria eadem constitui nonnunquam potest, ut videre est in hac alia. Omnis virtus debet vitiis anteponi: sed iustitia est virtus: iustitia ergo est vitiis anteponenda. Obseruandum autem erit, quod ut in demonstra-
 Obfer. potest conclusio ad propositum, immereuocari: sic etiam & in ratiocinatione dialectica id ipsum fieri licet, id namque Arist. I. lib. de demonstra. cap. 26. profitetur, ostendique potest ex eo: quia si quispiam doceat animos esse immortales, quia corporibus pereuntibus, ipsi non intereunt, ac eos non interire, quia vitæ superstites, ipsos defunctorum animos veneratur, venerari vero quia Maiorū sepulchra colunt, id quod sub ratiocinationem dialecticā cadebat, ad primas ratiocinationes reuocatum erit. Hæc rursus ratiocinatio non est adeo efficax sicut demonstratio, non enim scientiam conclusio gignit, sed opinionem, hoc est cognitionem quandam non admodum apertam, certam, & infallibilem & ita sicut proprietas est demonstrat, scientiam procreare, ita & ratiocinatio dialecticæ opinionem gignere. Cæterum quemadmodum ut demonstrat, scientiam efficiat requiritur ut animo comprehensa intelligatur esse demonstrat, Quia si habens de monstra, putet se habere tantum rationem probabilem non scientiā, sed opinionem acquiret. Ad eundem modum, ut ratiocinatio dialectica pariat opinionem, requiretur, ut qui illam habet animo comprehendam, ratiocinatio nō dialectica esse intelligat, nisi in animum inducat non esse ratiocinationem probabilem, sed leuissimam coniecturam, suspicionem tantum nascetur. Demum quod di-

citur ratiocinationem dialecticam, gignere opinionem, intelligendum est in animo eius, qui non habet scientiam illius conclusionis. Nam in habente scientiam nec opinionem gigni, nec aliquam nouam cognitionem (cum ob sistat sciētia quæ perfecta est, & dilucida cognitio) iam supra in Analyticis diximus, sed tantum confirmat aliquo modo, & inuat præcedentem scientiam.

Quid sit propositio & questio dialectica, & quotuplex cap. tertium.

Propositio dialectica est interrogatio probabilis. Primum dicitur interrogatio, quia a disputante cum interrogatione proponitur, dat enim obuiationem respondententi qui interrogat, ut concedat partem, quā maluerit. Huiusmodi tamen interrogatio debet esse probabilis, ut declarat pars altera, hoc est quæ non repugnet opinioni, vel omnium, vel complurium, vel sapientum: ac horum quidem, aut omnium, aut permultorum, aut eorum quorum est maxime perspecta sapientia. Id enim omne facile admitti solet, quod facile omnibus probatur, dum modo maximæ partis sententiis minime repugnet. Pertinent etiam ad propositum huius generis ea omnia, quæ ad probabilium similitudinem accedunt, & disparata eorum quæ probabilibus aduersantur, omnesque sententiæ quæ artibus inuentis congruunt, atque consentiunt.

Questio autem dialectica est interrogatio vtriusque partis contradictionis, quia proponitur disputanda in vtramque partem. Et ita questio à proposito dialecticæ.

Quid
propo.
Dialecticæ

Quid
Dialecticæ

Quid
questio

lectica ex eo solum differt, quia proposita actu vnicam tantum partem interrogat, quæstio vero de vtraque parte actu percontatur. Ex omni itaque que proponit, efficitur quæstio, si modum mutaueris. Diuiditur autem quæstio, dialectica duobus modis. Imprimis ex fine, in quæstio, cognitionis, actionis, & eam quæ asserti adiuuamentum vtrique: Quæstio cognitionis est cuius finis est sola cognitio, vt sintne tantum tria principia rerum naturalium, vel plura, aut pauciora, constetne eorum ex elementis an non. Quæstio actionis est cuius finis præter cognitionem est, consequutio, vel fuga, quales censentur omnes quæstio, morales, vt num liceat vindictæ causa, aliquem iniuria afficere, vel sitne voluntas boni, aliquod necne: Non enim tractantur hæc quæstio, vt sola earum cognitione contenti simus, sed eo potius vt quod bonum est amplectamur, quod autem malum fugiamus. Ad tertium genus pertinent omnes quæstio, logicæ, quæ neque tractantur præcipue vt eas sciamus, neque vt fugiamus, vel complectamur aliquid, sed vt instrumenta paremus, quibus in rerum veritate demonstranda, & his quæ agenda sunt peruestigandis vti possimus. Secundo diuiditur quæstio, dialectica ex materia, in quæstio, generis, diffinitionis, proprii, & accidentis. Quæstio generis est quando queritur an attributum sit genus subiecti, vt an qualitas sit genus lucis. Quæstio diffinitionis est, vbi queritur an attributum sit diffinitio subiecti, vt an virtus tribuens vnicuique quod suum est, sit diffinitio iustitiæ, vel non. Quæstio proprii est in qua scicitatur sitne attributum proprium subiecti, necne, vt an moueri a se sit proprie tas animalis necne? Quæstio accidentis effertur duobus modis, vno cũ

queritur an attributum sit accidens subiecti, vt an nigredo sit accidens corui necne? Alio modo quãdo simpliciter querimus an attributum subiecto conueniat, vt an animus sit immortalis necne: Nam omnis quæstio in qua queritur an hoc sit illud, etiam si id quod queritur essentiale fuerit, est quæstio accidentis, vt an homo sit corpus necne: Id quod expræssit, Arist. 6. lib. Topic. & in lib. 7. cap. vltimo, quia omnis cõsideratio, in qua tantum expectamus, an aliquid bene in sit aliqui quæstio, accidentis est, quia in esse in alio est accidentis peculiare. Ad quæstio, generis refertur quæstio differentiæ, speciei, & ea quæ queritur an aliqua sint eiusdem generis, vel diuersa. Ad quæstio, diffinitio, reuocatur ea, quæ sciscitatur an aliqua sint eadem, vel diuersa, vt an sensus, & scientia idem sint, vel differant potius inter se. Ad quæstio, demum accidentis reducitur, quæstio comparationis, vt an honestum sit præferendum vtili, vel vtili honesto.

Sed dices Arist. 2. lib. de demonstrat. recenset inter quæstio, an res sit & quid sit, quibus etiam potest & hæc alia adiungi, quotuplex (scilicet) res sit: atqui hæc neque sunt generis, neque speciei, neque proprii neque accidentis, quin etiam neque ad has reuocari possunt: plura igitur erunt quæstio, genera, quam quæ hic fuere assignata. Respon. huiusmodi quæstio, non esse dialecticas, de quibus nunc agimus. Quod si item obiicias, in logica tractari quæstio, hanc, an argumetatio sit recta, vel vitiosa, eamque non esse aliquam ex quatuor iam propositis: dicam huiusmodi quæstio, esse accidentis, accidit namque argumenta, rectam vel vitiosam esse. Hinc tamen oritur alia dubitatio, si enim hæc quæstio est accidentis, cur ea, quæ huic si-

milis

Diui.
quæstio.

Quid
propos.
Dialect.

Diui.
quæstio.

Quid
quæstio.

omnes

Obfer.

Obic&

Solutio

Dubi

Solutio

milis existit, num scilicet definitio sit accurata, vel vitiosa, non quæstio accidentis, sed quæstio potius definitæ appellanda erit. Respon. causâ esse quia huiusmodi quæstio spectat quodammodo ad explicandâ rem ipsam quæ definitur, quod ad quæstio definitæ reduci debet: At illa alia quæstio, sitne argumentatio recta, vel vitiosa, sub nullo alio genere quæstio continetur, ad quæstio itaq. accidentis, reuocatur.

Quid locus & quotuplex cap.
quartum.

Quid
locus.

Quatuor quæstio genera à dialectico disputantur rationibus probabilibus, ex quibusdam veluti fortibus communibus desumpta, qui appellantur loci. Vnde opus erit huiusmodi locos explicare. Prius tamen quid, & quotuplex sit locus videamus. Locus definitur à Cicero ne in Topicis sedes, seu domiciliu, hoc est receptaculum, & quasi testaurus vbi continentur argumenta. Ab Arist. in 2. lib. de arte Rhetorica cap. 22. definitur locus elementum enthymematis, hoc est principium vnde sumit vim enthymæ. Dici etiam potest communis quædam nota, cuius admonitu quid in quaque re probabile sit inuenitur, continet enim in se instrumeta omnia parandæ fidei apta, & nos ad id quod quærimus, inueniendum velut manu apprehensos, ducit. A quibusdam apte comparatur locus manibus ferreis, in biuiis, vel triuiis affixis, quæ, qua in itinere vertendum sit, nescienti demonstrant. Ludouicus Viues non inepte ait locos esse velut lemmata narthesiorum, apud vnguentarios, & Pharmacopelas, quibus illi admonentur, quid in vnoquoque sit narthesiorum.

Viues.

si, accapula, ne omnia, euoluere oporteat, cam vno aliquo, opus fuerit. Argumentum autem definitur ab eodem Cicero. Ratio rei dubiæ faciens fidem, quod vel est medium, vel pronuntiatum continens medium. Dicitur vero illud ratio quoad primu, quia non quidquid facit fidem, eo ipso quod hoc præstat, est argumentum, lachrimæ namque, & cicatrices fidem faciunt, illa mæroris, hæ vero vulnerum, cum tamen neutra sint argumenta. Dicitur deinde faciens fidem rei dubiæ, quia res certa, & quæ sub dubio non est, nullo indiget argumento. Puto vero argumen. dictum ab arguendo, eo quod arguat. hoc est demonstrat quod verum, quidue falsum sit.

Quid
sit argu
mentu,

Diuiditur autem imprimis locus a Boetio 2. lib. de differentiis Topicis, in maximam propositionem, & differentiam maximæ propositæ. Maxima propositio est communis quædam sententia, maxime nota, quæ vim præbet argumentationi, cuius exemplum hoc esse poterit. Cui conuenit definitio eidem etiam conuenit definitum. Exprimatur autem ille interdum in ratiocinatione tanquam pars, vt sit in hac ratiocinat. Cui conuenit definitio, conuenit etiam & res definita: sed conuenit homini definitio animalis, hoc est viuens sensus particeps, ergo & res definita, scilicet animal: interdum vero reticetur eadem in ratiocinat. cui tamen vim aliquam extrinsecus confert, vt cum ita argumetamur: omne viuens sentiens, est animal: omnis homo est viuens sentiens: omnis igitur homo est animal. Locus autem qui dicitur differentia maximæ propositæ, est vnde maximæ propositæ. distinguuntur, nam cum hæ duæ maximæ propositæ similes sint. Cui non conuenit definitio

Diuisio
locorum.Quid
sit dif

nitio

nitio, nec definitum, & cui non cōuenit genus, nec species, distinguuntur quidem, quia prima à loco diffinitur, secunda vero à loco generis desumitur. Huiusmodi loci, qui maximarum proposit. differen. dicuntur, sunt multo pauciores, quā maximæ proposit. Et hoc existimat Boetius interesse inter Topica Cicer. & Arist. quod Arist. eos explicet locos, qui sunt maximæ propositio-nes, Cicero vero eos, qui maximarum proposit. differentiæ dicuntur. Explicat nihilominus Arist. hos postremi generis locos, tum in 1. lib. Topico, tum etiam in 2. Rhetoricorum, qui soli erunt à nobis explicandi quod ex eis solis tota hæc

disputatio pendeat, quos non in epote in infitos, & in assumptos cum Cicerone in Topicis diuidem. Cū enim in qualibet quæst. proposita duæ partes inueniantur, subiectū vna, altera de cuius attributione quæritur, quæcunque ad talem quæstionē explicandam argumenta sumuntur, aut in eo ipso de quo agitur hærent, insitaq. proinde dicuntur, aut extrinsecus petuntur absunt enim, longequa re sunt diiuncta appellanturque assumpta, ac illa quidem potissimum sunt, natura, totum, & partes, & alia, assumpta vero quæ ab auctoritate, & ab aliis huius generis sunt depræpta.

SECTIO SECUNDA DE Locis infitis, vel internis.

DE LOCO A DIFFINITIONE:

Caput primum.

Inter loca insita primus sese nobis offert diffinitionis locus explicandus. Est autem diffinitio quæ alij finitionem, Quintilianus finē, nonnulli limitem appellant, oratio quæ rei naturam explicat ambitu quam breuissimo, vt Ciceroni in lib. de claris oratoribus ad Brutum Quinti. lib. 7. institut. cap. 4. D. Damas. cap. 14. suæ Logicæ & fere omnibus recentioribus video placuisse. Quæ certe eadem est cum ea, quam nobis scriptam reliquit Arist. 1. lib. Topico. cap. 4. in hunc modū. *Diffinitio est oratio explicans rei naturam & essentiam, & cū alia. proposita à Cicero in Topico. ad Trebatium & à Boetio in libello de diffinitionibus. Diffinitio est oratio quæ id quod diffinitur explicat quid sit.*

Quid sit diff.

Prima igitur pars nostræ diffinit. est, oratio, quæ intelligenda est de oratione imperfecta, de ea nimirū quæ nō generat perfectum sensum in animo audientis, qualis est ea quæ constat solis nominibus sine, verbo, vt animal particeps rationis est diffinitio hominis, in quæ sane oratione duo solum nomina absque ylo verbo comprehenduntur. Ad idem præterea aliam particulam quæ rei naturam explicat ambitu quam breuissimo, quæ indicat ad declarandas rei naturas, non esse vsurpandas longas orationes, vt esse solent Rhetorum, & Oratorum, sed breues, & concisas, quales esse debent Dialecticorum. Diuiditur diffinitio in diffinitione nominis, & rei. Nominis est quæ explicat eiusdem

Diuisio diffinit.

vim, & æthimologiam, vt amor sapientia est diffinitio Philosophiæ, nam hæc est huius nominis æthimologia. Rei triplex est, essentialis petita à causis, & accidentaria quæmadmodum omnes dialectici perscribunt. Essentialis est quæ constat genere & differentia, vt est hæc, animal particeps rationis, quæ traditur per animal & per particeps rationis, quorū primū est genus, alterū vero differentia hominis, petita à causis illa est, quæ traditur vel per aliqua genera causarum, qualis est diffinitio qua eundem hominem diffinimus, animal constans corpore, & animo, conditum à Deo, ad vitam æternam assequendam, quæ tradita est per quatuor genera causarum, nam corpus est materia, animā forma, Deus efficiens, beatitudo vero vltimus finis. Tandem diffinitio accidentaria est oratio explicans rei naturam, aut per genus, & proprietatem, aut per genus, & multorum accidentium collectionem. Per genus, & proprietatem, vt si hominem diffiniremus, animal capax disciplinæ, per genus vero, & multorum accidentium collectionem, vt si luciniam diffiniremus, auem minorem possere, ventre candido, & aliis partibus subcinericiis, voce que super modum canora: in qua auis, habet locum generis, reliquæ vero particule accidentia quædam indicant, quæ in lucinia colliguntur. Reliqua quæ de diffinitione & legibus illius tradi solent tanquam ob hoc instituto aliena prætermittimus, quæ à nobis 2. lib. institut. Dialect. cum aliis Dialect. luculentè satis fuerunt explicata. Qua igitur ratione ex hoc loco a diffinitione eruuntur argum. in hoc cap. de diffinitione rei explicabimus, id ipsum de altera nominis in c. sequenti explicaturi. A diffinitione igitur er

Qua ratione ex diffinitur arg.

uuntur argum. tam ad confirmandum, quam ad refellendum, ex vtriusq. tam subiecti quam attributi diffinitione. Imprimis ad confirmandum, vt si fuerit quæstio num sponsia sit animal necne: esse in hunc modum ex diffinit. attrib. ostendemus. Omnis substantia quæ est vitæ, & sensus particeps est animal: sed sponsia est substantia vitæ, & sensus particeps, ergo sponsia erit animal. Itē si sit quæstio, nū iustitia sit necessaria Reipub. esse necessariam ex diffinitione subiecti ita poterimus confirmare: Ea virtus que reddit vnicuique quod suū est, & ab iniuria vindicatur ciues, est reipub. necessaria: huiusmodi autē est iustitia, ergo erit illa necessaria. Deinde ad refellendum valet etiam hic locus: primo ex parte subiecti vt si sit quæstio, num, Necromantia deceat hominē Christianum: non decere, ex diffinitione subiecti ita colligimus. Ars quæ docet per inuocationes vmbra- rum, inferiorumque colloquia, atque dæmonum, futura prædicere non decet hominem christianum: at Necromantia est huiusmodi: igitur hominem christianum nequaquam illa decebit. Præterea. Ex parte attributi. ita argumentabimur si sit quæstio num paupertas sit vitium necne. Omne vitium est malum à recta ratione recedens: sed paupertas non est malum à recta ratione recedens, non igitur erit vitium. Maxima propositio quibus argum. quæ ex loco eruuntur innituntur sunt duæ, ad confirmandum, cui competit diffinitio cōperit quoque & diffinitum, ad refellendum vero, cui non competit diffinitio neque potest diffinitum vilo modo conuenire. Huc reuocatur locus a diffinito, ad diffinitionem, ex quo tam ad confirmandum, quam ad refellendum duci possunt argumēta,

Valet ad refellendum.

Locus a diffinitio

Locus a diffinitio

ta. Ad cõfirmadũ quidẽ vt si sit que
st. nũ morio (est autem cui nũ hũ in
est vsus rationis secundum actum)
sit animal particeps rationis, ex
hoc loco partem aieutem ita cõfir-
mamus. Morio est homo: sed om-
nis homo est animal particeps ratio-
nis: ergo morio erit animal parti-
ceps rationis. In qua argumen. ex
eo quod diffinitum dicitur de mo-
rione, colligimus, & diffinitionem
quoque de eo prædicari. Ad refellẽ-
dum eruetur argumentum, vt si
proposita fuerit quæst. sitne ele-
phas rationis particeps, eo quod
nonnulla ipsam cum ratione agere
videamus, non esse ita suadebimus
omne animal particeps rationis est
homo, sed nullus Elephas est ho-
mo, ergo nullus Elephas erit parti-
ceps rationis. Innotuit autem hic
locus, duabus maximis propositio-
nibus prima est de quocunque di-
citur diffinitum, dicitur & diffini-
tio Et secunda a quocunque nega-
tur diffinitum, & diffinitio quoque
est de neganda.

Locus
à disse-
sentia.

Huc etiam reuocatur locus a dif-
ferentia, quæ inter partes diffinitio-
nis, potissimum sibi vendicat locũ
valetque ad vtrumque tam ad con-
firmandum, quam ad refellẽdum,
ad confirmandum, vt recte colligi-
tur, est particeps rationis, ergo est
homo. Ad refellẽdum, vt non est
particeps rationis, igitur neque ho-
mo. Tum etiam est homo, ergo
particeps rationis esse poterit. Inno-
titur his maximis. De quo dicitur
differentia, de eodem, & species ab
ea procreata dicitur, & a quo nega-
tur differentia, & ab eo quoque &
species debet necessario denegari.

Scholia.

Magnus est vsus apud autho-
res huius loci, quamuk à de

ffinitione accidentaria frequentia,
rarius autem ab essentiali propter
latentes differentias (ut inquit Ro-
dolphus) eruuntur argumenta Innu-
mera sanẽ huius rei se poterant exẽ-
pla offerre. quæ quia peruia sunt,
uno, vel altero, contenti erimus. D.
Iacobus cap. 4. epistolæ sacræ in D. Iaco.
hũc modum vitam diffinit. Quæ est
inquit uita uestra Vapor ad modicũ
parens, & deinceps exterminabi-
tur. Et cap. 1. Linguam desciit sit esse
ut sit ignis, & uniuersitas iniquita-
tis D. Basilius, in oratione contra
Aurum, ex hoc loco argumentat
tur, ut probet illum esse merito frau-
datorem uocandum, qui quod sibi su-
perest in pauperes, non erogat. Et
in alia oratione ad diuites, eorum
excusationẽ prius proponens, quã
sit ipsa inanis, ex hoc loco ita collig-
git: At te ipsum pauperem esse di-
cis, & ego inquit assentior: pauper
enim est, cui multa de sunt ut multa
rum autem rerum indigeas, in satia-
bilis habendi cupiditas efficit. D.
Gregorius Nyssenus Basilius frater,
in exameron, explicans illa uerba.
Pacianus hominem ad imaginem,
& similitudinem nostram, cum rem
admirabilem hominem esse dixisset,
ut auditores excitaret ad gratias
Deo reddendas, sic hominem diffi-
nit. Homo est opus Dei, ratione
præditum, ad eius, a quo creatum est
imaginem factum.

D. Bas.

Quid
sit pau-
per.
D. Gre.

DE LOCO A NOMINIS

Etymologia cap. 2.

Secundum genus diffiniendi e-
rat ex nominis etymologia,

Xxx x & in

Locus
a defini.

& interpretatione petitur, valet autem illa tam ad confirmandum, quam ad refellendum. Ad confirmandum vt si sit questio, num philosophus colere debeat ac amare sapientiam, ita illa absoluetur. Philosophia est amor, & studium sapientiae, ergo Philosophus eiusdem sapientiae cultor debet esse, & amator. Et si sit questio num Christus Iesus debuerit suscipere peccatores, debuisse ita concludemus. Saluator mundi suscipere debuit peccatores, propter quos saluandos ipse e caelis descendit: sed Iesus saluatorem mundi significat, suscipere ergo ille debuit peccatores. Ad refellendum etiam eruntur argumenta, vt si proponatur questio num Philosophus debeat esse auarus, vel ambiciosus, non debere esse in hunc modum demonstrabimur. Verus amator sapientiae, non debet esse auarus, vel ambiciosus: sed Philosophus est amator sapientiae, ergo non debet ille esse auarus, vel ambiciosus. Rursus si queramus num debeat clericus ingerere se negotiis secularibus, non debere ex hoc loco ostendimus. Qui est in sorte domini segregatus, non debet ingerere se negotiis secularibus: sed clericus significat illum qui est in sorte domini segregatus, ergo non debet se ingerere negotiis secularibus. Maxima huius loci sunt. Quod conuenit interpretationi nominis, conuenit nomini, & quod non conuenit eidem, neque nomini potest conuenire. Praeterea quod conuenit nomini, conuenit interpretationi ipsius, & quod illi non conuenit, neque interpretationi potest conuenire. Sunt tamen in hoc loco duo obseruanda, vt ex illo possit duci efficax argum. Vnum est, vt nominis interpretatio cum ipso nomine mutuo comitetur & recipietur, ita

vt vim definitioois quærat obtinere, non enim valet, lædit pedem, ergo est lapis, quamuis a lædendo pedem lapis dicatur, quoniam hæc interpretatio, cum nomine lapidis minime recipitur. Alterum est, vt sit vera interpretatio, & non ficta, vel falsa, & quæ rei, ad quam significandam est nomen impositum, adaptari quærat, ac conuenire, qui enim nomina rebus indiderunt, diligenter prius earum naturas scrutati fuerunt, & deinde vnicuique tale nomen accommodarunt, quale rei natura exigere videbatur.

Scholia.

Etymologia si latine loqui uolumus, ueri loquimur dici potest quasi uerus sit sermo, uel uera locutio: Cicero in Topicis notationem appellare in lauit, quasi sint nomina rerum nota. Erit igitur Etymologia uerbi notatio, interpretatio, nominis diffinitio, (et iuxta Cesarè Scaligeram lib. 3. Poëtices cap. 90.) uocis ratio, hoc est uis, qua uox à uoce generatur, ut Grammatica scientia est literaria, à Grammaticis. id est literis: dialectica scientia est disputandi, à Dialecome quod est disputatio: Rhetorica ars est eloquendi. Philosophus qui amat sapientiam, & Theologus qui loquitur de Deo. Neque fides in hac re est habenda Rodolpho, qui Etymologiam instituit esse locum negauit: licet enim nomina non à natura, sed ab hominibus sint imposita rebus: tamen cum non temere fuerint indita sed pro natura rerum, sit ut cum ipso nomine

Quid
etymo.

Reprehendit
Rodol.

Obser-
ua.

rei

rei naturæ explicetur, ut Ouidius te-
stat hoc uersu.

Cōueniūt rebus, nomina queq; suis.

Proindeque inter loca iuxta de-
buit merito hic locus numerari. Vti-
tur frequēter Cicero huiusmodi loco:
ex hoc enim Verrem à uerrenda Si-
cilia dictum esse colligit: & Bamba-
lionem M. Antonii socerum a balbu-
tiendo nominatum deridet, ac .8.
Philip. quantam uim habeat tumul-
tus, ex nominis colligit Etymolo-
gia, nam est timor multus, qui sane
maximam uim habet, & potestatem;
huius rei extat per elegans, ac uen-
ustum exēplum de Earino apud Mar-
tialem lib. 9. ex illo carmine. Nomē
cum uiolis rossi que natum, usque ad
hoc alterum, qui musas collimus se-
uiores, quod hoc loco prætermi-
tere libuit, quia omnibus potest esse
illius facilis copia. Hac eadem ra-
tione in sacris literis legimus de
Christo Domino, uocatū esse Ihesū
ex nominis Etymologia: quia ipse
saluum fecit a criminibus totum
genus humanum. D. Hieronimus
in epistola ad Heliodorum hoc ar-
gumento, sic est usus: interpreta-
re inquit nomen monachi, hoc est
nomen tuum, qui facis in turba qui
solus es? alia multa breuitatis causa
præmittimus.

DE LOCO AGENERE cap. tertium.

Est etiā inter locos insitos locus
à Genere nūerandus. Vbi nōine
generis non solum uerum genus
(quale fuit à Porphyrio diffinitū)

intelligere debemus, sed omne il-
lud quod fuerit commune, siue fue-
rit commune uniuocum siue ana-
logū & trāscēdens, qualia sūt illa at-
tributa cōmunia, & generalia, ens,
uñum, uerum, bonum, siue fuerit
species infima: quemadmodum &
nomine speciei non ueram tantum
speciem, de qua egit idem Porphy.
sed omne illud quod sub alio conti-
netur (quamuis sit indiuiduum) in-
telligere quoque debemus. Cōfert
hic locus ad utrumque, tam ad con-
firmandum, quam ad refellendum,
ad confirmandum, si genus suma-
tur uniuerse, recte enim sequitur:
omnis doctrina, & disciplina (quæ
genus est Philoso.) studio, & indu-
stria comparatur, ergo Philoso. quæ
illius est species, industria quoque,
& studio comparabitur, si tamen
non uniuerse, sed indiffinitè genus
vsurpetur, non erit efficax argumē-
tandi ratio ad confirmandum, ne-
que enim recte sequitur, uirtus est,
ergo iustitia est, nisi diuisim, aut
sub disiunctione argumentemur,
nam tunc temporis recte ualebit à
genere ita sumpto, ad aliquam ex e-
ius formis, & speciebus, recte enim
sequitur, animal est, ergo homo,
uel Brutum est. Valeat etiam hic lo-
cus ad refellendum, in propositio-
nibus secundi adiacentis, etiam si
indiffinitè sumatur, nam recte se-
quitur, uirtus non est, ergo sapiētia
non est. In aliis uero tertij adiacē-
tis si illud indiffinitè vsurpetur nō
ualebit, neque enim recte colligi-
tur, animal non ambulat, ergo ne-
que homo: fieri enim potest ut e-
quus, qui est animal, non ambulet,
homine ambulante. quod si nota
uniuersa ei fuerit addita, recta erit
argumentandi ratio, recte enim se-
quitur, nullum animal mouetur,
uel nullum animal est lapis, ergo
nullus homo mouetur, uel nu-

Valeat
hic locus
ad utrum-
que.

Quid
etymo,

Repre-
hendit.
Rodol.

Maxim. nullus homo est lapis. Propositiones maximæ sunt ad confirmandū quod vniuerse conuenit in genus, conuenit etiam in species vniuerse, & cui conuenit genus, eidem aliqua species cōueniet. Ad refellēdū, sublatō genere tollūtur species, & quod vniuerse repugnat generi, repugnat & formis. Huc etiam spectat locus ab specie.

Locus ab spe.

Ad refellendum non valet si vna tantum summatur species, tamen si summantur omnes simul possumus ablati omnibus, & genus tollere, non enim sequitur Geometriam non didiscit, ergo nullā scientiam nouit, at optime sequitur, neque Logicas scientias, neque naturales neque morales, neque mathematicas, neque diuinas didiscit, ergo nullas scientias didiscit, item neque emptionem, neque permutationem, neque prima occupationem, neque hereditatis iure fundum possidet, nullo ergo iure possidet. Maxime ad confirmandum: posita specie ponitur & genus, & quod conuenit speciei aliquo modo cōuenit in genus. Ad refellendum vero sublatis omnibus formis tollitur genus, & quod repugnat formis simul sumptis repugnat generi.

DE LOCO A CONIUNGATIS cap. quartum.

Quæ cōiugata. Sequitur locus a coniungatis. Cōiugata autē diffiniuntur a Cicerone, quæ constant ex verbis eiusdem generis, sunt autē hæc quæ ab vno orta varie commutantur, hoc est formæ, paronyma, & aduerbia ab his deriuata, vt iustitia, iu-

stus, & iuste, nam a forma ducitur paronymum, & aduerbium, sed differunt terminatione. Appellatur autem coniugata, quod omnia continentur sub eodem iugo, hoc est sub eodem genere. Valet hic locus ad vtrumque vt iustitia in rebus est laude dignis, ergo iuste factū laudandum, & iustus ipse laudandus: res sapientes non gerit, non igitur est existimandus sapiens. Maxima propositio, quod vni coniugatorū inest, vel repugnat, hoc similiter & alteri. Est tamen obseruandum in hoc loco, vt accipiantur coniugata in ea significatione, qua sunt coniugata: nam si secus fiat, erit fallax argumentatio, vt si quis ita argumentetur. Homines sumus: igitur humana tantum curare debemus, si per humana intelligantur tantū caduca, & peritura, humanū enim non est coniugatum hominis in hac significatione, sed in ea, qua significat id quod hominem decet.

Eludit hunc locum Quintilianus quod argumentum notius esse oporteat ipsa quæstione, coniugata vero, æque nota sint, vel ignota. Cui occurremus non semper verū esse, quod assumit, nam licet formæ sint sapientibus notæ, tamen denominatione communiter notiora sūt illis, passimque euenit, vt quis facilius quid sapienter factum sit intellegat, quam quid sit ipsa sapientia, & licet demus esse æque nota, adhuc non sequitur hunc locum inutile esse, quia relata æque nota sunt, & ex vno ad aliud recte argumentamur.

Scholia.

Probe noui à Bortio, Themistio & Louanien. hunc locum non numer.

Valetio
cus ad
vtrum.

Obser

Ter

D.P.

Ter

In

tent

Cico

Obier

Solut.

numerari inter ista, secutus tamē
sum in hac parte Rodolphum ipsum
numerantem: utuntur autem illo in-

D. Paul. iterdum probati authores D. Paulus

1. Chorint. 15. ita argumētatur: Pri-
mus homo de terra terrenus. Secun-
dus de cœlo cœlestis, igitur sicut por-
tauimus imaginem terreni, porte-

Terent. mus imaginem cœlestis. Terent. Ho-

mo sum, humani a me nihil alienum

In Au-
tentim. puto. Cicero 4. Philippica: Nam cō-

cordiam ciuium qui habere potest,

Cicero. nullam qui habeat ciuitatem? actio-

neq̄. Que cum cognouisset nouus i-

ste Astrologus, qui non tam rationē

cœli, quam cœlati argenti duceret.

Et de Clodianis iudicijs lib. 1. ad

Atti. Tribuni (inquit) non tam e-

rarii, ut appellentur, quam arati.

Est etiam frequens apud Poetas, Pro-

pertiu. lib. 2.

Libertas quoniam nulli iam restat

amanti.

Nullus liber erit, si quis amare uellit.

Et Ouidius lib. 2. de arte.

Aurea sunt uere nunc secula, pluri-

mus auro.

Venit honos, auro conciliatur amor

Inuenalis Satyra 6. ostiaua

Summum crede nefas, animā præ-

ferre pudori.

Et propter uitam, uiuendi perdere

causas.

Et ne diffusius quā par est orationē

protrahamus, multa alia quæ se po-

terāt offerre, in hoc loco prætermi-

timus quæ apud alios legi poterūt.

DE LOCO A PARTI-
bus ad totum et contra ca-
put quintum.

Partes sunt, in quadruplici diffe-

rentia, quædam sunt essentielles,

vt genus & differentia, & totum

quod ex his conflatur, est species,

de quibus iam diximus, cum locū

à genere, ab specie, & differentia ex-

plicaremus. Quædam sunt naturæ,

vt materia, & forma, & totū, quod

ex his coalescit, est res naturalis, de

quibus postea agendum erit cum

locum à causa explicabimus: quæ-

dam quæ vulgo substantiæ dicun-

tur, vt inferiora, & tantum est vni-

uersale cui subiiciuntur, de quibus

antea est actum, cum locum à gene-

re & specie tractaremus: quædam

sunt integrantes, hoc est, quæ tri-

buunt rei, vt sit, & dicatur integra,

& totum, est res, quæ ex illis con-

stat, de quibus nunc agimus. Sed

intelligendum est duplices esse hu-

iusmodi partes integrantes, alias si-

miles, quæ habent totius nomen,

& naturam vt partes aquæ, partes

ligni, & alias dissimiles, quæ non

habent idem nomen totius, vt in

animali, caput, & brachium. Rur-

sus hæ partes dissimiles sunt dupli-

ces, aliæ principales, & necessariæ,

sine quibus totum constare nō po-

test, vt in homine caput, cerebrum

cor, nam sine aliqua harum non po-

test viuere. Aliæ non sunt omnino

necessariæ, sed commoditati tantū

sunt, vel ornamento, vt in eodem

homine manus, pedes, & aures, po-

test enim esse homo sine manibus,

& sine auribus. Idoneus autem est

hic locus, & ad probandum, & ad re-

pellendum. Ad probandum vno

modo, cum ex omnibus partibus

colligimus totum esse: vt fundamē-

ta, parietes, & tecta sunt, ergo domus

est. Altero modo vt cum colligim⁹

aliquid toti inhære quia singulis

partibus inheret ut cœlestia mo-

uentur, elementa, & mixta, ergo to-

tum vniuersum mouetur. Contra

Quotge
ne. par-
tium.

Obser.

Quarta
tilitas

Valet
ad refel-
lendū.

etiam ex toto colligimus partes sal-
tim necessarias. Maxima propositio-
nes sunt. Positis partibus ponitur
totum, & quod conuenit omnibus
partibus simul sumptis, conuenit
toti. Ad refellendam duobus mo-
dis. Primum cum aut ex omnibus
partibus sublatis, aut ablata vna
parte necessaria, tollimus totum,
vt non nouit rationem diffiniendi
diuidendi argumentandi, & metho-
di, ergo non nouit logicam: non ha-
bet caput, ergo non est homo. Dein
de cum ex omnibus partibus ali-
quid remouemus à toto, vt neque
que Ethica, versatur in contempla-
tione, neque Aeconomica, neque
Polytica, ergo Philosophia morum
nō est contemplatio. Propositiones
maxime. Sublatis partibus aufertur
totū. Et ablata vna parte necessaria
tollicur totū: Et quæcūque remo-
uentur ab omnibus partibus remo-
uentur etiam à toto. Demum à to-
to ad partes non valet omnino ar-
gumentum ad refellendum, nam
potest esse fundamentum sine do-
mo, vnde non valebit non est do-
mus, ergo non est fundamentum.

Scholia.

Haud medioerem pariet utilita-
tem locus hic iis qui in eo se
exercuerint, cum uidelicet conside-
rantes, quæ, & quanta ad in:egritate
tem uniuscuiusque rei pertineant,
ex eorum consideratione de re ipsa
quæ ex illis integratur iudicamus,
aut è conuerso de partibus ex ipso
toto iudicium ferimus. Ex illo colli-
git Seueri Boet. res humanas prou-
dentia regi. Mundus (inquit) qui to-
tum quoddam est, prouidentia regi-

tur, ergo & res humane cum sint il-
lius partes prouidentia gubernabū-
tur. Et idem ex consideratione om-
nium partium, ostendit Medicinam
esse utilem. Morbos depellere, salu-
tem seruare, mederi que uulneribus,
utile est, ergo & medicina (quæ ex
his tanquam ex partibus constat)
utilis erit. Cicero pro Milone ex hoc
loco ita argumentatur. Ordo Sena-
torius de Milone optime sentit, itē
ordo equester, tum ipsa quoq; plebs
Romana tota igitur ciuitas de Mi-
loue optime sentit: in qua argumen-
tatione ex singulis partibus ciuita-
tis, totam ipsam de Milone recte sē-
tire colligit Eadem ratione osten-
dere possumus utilitatem hominis
(qui est quoddam totum) ex conside-
ratione partium singularum. Quid
quæso homine uilius secundum cor-
pus? Quid capitis uertex, nisi testa
quædam fictilis? Quid cerebrum in-
tus recōditum, nisi lac quoddam coa-
gulatum? Quid oculi, nisi congela-
tus humor? Quid nares nisi meatus
immunde putredinis? Qui aures,
& ipsæ suas profundentes sordes?
Quid denique uenter, & intestina
omnia denique totus ipse homo, ni-
si uas quoddam iucile saccus stercor-
raceus sordibus, & fetore plenis-
simus? Si igitur hæc omnia uilia sunt,
& homo etiam secundum cor-
pus) cum ex his constet
uilius erit. Legendæ sunt
plura apud Titel.

& Loua-
men.

DE LOCO A FORMA
caput sextum.Quid
causa
& effec.Diuisio
causæ, &
quid sit
forma.Adquid
valeat
hic lo-
cus.

DEINDE sequuntur duo loci inter se coniuncti, causarum, & effectum, qui propterea dicuntur à Rodolpho cognati, vnde simul erunt explicandi. Causa est cuius vi, & interuentu sit aliquid, vt morbus est causa interitus. Effectus, est qui ex causa aliqua oritur, vt febris ex intereptione. Causa autem ex Arist. est quadruplex, forma, materia, efficiens, & finis. Forma est, quæ rei tribuit, vt talis sit, quæ vel est artificialis, vel naturalis, & hæc, vel essentialis, vel accidentaria, aqua res formosæ, & veniunt dicuntur: ex quibus omnibus ducitur duplex argumentandi ratio. Prima, cum ex ipsa forma colligimus rem esse, aut non esse. Valet enim imprimis ad refellendum, vt non conitatur animo sentiēte, igitur non est animal: defuit legitima, & consensu inita societas, ergo non est matrimonium. Ad confirmandum vero non valet nisi in his formis, quæ non possunt à materia separari, vt est anima sentiens, ergo est animal, non autem sequitur est anima particeps rationis, ergo est homo: quia potest hæc anima existeri sine materia. Maxima, pro pos. est: Sublata forma tollitur res cuius est forma, & posita forma (quæ non potest à materia separari) ponitur & cuius est forma. Secunda ratio argumentandi est cum ex forma colligimus aliquid ipsi rei conuenire, aut non conuenire, vt homo est animal constans anima rationis particeps, ergo est capax disciplinæ. Dedalus alatus non fuit, igitur subuolare non potuit. Maxima propositio. Cui inest, aut repugnat forma, illi insunt, aut repugnant quæ consequuntur formam: primo in sunt attributa essentia, deinde esse actu, tertio propria

tes, & accidentia. Vt inur etiam hoc loco cum de rerum præstantia agimus. Cum enim forma sit perfectio rei, necesse est cuius est præstantior forma, illam rem esse præstantiorē, intelligitur autem præstantia formæ ex functionibus & muneribus eius. Ab effectibus ducitur firmum argumentum ad confirmandum causam esse, vt est animal, ergo & anima sentiens. Ad refellendum vero causam non valet, nisi in his formis, quæ non possunt à materia separari: neque enim valet non est homo, ergo non est anima, quia intereptione Petro, non est homo, & remanet anima, quæ est illius forma.

Locus
ab effe-
ctu ad
causam,

Scholia.

DE BERNAR. ex forma humana, quæ est à Deo maximus dotata muneribus, hominem ab illecebris carnis, illiusque actionibus turbulentis auocare nititur in hunc modum: O anima insignita Dei imagine decorata eius similitudine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, deputata cum angelis, capax beatitudinis, quid tibi cum carne? Laudantur ex hoc loco, & utuperantur omnia, maxime si formam pro specie, & decore usurpemus: nam si aliquis huiusmodi forma caruerit, illum utuperamus tanquam hebetem, stolidum, nullisque uirtutibus excultum ut Homerus utuperauit ex turpi facie Therstæ, quæ tanta erat, ut ueteri prouerbio fuerit decantatum, Therstæ facies. E contra uero ex specie, & decora facie, laudamus aliquem, tamquam generosum, acutum, & animum uir-

In me-
ditatio.

tutibus excultum gerentem, Ita Euripides Priamum ex uenustate oris, ut imperatoria maiestate fulgeret, dignum esse iudicauit. Species (inquit) Priami, digna est imperio. Sic etiam Virgilius Aeneam ex forma laudat hisce uersibus.

Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit.

Os, humerosque Deo similes, namque ipse decoram.

Casariam nato genitrix, lumenque iuuentæ.

Purpureum, & latos oculis afflatat honores.

Ex hoc eodem loco adulterium in formosa credibilius esse, quam in deformi docemus: Homerum quæ in Omphale amorè exarsisse, à Paride Helenam, Briseidemque; ab Achille adamatam, Davidem adulterium commissæ cum Bersabe, & à Tarquino Lucretiæ pudicitiam uiolatam: nam ut canebat Naso.

Non honor est, nec onus, species læsuræ ferentes.

Lis est cum forma, magna pudicitia.

Hinc etiam suademus urbem, aut arcem aliquam, facile expugnari posse, quod formam obtineat facile ad expugnandum. Petuntur etiam ex hoc loco descriptiones regionum, urbium, castrorum, ædificiorum, quæ potissimum ex forma, & quodam artificio sita ducuntur.

DE LOCO A MATERIA
caput septimum.

Quid & quo. **S**ecunda causa est materia. Quæ triplex est, yna est materia ex

qua, ut in rebus naturalibus pars illa in quam inducitur forma substantialis, & in rebus arte factis, id ex quo opus fabricatur, altera materia est in qua, cuiusmodi est subiectum in accidentibus, tertia materia circa quam, quæ in habitibus, & facultatibus cernitur, nam in his res obiectæ, materiæ nomine insiguntur. In primo igitur genere materiæ, est duplex argumentandi ratio, quemadmodum in forma. Vna est cum ex materia colligimus aliquid esse, aut non esse, qui modus non tantum valet ad restellendum quod aliqui existimant, ut non habet lapides, nec ligna, ergo non est domus, sed etiam ad confirmandum hac ratione, Nubes apparent, igitur velis parari potest. Secunda ratio argumentandi cum ex materia colligimus ipsi rei aliquid conuenire, aut non conuenire, quæ item tam valet ad confirmandum, quam ad restellendum, ut vellem, vel calceum fore magis, vel minus diuturnum propter qualitatem materiæ, animal esse corruptibile, quod constat ex contrariis, & rem quamvis posse interire si constet materia subiecta variis transmutationibus. Huc etiam pertinent omnes argumentationes, quæ ducuntur ex rerum temperie, vel mutatione, quibus frequenter vitur Medici, cum disputant de viribus, siue de facultatibus alimentorum, & medicamentorum: Maxima propositio est Materia posita, consequi effectus potest, sed ea sublata necessario tollitur materiæ permanentis effectus, nam si materia fuerit transiens, & fuerit remota per tempus præteritum remoueri quoque debet effectus, ut farina non fuit, igitur panis non est: materia permanentis vocatur, quæ in priorem materiam reduci potest, ut lapides, ligna & calx, e quibus domus constituitur.

euplex mater.

1. Ratio argum.

2. Ratio argum.

Quæ mate. perma. & quæ tranli.

tur. Transiens, seu mutabilis, quæ in primam redire non potest, vt cū panis sit ex farina aqua permixta, ut ex melle & vino, mulsam, hæc enim in priorem materiam redire nequeunt. Huc etiam & aliæ maximæ spectant. Similiter etiam ex esse etiam possumus colligere causam materialem, ex qua aliquid coalescit, suntque maxime propositiones ferre eadem.

Qua ratione ex materia in qua ducan. argum.

Ex materia in qua ducuntur argumenta, & vt docemus aliquid in esse accidentibus, & interdum etiã vt doceamus aliquid inesse debere subiecto: priori modo, vel cum separamus accidentia, sumpto argumento ex re subiecta, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis, vel cum præstantiam accidentium colligimus, ex præstantia rerum subiectarum, nam probabile est illa accidentia esse præstantiora, quæ in sunt præstantiori subiecto: vel cum ex natura subiecti concludimus naturam accidentium, vt illius principij: quid quid in alio recipitur tale esse oportet, quale illud in quo recipitur, si enim subiectum est spirituale, accidens est spirituale, si subiectum corporeum, accidens quoque erit corporeum. Posteriori vero modo cum ex subiecto iudicamus quid illi inesse oporteat, ita enim Arist. in 2. de celo concludit cælum debere esse rotundum, quod nobilissima figura nobilissimo corpori debeatur.

Qua ratione ex materia circa quam ducan. argum.

Ex materia circa quam argumenta ducimus cum de habitibus, & facultatibus loquimur, est que ad vtrumque aptus hic locus, ad confirmandum scilicet, & ad resellendum: habetque multiplicem vsus iuxta varios modos, quibus obiectum dicitur, esse mentis facultatis, & item habitus, vt visus versatur circa colores, & auditus

circa sonos, ergo sunt distinctæ facultates: argumentatio est necessaria, omnibus disciplinis, ergo logica, quæ versatur in argumentatione erit omnibus disciplinis necessaria.

Scholia.

Ad laudandam rem aliquam, vel vituperandam plurimum ualet locus hic à materia: nam ex illo colligimus inter virtutes, & scientias unam esse altera nobiliorem, quia in materia nobiliori uersatur, unde docebat Arist. scientiam de anima nobiliorem esse omnibus partibus Philosophiæ, quia uersatur in materia (anima nimirum) omnium præstantissima, & Theologiam ex eadē materia alijs præferimus, quia uersatur in Deo omnium nobilissima, & infinita materia. Ex hoc loco Christus Dominus Lucæ. 10. uitã contemplatiuam meliorem esse actiua docebat, quia contemplatiua uni soli Deo (in cuius cognitione mire fruitur, & delectatur) inheret, at actiua in rebus humanis uersatur, soli citaque est, & turbatur erga plurima. Præterea ex eiusdem materiae contemplatione, suadere possumus humilitatem, & animi demissionem, sic Abraham coram Deo se demittens Gen. 18. aiebat: Quia semel cepi, loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis. Hoc eodem argumento sacre literæ Deum inducunt ad misericordiam ex uilitate scilicet nostræ materiæ Psalm. 102. Recordatus est quoniã puluis sumus: & Iob 10. Memento

Basil.

mento queso quod sicut lutum fece-
risine, & Esaias cap. 64. & nunc Do-
mine pater noster es tu, nos uero lu-
tum, & factor noster es tu, & opera
manuum tuarum omnes nos, ut iras
caris domine satis, & ne ultra memi-
neris iniquitatis nostrae. D. Basilius
elegantem utitur hoc loco in oratio-
ne: attende tibi ipsi. Exultas ob diui-
tias, & ob maiorum tuorum nobili-
tatem te iactas? & propter patriam
& pulchritudinem corporis? atten-
de tibi ipsi quod mortalis es, quod
terra es, & in terram reuertere. Cō-
ducit etiam ad commendationem o-
perum hæc eadem materia conside-
ratio. sic enim Ouidius 2. Metamor-
phos. ex materia simul & forma re-
giam solis, & currum describit, &
Politianus de septem orbis miracu-
lis idem præstat Virgii lib. 1. Aenei,
dos laudat dona Didoni oblata, &
cōuiuium Aeneæ apparatus ex ea-
dem materia amplificat, quale & à
Cleopatra instructum Iulio Cesari
descripsit Lucanus. Pharsal. 7.

DE LOCO AFINI
caput octauum.

Rodol.

Tertia causa est finis, hoc est eu-
ius gratia cætera fiunt, ut uale-
tudo est finis deambulationis post
cænam. effectus huius causæ non
sunt ea, quæ oriuntur ex causa, sed
quæ referuntur ad finem comparā-
dum, unde à Rodolpho aptiore vo-
cabulo appellantur destinata. Ex
hac causa non licet trahere primam
illam rationem argumentandi, qua
ex causa probamus aliquid esse, aut
non esse, sed tantum secundam, qua

ex fine probamus aliquid ipsi rei
conuenire, aut non conuenire, quia
ex fine ea, quæ ad ipsum referuntur
bona, uel mala dicuntur, uel utilia,
aut inutilia, magna, aut parua, unde
propositio maxima communis
omnibus argumentis est: Qualis est
finis, talia quæ referuntur ad finem,
ualetque hic locus tam ad confir-
mandum, quam ad refellendum,
ut benedicere ad persuadendum ho-
nestum est, & utile, ergo Rhetorica
honestata est, & utilis. Interficere quæ
piam impium est, & malum, ergo
pecuniam dare, aut accipere ad in-
terficiendum, malum erit: Magna
uerberit est opugnanda, ergo magnus
ferendus exercitus: multas literas
didiscit, multa igitur tulit, sudauit
& alit. Vt uti est etiam hic locus ad
ad collocandum discrimen inter ha-
bitus, & facultates, quia habitus, &
facultates proximo fine differentes
necesse est inter se differant. Ad in-
telligendam etiam præstantiam ha-
bituum, & facultatum plurimum ualet,
quia habitus, & facultates sunt præ-
stantiores, quibus propositus est fi-
nis præstantior, ac ut vno verbo
dicam, hic locus licet in omnibus re-
bus uisitatus sit: potissimum tamē
rebus moralibus, hoc est habitibus
effectibus, functionibus, & facultatibus
deseruit.

Scholia.

EX hoc loco frequenter in sa-
cris literis ducuntur argumen-
ta. Math. 9. aduersus Phariseos Chry-
stus Dominus se excusans quod cum
peccatoribus manducaret, eosque be-
nigne susciperet, hoc se esse facien-
dum ex se et colligit, non uenire inuocare
iustos sed peccatores ad penitentiam.

Et

Quarta
fione va-
leat ad
confir-
& refel.

Apo

Cic

Prop
diui
caus
effic

Et cap. 19. ex sine concludit seruan-
da esse mandata. Si vis ad vitam in-
gredi serua mandata. Luc. 24. ex
sine sedebuisse acerbissimam per-
ferre passionem docet: nonne (in-
quit discipulis in castellum Emaus
proficiscentibus) oportuit Chry-
stum pati, & ita intrare in gloriam
sua? Apost. ad Roma 6. ex conside-
ratione boni, & mali finis, qua ra-
tione sint fugienda peccata, & am-
plectende uirtutes, in hunc modum
ostendit. *Quem fructum habuistis
tunc in illis, in quibus modo erubesci-
citis? Nam finis illorum mors est.
Nunc uero liberati à peccato serui
autem facti Deo, habetis fructum in
sanctificationem, finem uero uitam
eternam. Stipendia enim peccati
mors gratia autem Dei uita eterna.*
Hinc Cicero suasisit Bellum Mitri-
ticum suscipiendum esse, propter
gloriam nominis Romani, salutem
socatorum, uectigalis, & bona multo-
rum ciuium: & pro Milone probat,
Clodio finem fuisse propositum occi-
dendi Milonem. Miloni uero nullum
occidendi Clodium.

DE LOCO AB EFFICIENTE
caput nonum.

Propo. diuisio. cause efficiet.
Postrema causa est efficiens, quæ
quia multiplex est, prius erit di-
stinguenda, quam explicanda. Est
ergo prima huius cause diuisio, ef-
ficiens causa, alia est quæ sequitur
necessitatem in agendo: alia dele-
cti. Illa sequitur necessitatem, quæ
non habet cognitionem, nec volun-
tatem in agendo, ut sol, ignis, her-
ba, gemma. Atque harum quædam

naturæ conatu agunt, quædam ex-
terna vi, naturæ conatu, quarum
in ipsis agendi principium est, nul-
lo externo adiuuante, ut ignis ur-
rit, natua caloris vi Externo impe-
tu agunt ea, quibus ab alio vis agē-
di est impressa, ut aqua feruens ca-
lescit manum, non sua, sed ignis
vi, à quo calorem accipit: sic tormē-
ta bellica alieno impulsu, lapides,
aut globos æneos iaculari solent. Il-
la sequitur delectum, quæ agit cum
cognitione, & libera electione, ut
Deus, angeli, & homines. Inter has
causas hoc interest, quod illa, quæ
agit necessitate, tantum opus habet
ut possit, & habeat materiam in
quam agat: quæ uero agit cum dele-
ctu, opus habet præterea, ut velit,
unde cum est controuersia de ali-
quo facto, non tantum debet actor
docere eum, qui accusatur potuisse
sed etiam uoluisse, & inepte quidā
ueteres philosophi colligunt mūdū
fuisse ab æterno, quod illum Deus
ab æterno potuerit producere, nā
& si potuerit, noluit tamen nisi in
tempore procreare. Secunda diuisio:
causa efficiens iterum est duplex, a-
lia quæ sola efficit effectum, qua ra-
tione sol est causa diei: non enim
potest dies ab alia causa effici, quā
à sole: alia est causa, quæ non sola
efficit effectum, sed alia quoque re-
peritur eiusdem effectus, ut ignis
est causa caloris, non solus, nam ef-
ficatur quoq. à sole, & à motu Mus-
tem, muris, hoc modo est causa,
quia ex putri materia medio cæli
inflatu, mures generantur. Tertia
diuisio: cause efficiens, alia prin-
cipes, & imperantes, alia obsequen-
tes, & ministræ: Rursus hæc mini-
stræ duplices, alia, quæ sua ui, & fa-
cultate efficiunt, alia quæ sua ui nō
efficiunt, sed eiusmodi sunt sine
quibus res non efficeretur, quæ om-
nes reperiuntur in domo ædifican-
da;

2. Diui.

3. Diui.

Quarta
fioneua
leat ad
confir.
& refel.

Cicero.

Math.

da: architectus enim est causa impetrans, qui scindunt ligna parant lapides, ac qui disponunt, sunt causæ administræ, quæ sua vi efficiunt aliquid. Instrumenta vero sunt causæ adiuuantes, quæ per se nihil efficiunt, nisi moueantur ab aliis. Quarta & postrema diuisio. Causa efficiens alia est, quæ rem efficit, & cõseruat, qua sublata protinus tollitur effectus, vt sol est causa diei: alia est, quæ rem efficit non autem cõseruat, et remota ipsa non remouentur effectus, vt architectus est causa domus.

4. Diui.

Qua ratione ex hoc loco tractantur argum.

1. Præc.

2. Præc.

1. Præc.

Trabuntur igitur hinc duæ illæ rationes argumentandi, prima cum ex causa colligimus aliquid esse, aut non esse, quæ explicatur duobus præceptis. Primum: si causa agit necessitate, atque est sola, & cõseruat: ex causa licet confirmare, & refellere effectum, vt sol est in nostro emispherio, ergo dies est: non est sol, ergo non est dies. Secundum præceptum, si causa agit necessitate, non tamen est sola ipsius effectus, licet tantum ex causa confirmare effectum, non tamen refellere, & ex effectum refellere causam, non tamen confirmare: vt ignis est, ergo calor est, non tamen sequitur, non est ignis, ergo non est calor, & contra: nõ est calor, ergo non est ignis, non tamen, est calor, ergo est ignis. Secunda ratio argumentandi est, cum ex causa colligimus aliquid ipsi rei cõuenire, aut non cõuenire, quæ explicatur tribus præceptis. Primum si causa bona est, effectus bonus, & si causa mala, effectus malus erit, vt Deus bonus est, ergo quæ sunt cõdita à Deo bonæ erunt: cupiditates malæ sunt, igitur inimicitia, quæ inde nascuntur malæ. Idem licet colligere de causis per effecta, vt eruditio bona est, ergo labor qui impenditur in litteris bonus erit: bel-

lum malum est, ergo regnandi cupiditas, quæ bellum parit, mala erit. Secundum præceptum. Si causa est naturalis, effectus erit naturalis, vt natura homines coniunxit in vnum, ergo eadem respublicas procreauit, mors naturalis est, ergo infirmitas naturalis. Tertium præceptum. Si causa efficiens habuit principium, effectus quoque habuit principium, & si causa efficiens est habitura finem, effectus quoque est habiturus finem, vt motus cœli habuit principium, & in cepit aliquando, ergo rerum generationes principium habuerunt. Motus cœli habebit finem, & cessabit, ergo similiter aliquando cessabunt rerum generationes. Existimant aliqui primum præceptum: si effectus est bonus, causa est bona & si causa est bona effectus erit bonus esse, intelligendū in causis procreantibus, nõ autē in interimētib; ubi res cõtrario modo se habet: nã quoniam valetudo bona est, morbus labefactans valetudinem est malus, & quia latrones mali sũt iudices eos e medio auferētes sunt boni, tamen si res ipsa recte consideretur idem præceptum seruatur in his, quoniam in his non est effectus res, quæ interimitur, sed ipse interitus, atque ita si interitus bonus est, & causa interimens bona, & si interitus malus, causa mala erit.

Præterea ducetur in his argumētum ex vsu ipsius rei, qui est quidam effectus, nam cuius vsus bonus est, ipsum est bonum, & cuius vsus malus, ipsum malum quoque erit: vt vsus equi bonus est, ergo equus est bonus. Est tamen cauendum ne accipiamus abusum pro vsu, quoniam est vitiosa argumentandi ratio, non enim sequitur, aliqua mulieres propter formam malæ factæ sunt, ergo forma est mala: multi ma-

le v-

2. Præc.

3. Præc.

Ex vsu qua rat. argum.

Qua
tion
cau
adiu
tribu
gumArg
SolQu
tion
liber
arguEx vsu
qua rat.
argum.Vsu
ius

se videntur literis; & propter ipsas mali sunt; & elati, ergo literae male sunt, nam hic non proprius usus rei est, sed abusus est nuncupandus.

Deinde ex causis iuuantibus, scilicet loco, & tempore, & instrumentis, ducuntur argumenta, ut Boreas perdat ex locis frigidis, ergo electridus non dum verus est cum egrediamur in Philosophia, ergo non potest esse eximius philosophus. Non dum nactus est puer quadraginta dies, ergo non potest ridere, est milles in senem, ergo non potest pugnare, non habet instrumentum dillerandi, ergo non potest probabiliter aliterere. Quod si obicitur, has non esse causas, sed adiunctas. Respondet, si consideratur, ut sunt accidentia esse adiuncta, ut autem, ut auant causam efficiens, participat ad hoc cum causam. Ad extremum ex causis liberis, & que delectum sequuntur, ducuntur firmum argumentum ad refellendum, ut non potest ambulare, ergo non ambulat, noluit accedere, ergo non accessit. Ad confirmandum non valet omnino, non enim sequitur, potest aut vult ambulare, ergo ambulat. Ex effectu vero licet tantum confirmare causam, ut edificat, ergo potest, & vult edificare.

2. Prae
3. Prae
Qua ratione ex causis adiunctis argumentum.

Argum. Solutio

Qua ratione ex liberis argumentum.

Ex usu qua rat. argum.

Usus huius loci.

testis bona loqui cum sit mali, ex abundantia cordis nos loquitur, & Apostolus, Corinth. 13. ex resurrectione Christi (quae est nostra causa) nostram futuram esse collegit, & Thimot. 4. probat omnem creaturam esse bonam ex causa efficiente, quia ammiramur esse Deo, & mendaciam suademus esse malam ex eadem causa, quia est a demone, qui pater est mendacii, & in veritate non stetit Ioan. 8. Hinc exortamur filios ad res praecclare gerendas ex paren-

tali (qui sunt causae efficientes) imitatione: ut enim inquit Apostolus, si radix sancta & rami, & si de libano sancta, & massa, unde dicebat Christus Dominus Ioan. 8. si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite, & nos ex patre diabolo estis, ideo opera eius vultis perficere: hoc eodem genere argumenti usus fuit Tobias iunior, quando ab sponsa peccillarem exegit constituti pudorem: filii sanctorum (inquit) sumus, ideo non possumus, ita coniumgi, si-ctu gentes quae ignorant Deum. Legimus etiam apud Virgilium aug-

Tu facito mox, cum matura adoluerit etas, sis memor: & te animo repetentē exempla tuorum. Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector. Reprehenduntur etiam filii ex eorundem parentum turpibus actibus ita enim Christus Dominus reprehendit

Iob. 31

Lib. 12.

Is erat lapis.

Scholium.

Huius loci frequentissimus est apud auctores usus, dum ex causa efficiente res ipse laudantur aut vituperantur. Mat. 7. ex arbo re bona, uel mala, laudantur, aut vituperantur fructus. Omnis arbor bona bonum fructum facit: mala autem malum. & cap. 12. aduersus Iudeos: progenies uiperarum, quae modo po-

hendit iudeos. Quem prophetarū non o-ciderunt patres uestri, & uos implete mensuram patrum uestrorum. Sub hoc loco complexi sumus locum ab effectis, ex quo argumenta desumpta ualere diximus ad confirmandum, non tamen ad refellendum: nam posito effectu ponitur causa, at illo amoto, no est necesse causā ammoueri. Illud tamen uidentum est, ne effecta impropria, & cōtingentia sumamus, non enim ex illis efficax duci posset argumentum, neque enim re ete colligimus, pallet, ergo amat. Chrystus Dominus ab effectu docuit se bonum fuisse pastorem: Bonus inquit pastor animam suam ponit pro ouibus suis, hoc etiā loco frequenter utuntur Poëtæ: Horatius enim ex effectis sic ebrietatē describit.

Quid non ebrietas designat? aperta recludit.

Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem;

Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes

Pecundi calices quem non fecere disertum?

DE LOCO AB ANTECEDENTIBUS, & CONSEQUENTIBUS
caput decimum.

EXpositis locis à causis, sequitur ut de loco ab antecedentibus, & consequentibus agamus, quorum tria sunt genera. Primum cernitur inter illa, quæ sunt eiusdem categoriæ, hoc est inter rem diffinitam, & partes diffinitionis. Cum autem

res diffinita sit species, & partes diffinitionis, genus, & differentia, quādo dictum est de loco ab specie, à genere, & à differentia horū antecedentium, & consequentium vsus expositus est. Alterum est inter causas, & effecta, semper enim causæ antecedunt, & effecta sequuntur, quorum vsus proximo capite explicatus superest, ubi à loco à causis differuimus. Tertium est inter rem, & accidentia, quæ illam sequuntur, quæ ab aliis adiuncta appellantur, de quorum vsu in præsentī erit disputandum.

Sumuntur igitur ex huiusmodi antecedentibus, & consequentibus argumenta, tam ad confirmandum, quam ad refellendum. Primum cum ex re ipsa colligimus illius proprietates, & accidentia, aut contraria refellimus, ut voluptas bona est ergo non nocet: voluptas nocet, ergo non est bona. Deinde cum ex uno adiuncto alterum colligimus, aut refutamur, ut est maximus Dialecticus, ergo est ingeniosus. Est Mathematicus, ergo est cogitandus: Est Sophista, ergo fa-lax, & impostor: nō est ingeniosus, ergo non est maximus philosophus. Maximam propositio. Vbiunque est res, & illius proprietates, & accidentia: ac cui conuenit vnum adiunctorum, probabile est conuenire & alterum, quod sit consentaneum. Hæc autem argumentandi ratio vsui est omnibus disciplinis, nam primum ea utuntur philosophi naturales, ad varias res explicandas, nam quoties demonstrant vnam affectionem per aliam utuntur hoc loco, ut homo est capax admirationis, ergo est capax disciplinæ. Huius etiam loci beneficio, ex notis affectionibus naturalibus, alias etiam affectiones naturales coniectant, in animalibus, plantis, lapidibus, & aliis rebus ipsi philosopho.

Qua ratione hoc locum eruant, argum.

Omnis est vsui hæc argumenti ratio.

Vt uocatur hoc locum orator.

Sophi. Per hunc locum ex notis, & signis, atque ex his quæ apparent in cælo prænoscentur futura, vt vespere cælum est rubicundum, ergo dies sequens erit serenus. Præterea tota disciplina physiognomica, pendet ex hoc loco, cum ex notis, & signis corporis, colligimus aliquas hominis affectiones, vt est latitudo pectore, & habet pilos duros, ergo est fortis. Medici quoque per hunc locum ex vultu aegroti, ex colore, ex vrina, & pulsu, & somno, aut vigilia, conieciunt naturam morbi, aut valetudinem futuram. Est & apud oratores maximus, vberimusque huius loci vsus. Primo ad genus demonstratiuum, nam omnia fere argumenta, quæ scribuntur in laude, aut vituperationem cunctaque, ex loco isto petuntur. Deinde ad genus suaserium, sunt enim quinque loci communes, quibus suademus aliquid esse faciendum, nempe, honestum, utile, necessarium, possibile, & facile ad loci his contrariis, quibus dissuademus. Hæcque omnia antecedentia, & consequentia sunt siue adiuncta, atque explicantur, & probantur per alia, vt probamus aliquid esse factibile, huic homini, ex robore corporis, ex ætate, ex scientia, & arte qua pollet, ad id efficiendum: ex amicorum, & cognatorum copia, ex numero militum, atque ex aliis huiusmodi rebus. Demum, confert maxime ad genus iudiciale, præsertim ad scatum cause coniecturalis: nam totus fere iste scatus tractatur ex adiunctis, sicut autem adiuncta, quibus ad id vitium duplicia, alia, quæ rem circumstant, de qua est controversia: alia, quæ sunt in se in homine. Rursus, quæ rem circumstant sunt triplex: quæ rem antecedunt, quæ sequuntur, & quæ simul existunt: vt si controversia sit de cade facta

an Milo Clodium interfecerit, antecedunt rem, apparatus, vt apparatus æquorum, armorum, insidie parata in aliquo loco, quod visus sit paulo ante cum hominibus armatis in loco vbi cedes facta est, colloquia cum amicis prius habita, cum feruis, cum hominibus flagitiosis: cum ipsa re existit, vt strepitus pedum, clamor hominum, auditus, fuga facta, quæ sequitur vero, ut quia die sequenti in forum non venerit, fuerit inuentus cum gladio cruento, ac tinctis cum sanguine vestibus, quæ omnia & si non sint necessaria, habet tamè plurimum pòderis ad mouendum suspicionem. factique non leuem generandi opinionem. Infixa adiuncta sunt notæ quædam, & signa naturalia, quibus ostendimus hominem illum idoneum fuisse ad id facinus perpetrandum, vnde Cicero pro Roscio sic ait. De Fannocherea nonne caput ipsum, & supercilia semper abrasa alere malitiam, caliditatem præferre videntur: nonne ab imis vngulis, vsque ad summum verticem, si quam aufert hominibus coniecturam tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, et mædaciis totum constare videtur?

Scholia.

AB antecedentibus argumentatur Apóst. 1. corin. 15. quædo ex Christi resurrectione (quæ nostram antecedit, ueluti illius causa & exemplar) nos colligit resurrectiones. Si Christus inquit resurrexit, & uos resurgemus & cap. 13. ex ea quod quis habet charitatem, concludit illum esse patientem, benignum, & non quæ sua sunt, sed quæ sunt Deique uerentem: nam charitas hæc

Vrunt.
sacrelit
tere hoc
loco.

hec

Vt unt.
hoc loc.
orato.

Quæ
tionem ex
hoc loc.
eruant,
argum.

Omni.
est vsui
hæc ar-
gument
ratio.

hec omnia antecedit. & consequen-
tibus Chrystus Dominus argumen-
tatur Math. 5. beatos esse pauperes
spiritu, quia ipsorum est regnum ce-
lorum & beatos esse mites quia ip-
si possidebunt terram: nam regnum
caelorum consequitur paupertatem
spiritus, & terra i. caelestis patria
(ut inquit August.) consequitur mans-
uetudinem. Ad hunc locum reuocari
diximus ea quae communiter acci-
dunt, illa enim effectus quos indicat
antecedere uidentur. In hunc modum
ad iudeorum confessionem Dominus ar-
gumentatur, apud Math. 16. factio
uespere dicitis. Serenum erit, rubicu-
dum est enim caelum. Et mane, hodie
tempestas, rutilat enim triste caeli:
ita etiam Salomon Eccle. 4. colligit,
omnes industrias hominum, & labo-

res patere inuidiae, quia ita commu-
niter euenit. Possunt etiam adhuc
locum a communiter accidentibus,
reduci argumenta illa quae a prodi-
gijs, monstris, aut portentis, sumuntur,
ut cum ex his mali aliquid, aut
boni imminere, patrie, aut principi
iudicamus. Sic Machab. 2. lib. cap.
5. iussu armatis equitibus per aera
discurrentibus, intellexerunt, noui
aliquid, & magni quippiam immi-
nere. & apud Virgilium Aeneas
fugiendum e loco concludit audita
Harpiæ uoce: & Anchises Thracia
excedendum, collegit, uiso ab Aenea
prodigio, cum arborem e terra euel-
lens, ex radicibus atrum cerberet
cruorem defluere: ex his quam pluri-
ma apud Valerium maximum i. ca-
de prodigijs legi poterunt.

Simile
quid re-
fert Pau-
sanias
lib. 10.
in Thra-
cia.

SECTIO TERTIA DE

Locis externis.

CAPVT PRIMVM DE LOCO

à contrariis.

Proximum est ut tertia loco de
locis assumptis, vel extrinsecis
disputemus, de his nimirum quae
ad quæst. explicandam, vel ex parte
subiecti, aut attributi, aut utriusq.
extrinsecus adhibetur, imprimisq.
de contrariis, vel oppositis, quorum
quinque facimus formas & species, a
disparatis, & relatis, ab aduersis, a
priuatis, & a contradicentibus. Di-
sparata imprimis sunt quae cuius
comparantur semper similiter re-
pugnant, ut homo, & equus, lapis,

& lignum: ex quibus promitur ar-
gumentum ad refellendum tantum,
cum statuto vno ex disparatis alte-
rum tollimus, tractatur tamen ar-
gumentum duobus modis, vno ar-
gumentatione simplici, ut homo
est, ergo non est equus, voluptas no-
cet, & infamiae notam inferit, ergo
non est summum bonum, & homi-
nis felicitas: altero modo tractatur
argumentatione hypotetica, atque
ea duobus modis, vno, argumen-
tatione connexa negante, ut non
homo

De loco
a dispa.

Qu
tio.
men
gela

Qua
tio. ar
men.
aduer

homo est, lapis non est, atqui homo est ergo non est lapis altero modo copulata negante, vt non & homo est, & non est capax disciplinae, atqui homo est: ergo est capax disciplinae. Communis omnium propositio maxima, est, disparata non potest eidem rei conuenire.

**Qua ratio argu-
ment. a
relatis.**

A relatis sumuntur duae rationes argumentandi, prima valet tantum ad refellendum, cum statuto vno relatorum alterum tollimus, ab eodem subiecto facta comparatione ad rem eandem, vt Socrates fuit filius Sophronii, ergo non fuit eiusdem pater. Propositio maxima cui inest vnum relatorum, illi respectu eiusdem non potest inesse alterum. Secunda ratio est, tam ad confirmandum, quam ad refellendum cum ex vno relato alterum constitutum, aut tollimus, vt pater est, ergo filius est, non est dominus, ergo non habet seruum. Propositio maxima. Relata simul ponuntur, & simul tolluntur.

**Qua ratio argu-
ment. ab
aduer.**

Ab aduersis ducuntur praecipue tres rationes. Prima valet tantum ad refellendum, cum statuto vno aduersorum, alterum tollimus, vt album est, ergo non est nigrum: bonum est, ergo non est malum. Propositio maxima. Cui conuenit vnum aduersorum, non potest alterum conuenire. Ad confirmandum non valet, nisi in his, quae medio carent in subiecto illo, in quo nata sunt esse, vt animal est, & non est sanum, ergo aegrum: numerus est & non est par, ergo impar. In aliis non valet: vt non est album, ergo est nigrum, potest enim esse medio colore affectum. Secunda ratio est tam ad confirmandum, quam ad refellendum, cum sumptis quatuor extremis duobus attributis, & duobus subiectis, si vnum attributum vni subiecto conueniat, colligimus alterum alteri con-

uenire, vt virtus est amplectenda, ergo vitium est fugiendum: otium maxime nocet: ergo negotium honestum maxime prodest: bellum multa est mala, ergo pax multa asportat bona. Hinc sumuntur illae sententiae, quae ab Oratoribus dicuntur Enthymemata, vt si id quod sis prodest, ergo nihil, quod nescis obest, obsequium amicos, veritas odium parit. Propositio maxima. Aduersis, aduersa conueniunt. Tamen est obseruandum in hoc loco, vt illa attributa contraria per se, villo modo conueniant subiectis, nec possint ab eis separari, nam si ex accidenti conueniant, non est firmum argumentum: non enim recte sequitur: album mouetur, ergo nigrum quiescit: album est calidum, ergo nigrum est frigidum. Tertia ratio valet ad tractandam quaestionem generis, & tam ad confirmandum, quam ad refellendum, cum si aliquid sit genus vnius aduersi, aut non sit, colligimus alterius esse, aut non esse, vt habitus est genus virtutis, ergo & vitij, numerus non est genus albi, ergo neque nigri. Propositio maxima. Contraria sub eodem genere continentur, hoc tamen est intelligendum cum ipsi generi aliud non aduersatur: non enim sequitur: virtus est genus iustitiae, ergo & iniustitiae, quia virtuti est contraria iniustitia.

A priuantibus ducuntur tres argumentandi rationes, prior valet tantum ad refellendum, cum statuto vno priuantium ponimus alterum, vt videt, ergo non est caecus: caecus est, ergo non videt. Propositio maxima. Cui conuenit vnum priuantium fieri non potest alterum conuenire. Ad confirmandum non valet nisi accipiantur priuantia in subiecto, in quo nata sunt esse tempore a natura diffinito, vt animal,

Yyyy

quo

Simile
quid re
fert Pau
sanias
lib. 10,
in Thra
cia.

De loco
a dispa.

quo tempore natum est habere visum non videt, ergo est cæcum, aliter non valet: non enim sequitur lapis non videt, ergo est cæcus, homo recens natus non habet dentes, ergo est edentulus. Secunda ratio valet tam ad confirmandum, quã ad refellendum, cum sumptis quatuor extremis priuãtibus, duobus attributis, & duobus subiectis, si alterum attributum alteri subiecto conueniat, aut non conueniat, colligimus alterũ alteri conuenire, aut non conuenire vt visus est qui dã sensus, ergo cæcitas est carentia sensus: auditus est habitus, ergo surditas est carẽtia habitus. Propositio maxima cõtrariis priuantibus contraria priuãtia cõueniunt. Hoc tamen est intelligendũ cum attributa per se dicuntur de subiectis: nam si dicantur ex accidenti, non valet argumentandi ratio, non enim sequitur, is, qui videt audit, igitur cecus est surdus, quia audire ex accidente dicitur de vidente. Tercia ratio cum ex eo, quod res aliqua non est nata habere habitum, colligimus non habere priuationem, vt lapis non est natus videre, ergo neque est cæcus. Propositio maxima sumitur ex diffinitione priuationis, scilicet priuantia versantur in eodẽ subiecto.

Obfer.

Qua ratio arguet ad vtrumque vi principij contradictionis, hoc est contradicentia non sunt simul in eodem, & quid dicenti, quid est, continetur sub alterutra parte contradictionis. Dicuntur autem hoc loco contradicentia, non priuãtia, sed voces simplices, quarum vna affirmat, altera negat, vt homo, nõ homo, recte igitur sequitur: si homo, ergo nõ est nõ homo, non est homo, ergo est non homo.

Scholia.

Ab his quæ relatiue opponuntur argumentum deproptum legimus. Malach. i. filius honorat patrem suum, & seruus dominum suum si ergo pater ego sum, ubi est timor meus? vtitur hoc loco Cicero pro Marc. laudans dantem ex eo quod in accepto dono tanta sit gloria (dare enim & accipere relatiue opponuntur. Ex quo (inquit) profecto intelligi debet, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria, & in orat. pro Cornel. Balbo. Si Balbus recte ius ciuitatis accepit a Pompeio, recte dedisse Pompeium necesse est. Ab aduersis exempla multa legimus petita in prouerbijs Salomonis maxime cap. 10. filius sapiens letificat patrem, filius uero stultus letitia est matris suæ: Aegestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Et cap. 11. ubi fuerit superbia ibi erit, & contumelia, ubi autem est humilitas, ibi & sapientia: Item. Qui ambulat fraudulentè reuellat archana: qui autem fidelis est animi, celat commissum. Cicero de amicitia: Itaque uideas rebus iniustus iustos maxime dolere, imbecillis fortes, flagitiosos modestos. Et 5. de finibus: nam si prauitatem imminutionemque corporis, propter se fugiendam putamus, cur non etiã ac fortasse magis propter se formæ dignitatem sequimur? & sturpitudinem fugimus in statu, & motu corporis, quid est cur pulchritudinẽ non sequamur? vtiuntur etiam hoc loco Poete, in suis carminibus contra

Apud quos hæc loca fuerint in usu.

Mat

Apud
quos
hæc lo-
ca fue-
rint in
vfu.

rium contrario opponentes: Virgi-
lius 11. Aeneidos.

Nulla salus bello, pacem te poscimus
omnes.

Et Horatius epistola prima.

Virtus est vitium fugere, & sapien-
tia prima, stultitia caruisse.

Math. 5. Iam a priuantibus possumus ita ar-
gumentari: si illos inquit Dominus
misericordiam consecuturos, qui fue-
rint misericordes, profecto qui pri-
uati erunt misericordia, nequaquam
misericordiam consequentur: oppo-
nuntur priuatiue, uita, & mors, diui-
tia & paupertas, sobrietas, & ebrie-
tas, ex quibus omnibus deprompta
uidemus argumenta. Cicero pro Mi-
lone: Eius mortis sedetis ultores, cu-
ius uitam si putetis per uos posse
restitui, nolitis. Et pro M. Marcello
doleo cum respub. immortalis esse
debeat, eam in unius mortalis anima
consistere: paupertas, & diuitiae
exemplo, utitur Martia lib. 5.

Semper eris pauper, si pauper es
Aemiliane

Dantur opes nullis, nunc nisi diui-
tibus.

Sobrietatis uero, & ebrietatis legi-
mus hoc aliud apud Martial lib. 3.

Ebrius es, nec enim faceres hæc so-
brius unquam.

Tandem a contradicentibus argu-
mentum petitum uidemus Ioan 8.

Qui ex Deo est uerba Dei audit,
propterea nos non auditis quia ex

Deo non estis. Cicero etiam eodem
utitur. Tusculana eogens Atticum

fateri mortuos non esse miseros. Iam
mallem (inquit) Cerebrum metneres

quam ista tam inconsiderate diceret
Atticus, quid tandem? Marcus quem
esse negas eundem esse dicit. Vbi est
acumen tuum? cum enim miserum
esse dicit, eum qui non sit, esse dicit,
&c.

DE LOCO A COMPA- rati caput secundum.

Sequitur post locum a contrariis
Locus a comparatis qui quinq-
etiam alias speciales locos suo am-
bitu comprehendit, nempe a simili,
a dissimili, a maiori, a minori, & a
pari. Primus ergo est a simili est au-
tem similitudo rerum diuersarum
eadem qualitas, ut quemadmodum
se habet oculus in corpore, sic mens
in animo. Argumentationum uero
quæ petuntur ex hoc loco duæ affe-
runtur species a Cicerone in Topi-
inductio, & collatio inductio est cū
ex multis collationibus rerum si-
milium, alia res similis colligitur,
ualetque tam ad confirmandum,
quam ad refellendum, ad confirman-
dū quidem, ut si tutor fidem serua-
re debet, si socius, si iis, cui aliquid
mandaueris, si his qui fiduciam ac-
cepit, ergo procurator fidem serua-
re debet. Propositio maxima, quod
uerū est in vno similitum, aut mul-
tis, probabile est in alio similitum
esse uerum: collatio est cum ex vno
simili aliud colligimus, ualetque
ad utrumque, ad confirmandum,
ut si fera partus suos diligunt, qua
nos indulgentia in filios nostros
esse debemus: Ad refellendum, ut
quod est oculus in corpore, id est
mens in animo, sed oculus uitiatus
humoribus, non potest recte cerne-
re, ergo neque mens perturbationi-
bus occupata, potest recte iudica-

Locus a
simili.

re. Propositio maxima eadem, quæ quæ in inductione. Quidam adiungunt tertiam speciem scilicet exemplum, quod est rei gestæ, aut vt gestæ commemoratio, tamen exemplum interdum refertur ad inductionem, interdum ad collationem cum enim ex multis rebus gestis aliquid simile colligimus, est inductio, cum autem ex vna re gesta est collatio.

De loco
a prop.

Præterea ex hoc loco petuntur argumentationes à proportionem, quia proportio est rationum similitudo, præsertim illa ratio argumentandi à commutata proportione, quæ fit cum sumuntur quatuor termini ita affecti, vt quemadmodum se habet primus ad secundum, sic tertius ad quartum: eum quemadmodum se habet primus ad tertium, ita secundus ad quartum: vt quemadmodum se habet octonarius ad quaternarium, sic ternarius ad senarium.

Dubit.
Rodol.

Quæritur aliqui hoc loco quid inter sit inter similia, & paria, Rodol. in lib. 1. cap. 15. docet hoc inter esse, quod paria sunt cum diuersa comparantur in eodem tertio, vt licuit Catoni sequi bellum ciuile, ergo licuit Ciceroni. Similia vero sint cum diuersa comparantur in rebus diuersis, propter aliquam similitudinem, vt quod est oculus in corpore, id mens in anima, comparantur enim oculus, & mens in cernendo, & iudicando. Verum hoc discrimen non semper obseruatur apud auctores, sepe enim hæc duo nomina pro vna & eadem re vsurpantur. Huius loci plurimus est vsus apud auctores nam omnes similitudinis exempla, fabulæ, atque in sacris literis allegoriæ, & parabolæ accipiuntur ex hoc loco.

Locus a
dissimilitudine, quæ a Cice. appellatur dif

ferentia: est autem dissimilitudo rerum diuersarum, diuersa ratio, & affectio, siue differant secundum essentiam, siue ex accidenti, vt alia ratio est hominum, alia belluarum valetque hic locus tam ad confirmandum, quam ad refellendum, ad confirmandum vt si belluarum est in diem viuere, nec prospicere rebus futuris, nostra cõsilia sempiternum tempus spectare debent. Ad refellendum vero: nam si exigua cœna multis non est satis, sic exigua vox a multis audiri non potest quoniam in cœna vnus quisque accipit partem suam, vocem autem omnes eandem audiunt: tamen nõ si noua nauis melior est vetere, sic noua amicitia melior est vetere, quoniam nauis vsu fit deterior, amicitia vero consuetudine efficitur melior, & confirmator. Maxime propositiones sunt. Quod verum est in vno dissimilium, probabile est in alio esse falsum, & quod in vno est falsum, probabile est in alio esse verum. Cæterum cauendum est in hoc loco, & superiori, ne accipiamus similia pro dissimilibus, aut contra: hoc est ne colligamus conclusionem penes aliam rationem ab ea, qua illa quæ comparantur dicuntur similia, aut dissimilia, tunc enim non est firmum argumentum, vt si quis ita argumentetur, vt se habet logica in disciplinis, ita Rethorica, sed oratio logica est breuis & concisa, ergo Rethorica est etiam breuis, vitiosa est argumentatio, quia hac parte non sunt similes logica, & Rethorica, sed ea parte, qua ambæ disputant de omnibus rebus ex probabilibus, hæc etiam est vitiosa, vt se habet mens in animo, sic oculus in corpore, sed mens perspicit vniuersalia, & quæ non existunt, ergo oculus videt vniuersalia, & quæ non existunt, non enim

hac

hac parte conueniunt, sed quia quae admodum mens regit animum, ita oculus regit corpus, in dissimilitudine committitur idem error, ut alia est ratio belluarum, alia hominum, belluae viuunt, igitur hominus viuere non debeat, hac enim ratione non sunt dissimiles homines, & belluae, imo vero similes.

De loco
mai, mi
nori, &
Pari.

Alij loci dicuntur a maiori, minori, & pari, maius autem, minus, & par, in praesenti metimur non magnitudine, sed probabilitate, ut maius dicatur quod probabilius est, minus, quod est minus probabile, par, quod aequum probabile. A minori igitur ducuntur argumenta ad refellendum tantum, quia si quod magis videtur inesse, non inest, minus inest, quod minus videtur inesse, ut non potest ferre pondus quinque librarum, ergo nec centum: si iustus vix saluabitur ergo & peccator. A maiori autem petitur argumentum ad confirmandum tantum, quia si quod magis videtur inesse inest, & quod minus, ut potest ferre pondus 10. librarum, ergo & quinque: potest suo consilio totam rem publicam administrare, ergo & priuata familiam regere. Publius Scipio homo priuatus Tiberium Gracum interfecit, quod mediocriter labefacta res statum reipublicae, ergo nos consules Catelinam interficere debemus. A pari denique ducitur argumentum ad utrumque, quia quod probabile est in vno parium, probabile est in altero, ut si patriam non minus colere debemus, quam parentes, cur qui vel ipsam hostibus prodit, vel leges eius euertit, non aequum puniendus est, atque is qui proprios occiderit parentes?

Scholia.

Complexi sumus inter alia locum a simili a dissimili a maiori, & minori. A simili utimur, quae loco proposito alicuius exemplo, uti mur ad alicuius similitudinem, homines ad praclarum aliquod facinus gerendum, uel uirtutem amplectendam exhortari: ita Iudith. c. 8. proposito patrum exemplis Bethuliae uiros horabatur. Memores esse debetis quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tentationes probatus Dei amicus effectus est. Sic Iudas Machabeus milites suos ad praedium excitabat: mementote inquit quia liter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharaon cum exercitu multo, & nunc claudemus in caelum, & miseribitur nostri Dominus. Plena sunt huiusmodi exempla sacrae literae, in quibus proposito exemplis similibus ad uirtutum imitationem excitamur, a dissimili argumenta petita legimus in eisdem sacrae literis: Esay. 55. Quantum exaltantur caeli, & terra, tantum exaltantur cogitationes Dei a uis hominum, & uis Dei a uis hominum & Lucae 22. Scitis quia reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici uocantur, non sic autem erit inter uos, sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor & qui praecessor est, sicut ministrator. Valet hic locus maxime ad docendum, & aliquid amplificandum, nam dissimilium collatione crescit, & acrior insurgit oratio: sic Cice. Philippica 2. de Varro-nis Cassinate fundo, quem per uim

Locus a simili.

1. Mach. 4.

Locus a dissimili

occuparat Antonius, per dissimiliū
 positionē ita loquitur. O testa ipsa
 misera, quam dispāri domino (quan-
 quam quomodo esse dominus?) sed
 tamen quam à dispāri tenebantur?
 studiorum enim suorum M. Varro
 uoluit esse illud, non libidinum di-
 uersorium, quæ in illa uilla ante
 dicebantur? quæ cogitabantur?
 quæ literis mandabantur. Iura popu-
 li Romani, monumenta maiorum,
 omnis sapientiæ ratio, omnisque do-
 ctrina. At uero te inquilino (non e-
 nim domino) personabant omnia
 uocibus ebriorum, natabant pau-
 menta uino, mædebant parietes, in-
 genui pueri cum meritoris, scorta
 inter matres familiaris uersabantur.
 Virgilius etiam 2. Aeneydos Hecto-
 rem, qui tot rerum præclare gesta-
 rū gloria floruerat, ab Achile tru-
 cidatum, sedisimeque bigis reptatū
 ex loco à dissimiliū comparatione
 ita depingit.
 In somnis ecce ante oculos mæstissi-
 mus Hector
 Visus adesse mihi, largosque effun-
 dere fletus,
 Raptatus bigis, ut quondam aterq-
 cruento
 Puluere, perque pedes traiectus lo-
 ra tumentes
 Hei mihi qualis erat, quantum mu-
 tatus ab illo
 Hectore, qui reddit exuius indutus
 Achilles
 Vel Danaum Phrygios iaculatus
 pupibus ignes
 Scalentem barbam, & concretos sã
 guine crines.

Vulneraque illa gerens, quæ circum-
 plurima muros
 Accepit patrios.
 A maiori præterea ad minus Mat.
 10. argumentum petitum esse uide-
 mus, ubi cum Chrystus dominus à
 discipulis timorem omnem mortis
 pelleret, ne ob mortem iam ipsi pe-
 risset putarent, ita argumentatur:
 magis apparet perire posse passerē,
 quam aliquem uestrum, at neque u-
 nus ex passeribus perit siue patris
 dispositione, neque igitur aliquis ue-
 strum peribit, quare nolite timere
 eos, qui occidunt corpus, animam
 autem non possunt occidere. Et A-
 post. 2. chorint. ita colligit: facilius
 possumus cogitare aliquid, quam o-
 perari, at ex nobis non sumus suffi-
 cientes cogitare aliquid tanquam
 ex nobis, neque igitur poterimus ali-
 quid ex nobis bene agere & opera-
 ri. Ducuntur ex hoc loco ad amplifi-
 candum, & commouendum orato-
 riæ gradationes, qualis est illa Cice-
 pro Milone: neque uero se populo
 solum, sed etiam senatui tradidit,
 neque senatui modo, sed etiam pu-
 blicis presidit, & armis, neque his
 tantum, uerum etiam eius potestati
 cui senatus totam Remp. omnem Ita-
 liae pubem, cuncta populi Romani
 arma commisserat. Iam à minori ad
 maius argumentatur Chrystus Do-
 minus Mat. 6. si Deus sic uestit li-
 lium agri, quod hodie est, & cras in
 libanum mittitur, quanto magis uos
 modicæ fidei? Et si aues cœli, quæ
 neque serunt, neque metunt, neque
 in horrea congregant Deus sic pas-
 cit.

Locuta
maiori.Locuta
minori.

cit, quanto magis uos modice fidei
qui enim corpus dedit, & animam,
escam dabit, & uestimentum: sic a-
pud Virgilium Iuno argumentatur;
Palas uulgaris dea ob unius culpam
potuit totam calassem nauium exu-
rere & ego quae sum Deorum, atque
dearum regina, non potero Troia-
num regem mihi inuisum ab Italia,
ne tibi regnet auertere?

Mene (inquit) incepto desistere ui-
ctam?

Nec posse Italia Teucrorum auer-
tere regem?

Quippe uetor fatis: Palas ne exure
classem,

Argiui, atque ipsos potuit submer-
tere Ponto

Vnius ob noxam, & furias Aiactis
oili?

At ego, quae diuum incedo, regina,
Iouisque

Et soror, & coniux, &c.

Et hoc eodem genere argumenti uti-
tur Ouid. lib. 1. de remedio amoris,
ita enim à maiori ad minus progre-
ditur.

Vt corpus redimas, ferrum patieris
& ignes:

Arida nec stiens ora lauabis aqua

Vt ualeas animo quidquam tolera-
re negabis?

At pretium pars haec, corpore ma-
ius habet.

Horatius lib. 1. epist. 2.

Vt iugulent homines surgunt de noc-
te latrones

Vt te ipsum serues, non expergisce-
ris?

Cice. in uerrem Facinus est uince-

re Ciuem Romanum, scelus uerbera-
re, prope parricidium necare quid
dicam in crucem tollere? ubi à mino-
ribus progrediens, ad summum usq;
tendit, minus enim est uincere, quàm
uerbare, & minus uerberare quam
necare, & maximum omnium est in
crucem tollere.

DE LOCO A TESTIMO- NIIS cap. tertium.

AD extremum de loco à testimo-
niis agendū erit, enim horū in
disputationibus vsus est frequen-
tissimus, nec in artificiosa tractatio
licet quod partium, quae in quaest.
posita sunt non attingant, extrinse-
cus assumpta, & artis expertia, esse
dicantur. Sunt autem testimonia
duplicia, diuina, & humana, diuina
sunt, quae à Deo ipso proferuntur
per se, aut per alios, ita tamen, ut
quae ab ipso et proferuntur dicantur
oracula, & ita Socrates oraculo
Appolinis sapientissimus fuit iudi-
catus, alia vero appellentur uaticina-
tiones, auspicia, responsa aruspiciū
responsa sacerdotum, & responsa
coniectorum. Vaticinationes e-
nim dicebantur praedicationes &
diuinationes uatum, prophetarum
& sybillarum. Auspicia erant diui-
nationes augurum, seu coniecturae
quae petebantur ex uolatu, & can-
tu auium, & tonitruum, fulmine
& aliis. Responsa aruspicium erant
coniecturae, quae petebantur ex vi-
stimis, cum enim immolabatur ali-
quod animal, ibi aderant auspices,
& ex intimis, & uisceribus animalis
bonos, aut malos euentus praedice-
bant, sicque quidam tum animal
mactatum obseruasset, Caesarem ad-
monuit, ut sibi cauere, et idus Mar-
tios. Responsa sacerdotum erant

Testi:
quæ dā
diui. &
alia hu-
mana.

interpretat, somniorum, quorum interpretes dicebantur coniectores & Arioli. Hæc igitur erant testimonia diuina apud veteres, quæ non omnia à nobis probantur, tantum enim apud nos in diuinis testimoniis habentur, quæ sacris literis, veteri scilicet, & nouo testamento continentur, Chrysti & Apostolorum traditiones, vniuersalisq; ecclesiæ, sanctorum conciliorum & summo rum pontificum decreta. Humana autem testimonia sunt, quæ ab homine proferuntur quæ quidem vt auctor est Cicero in partitionibus, vel ex auctoritate, vel ex voluntate, vel ex oratione spectantur. Auctoritas vero pendet ex his quinque nempe ex ætate, ex ingenio, ex opibus, ex arte, ex vsu, ac etiam ex opinione virtutis: quæ omnia in Topicis sub tempore & natura comprehenduntur. Ab ætate quidem pendet auctoritas: & ita solemus in his quæ pertinent ad administrationem reipublice senum testimoniis maximam fidem adhibere. Opes etiam auctoritatem solent augere, vnde factum puto, vt testes graues, & fide digni locupletissimi testes appellentur. Ingenium etiam auctoritatem adfert, & proinde illorum testimonia qui ingenio pollebant maximi ponderis sunt. Præcipue tamen confert ad auctoritatem, scientia, & vsus sic que experto medico, vel perito in ea arte plurimum fidei tribuitur, quemadmodum in philosopho, perito philosopho, plurimum etiam valet ad auctoritatem virtutis opinio, & ita qui ab omnibus probatur, & iudicantur virtutum amatores, plurimum valent ad aliquid persuadendum. Præterea spectatur hominum testimonium ex voluntate, ac proin-

de petuntur testimonia ex testimoniis, ex legibus, & pactis, & aliis similibus: In oratione quoque posita sunt humana testimonia, est tamen oratio duplex vna libera, quando libere proferat aliquis, quod sentit, alia necessaria, quando coactus, ac veluti vi impulsus, cogitur aliquid fati: hæc autem necessitas, vel summitur ex corpore, vel ex anima, ex corpore quando tormentis, & suppliciiis veritas extorquetur: ex anima vero quando vel iure iurando fides affringitur, vel in pueritia orationis carentiam libere proferunt pueri id quod sentiunt, etiam, si ob aliquem animi effectum: nempe propter timorem, vel iram fateatur aliquis verum, aut ob ebrietatem, & per somnia. Ex his enim omnibus potest sumi argumentum ad veritatem stabiliendam. Est tamen discrimen inter testimonia diuina, & humana, quod testimonia diuina firmissima sint, atque etiam certissima: contra humana infirma, & incerta, & inter humana testimonia est etiam dispar ratio cum alia aliis iuxta ea quæ dicta sunt firmiter iudicentur. Hæc igitur de locis Topicis dicta fuerint satis.

Poteramus in hac parte de locis quibus Theologi utuntur, qui fere omnes ab auctoritate petuntur disputare: ne tamen dialecticos fines transgrediamur illos prætermittimus. Legendæ sunt quæ a D. Tho. & Theologis traduntur l. p. q. 1. ar. 8. & à M. Cano, in lib. omnium aencomiorum titulis dignissimis de locis Theologicis. Hactenus igitur de locis dialecticis.

D E

DE REPREHEN- SIONIBVS SOPHI- starum liber Vnus.

EODEM F. DIDACO MA-
sio Ordinis Predicatorum Auctore.

Præfatio

Quemadmodum Me-
dici, non tantum de
medicamentis, qui-
bus potest deperdi-
ta salus restitui, ve-
rū & de venenis qui-
bus ipsa læditur disputant, vt si
forte fortuna aliquādo fuerint pro-
pinata, opportunis remediis depel-
lantur: Ita & Dialectici non tantū
de locis Dialecticis, ex quibus pro-
babilia erui possunt argumenta, ve-
rum etiam & de Sophisticis, à qui-
bus Sophistæ suas rationes captio-
sas haurire solēt disputare debent,
vt si forte in congressibus, & cetera
minibus, his aduersus nos vti con-
spiciamus rationibus, qua ratione
sint illæ dissoluendæ cognoscam⁹.
Hæc igitur Sophistarum loca, in vl-
timo huius operis lib. explicare co-
nabimur: de quo genere argumen-
ti Arist. luculentissime, & D. Tho.
in opusculo de fallacijs vberime
disputarunt, quorum vestigia im-
mitati, ad Anacephaleosim, & bre-
uem summam illa omnia reuocabi-
mus. sicque vltimam manum toti
huic disputationi imponemus.

Quid sit Ratiocinat. fallax & quo
duplex caput primum.

A diffinitione autem, vt han dis-
putationem auspicemur. Fal-
lax ratiocinatio, est illa quæ
constat ex his, quæ videntur probabi-
lia, nec sunt, cuius duplex est distri-
butio, prior in illam, quæ constat
ex communibus, quam Arist. oppo-
nit probabili ratiocinationi, & illā,
quæ constat ex proprijs alicuius
scientiæ male intellectis, quam A-
rist. vocat pseudographam, tradit-
que oppositam esse demonstratio-
ni. Prioris exemplum est quidquid
non amisti habes, sed barbam nō
amisti: ergo barbam habes, nam
sub propositione quiduis accipi po-
test: alterius exemplum omnes li-
neæ à centro ad circumferentiā du-
ctæ sunt æquales, sed lineæ recta, &
curua ducuntur à centro ad circun-
ferentiā, ergo lineæ recta, & curua
sunt æquales, nam propositio prin-
cipium est Geometricum, tamen in
solis lineis rectis intelligitur.

Secunda diuisio est qua diuidi-
tur in illam, quæ captiosa est prop-
ter solam materiam, cum aliqui
obtineat rectam formam, & illam,
quæ propter solam formam est fal-
lax, cum interim enunciationes ex
quibus coalescit sint veræ, & illam
quæ propter verumque est vitiosa:
atque illam quæ est prioris generis

Yyyy 5 indi.

2. Diul.

indicat Arist. in 1. Top. esse simpliciter ratiocinationem: illas vero, quæ sunt posteriorum generum nõ magis esse vocandas ratiocinationes, quam pictus homo, nomen hominis sibi vindicare videatur.

De dissolutione ratiocinationum fallaciarum uniuerse caput secundum.

Quod vero ad enodationem huiusmodi Sophismatum cõpugniter, & uniuerse spectat ita statui potest, imprimis explicare, illa quæ constantur ex propriis officium esse uniuersumque artificis in sua arte: alia vero diluere, quæ ex communibus coalescunt munus esse communis artificis, nimirum dialectici methodus vero hæc erit obseruanda, ut si forma sit vitiosa, negetur consequentia, & indicetur vitium, cui rei vsus est disputatio de ratiocinatione, quod si vitium sit in materia negetur, aut distinguantur sumptiones. Verum quia Sophystæ quibusdam locis vtuntur, ex quibus sua sophismata hauriunt, erunt illa à nobis iudicanda, ne si ipsa ignorare contingat, in captiones Sophistarum incidamus.

De fallacia homonymie caput tertium.

1. locus homonymie.

Treddecim loca ab Arist. numerantur, sex in dictione, & septem extra illam. Eorum quæ in dictione sunt, primus est homonymia, quæ fit cum aliqua vox multa significat diuersis rationibus, habetque tres modos, vnus est quando aliqua vox æque multa significat, vt canis domesticum, marinum, & celestem, vnde non recte colligitur

omnis canis est latibilis caeleste sydus est canis, ergo caeleste sydus est latrabile. Alter quando vox aliqua ex prima institutione rem vnam declarat, sed postea vsu transfertur ad aliam, vt ridere primo de homine dicitur, deinde de prato, quare non sequitur. Quidquid ridet dedit os, pratum ridet, ergo pratum dedit os. Tertius quando vox aliqua seorsum sumpta vnam quidem solam rem significat, sed cum aliis coniuncta mutat significationem, vt sedens in hac argumentatione, quinque surgebat litat, sed sedens surgebat, ergo sedens stat, nam vox illa sedens, quando cõiuncta est cõ verbo præteriti temporis, ipsa est etiam præteriti temporis, quando vero cum verbo præsentis temporis, ipsa quoque efficitur præsentis temporis ac proinde erit fallax argumentatio.

De fallacia amphibologie caput quartum.

Alter est amphibologia, quæ fit quando eadem oratio habet plures sensus. Acciditque huiusmodi captio duobus modis. Primo quando oratio multa significat ex æquo, propter syntaxim, velut hæc oratio, Arist. liber, nam significat & librum, qui possidetur ab Arist. & librum qui editus est ab Arist. vnde Sophysta ita argumentatur, liber Arist. possidetur ab Arist. sed liber categor. est Arist. ergo liber categor. possidetur ab Arist. Deinde quando oratio plura significat vnũ quidem primo loco, alterum vero secundo, vt est hæc: litus arare, quare sophisma est si ita colligas. Quicunq. litus arat, litus proscindit aratro, sed oleum & operam perdens litus arat, ergo oleum, & operam perdes

Locus ab amphibologia.

Triple modum fallaciae posit. diuisio

litus scindit a ratro; differit hic loc⁹ ab homonymia, quod homonymia consistat in simplici voce, & amphibologia in oratione, unde & amphibologia est dicta ab amphi, quod est dubium & bulli, quod est sententia, & logos quod est sermo, quasi dubia sententia, sermonis vel orationis.

De fallacis compositionis, & diuisionis caput quintum.

Tertius locus est compositionis, & quartus diuisionis, qui quoniam valde coniuncti sunt, simul explicabuntur. Prius tamen obseruandum est triplex esse genus pronuntiatorum, quæ possunt reddere sensum compositum, velut fieri potest, vt sedens ambulet, in his enim sensus compositus est, quando partes dicti referuntur ad diuersa tempora. In altero genere sunt pronuntiatia, quorum vtrumque vel alterum extremorum ex pluribus partibus constat, quæ coniunctim & diuim accipi possunt, velut quid quid est particeps, vel expers ratio nis est homo, atq. in his sensus compositus est, quando sit vnum simplex pronuntiatum, diuifus vero quando sunt plura: in tertio genere sunt pronuntiatia, in quibus est aliqua vox, quæ potest coniungi cum partibus antecedentibus, & tunc est sensus compositus, & cum subsequenitibus & tunc est diuifus, vt quas scis literas, modo didiscisti illas.

Cum igitur sit triplex genus horum pronuntiatorum, efficitur vt sit triplex modus vtriusque loci, at que fallacia à sensu composito est, quando à sensu diuifio vero progredimur ad sensum compositum falsum, fallacia autem à sensu diuifio,

quando à sensu composito vero progredimur ad sensum diuifum falsum: exemplum primi modi, vt si quis ita colligat, quicumque quiescit oportet ambulare, sed quicumque sedet dum sedet quiescit, ergo quicumque sedet dum sedet potest ambulare. Exemplum secundi modi. Quidquid est particeps, vel expers ratio nis, est homo, sed omnis equus est particeps, aut expers rationis, ergo omnis equus est homo. Item qui narius omnis est duo, & tria sed omnis binarius est duo, & omnis ternarius est tria, ergo omnis binarius & ternarius est quinarium. Exemplum tertij modi. Quicumque facit seruos exiitentes liberos, illos libertate donat, sed omnis pirata facit eos, quos capit seruos. exiitentes liberos, ergo omnis pirata eos, quos capit libertate donat.

De fallacia accentus caput sextum.

Quintus locus est accentus, sit quando aliqua vox varie plata varia significat, cuius quatuor sunt modi vnus quando mutatur accentus acutus in grauem, vel contra, huius vt quoscunque æquum est pendere, æquum est pœnam luere, sed viros studiosos æquum est pendere, ergo viros studiosos æquum est pœnam luere: nam in propositione accentus verbi pendere est acutus, in assumptione grauis: alter quando mutatur quantitas syllabæ, vt si ita colligas, omnis populus est hominum multitudo, sed aliqua arbor est populus, ergo aliqua arbor est hominum multitudo, nam in propositione prior syllaba corrumpitur, in assumptione producitur. Tertius quando mutatur modus profertendi, vt si nunc res leniter, nunc

Obler.

Locus ab amphi- logia.

Triple- modus fallac. composit. & diuifio.

nunc aspere, nunc asseuerâter, nunc ironice proferatur, vt omnis ara est in templo, sed stabulum porcorum est hara, ergo stabulum porcorum est in tēplo vbi in maiori ara leniter, & in minori aspere profertur. Item quicumque dicit alteri, præclare functus est tuo officio, laudat illum, sed aliquis illudens dicit alteri, præclare functus es officio tuo, ergo aliquis illudens laudat alterū

4. Mod. Quartus quando plures voces coeunt, vt quidquid sit in vite est pāpanus, vel racemus, sed quidquid sit inuite sit coacte, ergo quidquid sit coacte est pampanus, vel racemus, item tu es qui es, sed quies est requies, ergo tu es requies.

De fallacia figuræ dictionis caput septimum.

1. Mod. Vltimus est figuræ dictionis, qui multos habet modos, primus quando quod est vnius generis trāsfertur ad aliud, vt fit in solecismo, vt omnis substantia affecta albedine est alba, sed paries est substantia affecta albedine, ergo est alba: Alter quando quod est vnius categoriæ transfertur ad aliam, vt quidquid fuit heri, es hodie, sed in cipiens fuit heri, ergo incipiens es hodie.
2. Mod.
3. Mod. transfertur enim quid in quale. Tertius quando in eadem categoria quod est vnius ordinis, transfertur ad aliū, vt digitos quos olim habuisti hodie habes, sed paruos digitos olim habuisti, ergo paruos digitos hodie habes, transfertur enim quantum quantitatis disiunctæ, in quantum quantitatis continuæ.
4. Mod. Quartus quando vox significans rem vniuersalem transfertur ad vocem significantem rem singularem, vel magis specialem, aut contra: exemplum prioris partis, quicumque dicit te esse animal, dicit verum, qui-

cunquē dicit te esse equum dicit te esse animal, ergo quicumque dicit te esse equum dicit verum; nam vox illa animal in propositione accipitur in definite, in assumptione vero contrahitur ad equum: exemplum alterius partis: quod ego sum tu non es, sed ego sum homo, ergo tu non es homo: nam vox illa singularis, ego, muatur in vniuersam scilicet in hominem.

De fallacia accidentis caput octauum.

PRæterea eorum, quæ extra dictionem sunt (hoc est in rebus) primus est accidentis, qui fit tribus modis, primo quando quod est proprium subiecti, tribuitur accidenti, vt iste canis est pater, & est tuus, ergo est pater tuus, canis enim, & pater sunt vnum per accidens, & ita non sequitur, vt quidquid est verū de vno, sit verum de altero. Secundo, quando quod conuenit superiori accidentario tribuitur inferiori, vt animal est genus, homo est animal, ergo homo est genus. Tertio quando eorum, quæ recipiuntur quidquid conuenit vni tribuitur alteri, vt animal rationis particeps est diffinitio, homo est animal rationis particeps, ergo homo est diffinitio.

De fallacia consequentis caput nonum.

ALTER locus est consequentis, qui accidit duobus modis. Primo quando posito consequente ponitur antecedens, vt animal est, ergo homo est. Secundo ex opposito antecedentis colligitur oppositum consequens

De fallacia est dictionis

1. Mod.

2. Mod.

3. Mod.

1. Mod.

sequentis, vt non est homo, ergo non est animal. Huc quoque pertinent omnes ratiocinationes, in quibus est aliquod vitium eorum que in ratiocinatione vitanda diximus in lib. de priori Analyti.

De fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter caput decimum.

Tertio locus ab eo, quod est in parte ad id, quod in totum conuenit, siue à dicto secundum quid ad dictum simpliciter appellatur, qui duobus modis contingit. Primo quando illud quod inest parti tribuitur toti, vt æthiops est albus dentibus, ergo est albus. Sermo est autem de affectionibus, quæ in toto esse possunt, nam si in parte tantum esse possint, & ab illa totum accipiat nomen, recta erit consequentia: nam optime sequitur, Socrates est simus naso ergo est simus. Secundo quando quod non conuenit sine adiectione tribuitur sine adiectione, velut Socrates est homo mortuus, ergo Socrates est homo, & omnino quoties coniuncta attributa, quæ diuidi nequeunt diuidimus, aut diuisa, quæ coniungi nequeunt coniungimus incidimus in hanc fallaciam, vt si ita colligas, Socrates est bonus & est furor, ergo est bonus furor, vel est bonus furor, ergo est bonus, & est furor. Item Socrates est magnus, & est philosophus, ergo est magnus philosophus.

De ignorantia elenchi caput undecimum.

Quartus est ignorantia elenchi, siue redargutionis, qui accidit quando deest aliquid ad contradi-

ctionem necessarium, vnde patet tot modis euenire hanc captionem quot sunt illa, quæ ad contradictionem requiruntur quatuor scilicet. In primis si non sit ad idem, vt quaternarius est duplus binario, & non est duplus quinario, ergo quaternarius est duplus, & non duplus: Deinde si non sit secundum idem, vt ethyops est albus dentibus, & non est albus corpore, ergo est albus, & non est albus. Tertio si non eodem modo, vt vestis aptata corpori, tegit corpus, & condita in archa non tegit corpus, ergo tegit, & non tegit. Quarto si non eodem tempore, vt Valentia riget tempore hyemis, & non riget tempore æstatis, ergo Valentia riget, & non riget.

Quot modis contingat hæc fallacia.

De petitione principij caput duodecimum.

Quintus est petio principij, quæ accidit, quando hoc ipsum assumitur, quod in questione versatur sitq. his modis. Primo quando quod probaturi sumus assumimus in voce synonyma, vt si probaturi hominem viuere, assumamus hominem esse animatum. Secundo quando quod probaturi sumus in parte assumimus in toto, vt si probaturi hominem in se esse subiectum interitui, assumamus omne animal ex se obnoxium esse interitui. Tertio quando quod probaturi sumus disiunctim assumimus coniunctim: vt si probaturus temperantiam esse laudandam, & item conducere ad beatitudinem, hoc simul assumas. Quarto quando assumimus illud, quod idem est illi, quod probaturi sumus, vt si probaturus hominem esse risu capace, assumas omne animal rationis particeps esse risu capace.

De

De fallacia ext. dictioni.

1. Mod.

2. Mod.

3. Mod.

1. Mod.

De eo quod non est causam, ut causam ponere & ex pluribus interrogationibus unam facere. caput 13.

Sextus est non causam, ut causam ponere, qui error accidit in solis ratiocinationibus ducentibus ad incommodum, in quibus colligitur falsa conclusio, ac illius falsitas refertur tanquam ad causam ad

eam sumptionem, quæ non est causa. Tandem ultimus est plures interrogationes unam facere, sunt autem plures interrogationes, vel quando unum de pluribus, vel quando plura de uno, vel quando plura de pluribus, simul interrogantur. Sæpe que his paucis soluedorum sophisticatum ratio, exposita fuerit, cetera quæ hic poterant desiderari, ex Arist. & D. Tho. erunt haurienda,

CONCLUSIO OPERIS, & Auctoris per oratio.

EQVVM est iam, ut his nostris vastissimis commentariis, & disputationibus, ultimam manum imponamus, in quibus quot molestias, quantosque pertulerimus labores, non est cur prudentibus lectoribus indicemus. Probe noui multa esse, quæ fortassis minus quibusdam placebunt, quod certe mihi nullam molestiam unquam pariet, cum pro certo sciam, hanc esse humani ingenij imbecillitatem, ut quod uni placet, alteri statim displiceat, neque puto aliquem tam felicem sortem unquam fuisse assequutum, ut in quibus, quæ aut dixerit, aut literarum monumentis consignauerit, candidos omnes, & integros experiatur censores. Illud tamen verissime testari possum, me nulla reprehendendi libidine, sed solius veritatis inueniendæ dulcedine ductum, in quæstionibus, & difficultatibus enodandis, & veras sententias confirmasse, & falsas (pro exilitate ingenij) reuocasse. In qua re si in aliquo lapsi fuimus non animi vitio sed intellectus imbecillitati tribuant benigni lectores, homines enim sumus, qui non possumus veritatem ipsam (quandiu mens hisce corporibus compagibus hæret) sereno vultu, & nuda facie contemplari, si vero in eisdem ad promouenda Philosophiæ studia, & in Dialecticorum utilitatem, accommodatum ali-

quid

quid attulimus, Deo Opt. Max. veritatum omnium perē
ni fonti, gratiæ omnes referantur, cuius ope hæc commen
taria anno ætatis meæ trigefimo octauo, in ipsis feriis sa
cratissimi corporis Chrysti, anno 1592. labente, fuerunt
omnibus suis numeris absoluta. Tibi igitur Chryste Redē
ptor quas possum tota animi demissione ingentes refe
ro gratias, quod illa tuo nomine inchoata, ad finem tan
dem faustum, & felicem perducere voluisti, idque haud
dubie Genitricis tuæ, & Domine nostræ plusquam tu
relari patrocinio D. Tho. Aquinatis Mecæna
tis singularis, omniumque aliorum cæ
litum, à quibus in æternum
benediceris, & lau
daris Amē.
(?)

INDEX



1457

Lib. V. ant.

quod antequam deo opt. max. veneremur orationibus
 ad nos. R. ante omnia respiciatur, cuius spe per comen
 taria anno stalis in x. m. c. lxx. anno 1570. laborat. Invenit
 carissimi corporis Christi. T. b. i. g. n. O. p. i. s. t. e. R. e. d. e.
 omnibus suis numeris absolutus. T. b. i. g. n. O. p. i. s. t. e. R. e. d. e.
 pro qua postum tota animi demissione in gentes res.
 to gratias pro d. h. a. tuo nomine in honore. ad hanc tan
 dem laudem. & felicem perducere voluisti. idque hand
 dubio.



EX

INDEX EARVM

QVAEST. QVAE IN HIS

Commenta. explicantur.

QVAESTIO. SECTION. PRIMÆ

Proœmial.

Q uestio 1. de significat. & difinitio. dialect.	Pagi. 1.
Questio 2. de generali quadam artium diuisione.	
Questio 3. an dialect. sit recte diuisa in docentem, & utentem.	8
Questio 4. an dialect. docens, & utens sit una, & eadem res.	13
Questio 5. an dialect. docens sit scientia	16
Questio 6. an dialect. utens sit scientia.	28
Questio 7. an dialect. sit pars Philosoph.	31
Questio 8. quid sit praxis, & speculatio.	37
Questio 9. in qua quaedam difficultates de praxi, & speculatione explicantur.	41
Questio 10. De turbe praxi in intellectu.	42
Questio 11. an dialect. sit scientia speculatiua.	46
Questio 12. an dialect. sit ars ingenua & liberalis.	53
Questio 13. an ens rationis sit obiectum dialect.	55
Questio 14. an dirigere intellectum in suis functionibus sit finis dialect.	69
Questio 15. an dialect. sit una scientia.	73
Questio 16. an dialectica sit una simplex qualitas.	85
Questio ultima in quas partes sit dialectica diuidenda.	86

Questio. Section. secundæ Proœmialium.

Q uestio 1. an dialect. sit hominibus necessaria.	Pagi. 90
Questio 2. an Dialect. sit necessaria ad dirigendum intellectum in alijs scientijs.	94
Questio 3. an sit dialect. necessaria ad alias scientias consequendas.	97
Questio 4. sitne dialect. priori loco tradenda.	103
Questio. 5. qua ratione fuerit inuenta dialect.	107
Questio 6. & ultima de metodo, qua dialect. fuit inuenta, & tradita ab Arist.	190

Index quaest.

Sectionis vnicae cap. 6. quaest.

- Q**uestio 1. an corrupta re qua scitur & scientia quoque debeat
corrumpti. 1270
- Q**uestio 2. an accidentia inseparabilia necessario insint subie-
cto. 2273
- Q**uestio 3. an omnis propositio per se sit etiam necessaria. 1274
- Q**uestio 4. an sit proprium demonstrat. constare ex propositionibus
necessariis. 1276
- Q**uestio 5. an medium demonstrationis possit esse contingens. 1278

Sectionis vnicae cap. 7. quaest.

- Q**uestio 1. sint ne uera quae tradita sunt ab Arist. in capite 7.
de demonstr. 1285
- Q**uestio 2. an aliqua scientia possit confirmare sua principia. 1288
- Q**uestio unica. an prima principia ingrediuntur demonstrationem. 1293

Sectionis primae cap. 10. quaest.

- Q**uestio 1. an demonstratio quia, & propter quid specie diffe-
rant. 1306
- Q**uestio 2. num demonstrat. quia sit uocanda simpliciter de-
monstratio. 1310
- Q**uestio 3. num demonstrat. quia optime diuidatur in demonstrat.
à causa remota & ab effectu. 1313
- Q**uestio 4. an demonstrat. per causam remotam in sola 2. figura
ferri possit. 1316
- Q**uestio 5. an demonstrat. quae ab effectu progreditur sit nobilior
ea, quae petitur à causa remota. 1318
- Q**uest. 6. an sint tantum duae species demonstrat. quia & propter
quid. 1310

Sectionis secundae quaest.

- Q**uestio 1. quae ad scientiarum subalternationem requirantur. 1325
- Q**uestio 2. an obiectum scientiae subalternatae sit unum per
se. 1329
- Q**uestio 3. qua ratione scientiae subalternatae in sua obiecta seran-
t. 1335
- Q**uestio

Index quæst.

- Quæstio 6. an primæ notiones in abstracto possint de alijs in abstracto prædicari. 231
Quæstio 7. an notiones secundæ prædicentur de primis. 235
Quæstio 8. an secundæ notiones de secundis possint prædicari. 239

Sectionis quintæ de rebus vniuersis quæst.

- Quæstio 1. sint ne tantum quinque uoces communes, & uniuersæ. 143
Quæstio 2. an uniuersum sit genus ad quinque uoces prædicabiles. 250
Quæstio 3. an uniuersum sit materia subiecta huius libri quinque uocum. 258
Quæstio 4. in qua explicantur quæst. propositæ à Porphyrio in præfatione. 260

Quæstiones Sectionis primæ de genere.

- Quæstio 1. an Porphyrius optima methodo progressus fuerit disputans prius de genere, quam de alijs uocibus uniuersis. 271
Quæstio 2. an sit optima diffinitio proposita generis. 274
Quæstio 3. an genus differat ad differentia per prædicari inquit. 277
Quæstio 4. an proposita generis diffinitio sit essentialis necne? 281
Quæstio 5. quid habeat locum generis in diffinitione generis 255
Quæstio 6. an diffinitum in diffinitione generis sit 2. notio 259

Quæstiones Sectionis secundæ de genere.

- Quæstio 1. an genus possit in unica specie conseruari. 295
Quæstio 2. an genus prædicetur de specie ut totum uel ut pars. 301
Quæstio 3. an sola species sit inquam tanquam in suum terminum referatur genus. 303
Quæstio 4. an genus collatum ad indiuidua ueram rationis generis obtineat. 307
Quæstio 5. an genus per se prædicetur de differentia. 309
Quæstio 6. an sit de ratione generis non esse inclusum in ultimis differentiis. 304
Quæstio 7. an genus sit una species atomata. 317

Quæstiones Sectionis primæ de specie:

Index quaest.

Q	uestio 1. sint ne uera, quae à Porphy. in cap. de specie tradita fuerunt.	334
	uestio 2. an correlatum speciei sit genus.	340
	uestio 3. an species ut subiicitur generi sit uniuersa.	345
	uestio 4. an species synonyme dicatur de specie subiicibili, & praedicabili.	346
	uestio 5. an species infima possit esse genus.	350
	uestio 6. an species per se sit ex genere, & differentia constituta.	353
	uestio 7. an species atomae sint infinitae.	355

Quaestiones Sectionis primae de differentia.

Q	uestio 1. an sint uera, quae à Porphy. in hoc capite tradita fuerunt.	378
	uestio 2. siue optima prima diuisio differentiae.	381
	uestio 3. an prima diuisio differentiae sit analogi in analogata.	384
	uestio 4. an differentia specifica diuidat per se genus.	38
	uestio 5. an prima diffinitio differentiae sic acurata necne?	92
	uestio 6. dentur ne differentiae infimae quae cum speciebus atomi simpliciter conuertantur.	383
	uestio 7. an in secunda diffinitione differentiae fuerit utraque differentia, infima, & subalterna diffinita.	398
	uestio 8. an differentia infima, & intermedia sint eiusdem speciei.	401

Sectionis secundae quaest.

Q	uestio 1. an differentiae contineantur actu in genere.	407
	uestio 2. an differentiae diuidentur sint inter se contrariae.	411
	uestio 3. an differentiae superiores per se praedicentur de inferioribus.	415
	uestio 4. an genus petatur à materia, & differentia à forma.	424

Sectionis vnicæ de proprio quaest.

Q	uestio 1. sint ne uera, quae à Porphy. tradita fuerunt capite de proprio.	436
	uestio 2. an proprium sit genus respectu speciei à qua fluit.	436
	uestio 3. an proprietates à subiecto tanquam à propria causa oriuntur.	439
	uestio	439

Index quæst.

Quæstio 4. an in accidentibus una proprietas ex altera oriatur.	443
Quæstio 5. an proprietates reipsa differant à suis subiectis.	445
Quæstio 6. an proprietates possint separari à subiectis.	449
Quæstio 7. an proprietates solis speciei infimæ possint conuenire.	451
Quæstio 8. an unius speciei sit tantum una proprietas.	453
Quæst. 9. an proprietates prius conueniant rebus uniuersis, quam singularibus.	454

Sectionis vnicae de accidente quæst.

Quæstio 1. an accidens sit uniuersum.	462
Quæstio 2. in habitu ad quæ subiecta sit accidens natura uniuersa.	467
Quæstio 3. sitne recte tradita prima diffinitio accidentis.	470
Quæstio 4. sitne optima diuisio accidentis in separabile, & in inseparabile.	474
Quæstio 5. sitne optima secunda diffinitio accidentis.	478
Quæstio 6. an tertia diffinitio accidentis sit optima.	480

De Categoriis.

Quæstio 1. num in hoc opere de uocibus, uel de rebus disputetur.	496
Quæstio 2. spectet ne ad Dialect. agere de catego.	502
Quæstio 3. sintne uera quæ tradita sunt ab Arist. de homonymis.	511
Quæstio 4. an sint uera quæ tradita fuerunt ab Arist. de synonymis.	515
Quæstio 5. sitne optima diffinitio paronym. & quid sit illius diffinitum.	519
Quæstio 6. an forma denominans debeat esse essentialis.	522
Quæstio 7. an res denominata magis præcipue formam, quam subiectum significet.	525
Quæstio 8. quenam sit diuisio quadrimembri eorum quæ sunt ab Arist. proposita.	529
Quæstio 9. an sit optima diffinitio eius quod est esse in subiecto proposita ab Arist.	532
Quæstio 10. an primum præceptum sit uerum necne?	536
Quæstio 11. sitne uerum secundum præceptum propositum ab Arist.	539
Quæstio 12. sintne uera quæ tradita fuerunt ab Arist. de diuisione entis.	545

Sectio. 1. de ente, & de eius analogia quæst.

Index quaest.

- Q**uaestio 1. an ens sit homonymum ad omnia sua inferiora. 574
Quaestio 2. an ens sit synonymum ad Deum, & ad creaturas, substantiam, & accidentia. 559
Quaestio 3. an ens sit synonymum ad sua inferiora mediata, quae sub eo continentur. 558
Quaestio 4. an ens sit analogum ad sua inferiora. 571
Quaestio 5. num ens sit genus ad sua inferiora. 581
Quaestio 6. an ens habeat unum conceptum ab omnibus suis inferioribus praecisum. 584

Sectionis 2. de categoriis quaest.

- Q**uaestio 1. sint ne tantum decematego. entium rei. 595
Quaestio 2. an numerusatego. petendus sit ex diuersis modis praedicandi de prima substantia. 599
Quaestio 3. anatego. sint re ipsa diuersae. 602
Quaestio 4. an concreta collocentur inatego. 603
Quaestio 5. quanam sint quae per se & quae reductiue inatego. collocentur. 606
Quaestio 6. an ens quod est diuisum indecem categorias significet essentiam. 608
Quaestio ultima an sit collocanda inatego. entium rationis. 611

Section 1. de substantia quaest.

- Q**uaestio 1. an substantia sit prior definitione accidentibus. 629
Quaestio 2. an substantia sit prior tempore accidentibus. 632
Quaestio 3. an substantia sit prior cognitione accidentibus. 636
Quaestio 4. an substantia cognoscatur per propriam similitudinem. 639

Sectionis 2. de substantia quaest.

- Q**uaestio 1. an substantiae singulares merito sint primae uocatae. 642
Quaestio 2. an sit optima definitio substantiae, & quid in ea definiatur. 645
Quaestio 3. an diuisio substantiae in primam, & secundam sit optima. 649
Quaestio 4. an substantiae primae sint magis & perfectiores substantiae, quam secundae. 652
Quaestio

Index quaest.

- Quaestio 5. utrum una substantia secunda sit magis substantia secunda quam alia. 655
Quaestio 6. an per se existere sit essentia substantiae. 657
Quaestio 7. an tres priores proprietates substantiae sint rectae traditae ab Arist. 661
Quaestio 8. sit ne recte tradita 4. proprietates substantiae. 663
Quaestio 9. an substantia recipiat magis, & minus. 665
Quaestio 10. an 6. proprietates substantiae sit proprietates quarto modo. 667

Sectionis tertiae de substantia quaest.

- Q**uaestio 1. an partes per se & directe in hac categoria contineantur. 669
Quaestio 2. an differentiae per se in hac categoria contineantur. 671
Quaestio 3. qua ratione collocentur differentiae in hac categoria. 675
Quaestio 4. an orbes coelestes in hac categoria contineantur. 677
Quaestio 5. an substantiae separatae in hac categoria collocentur. 680
Quaestio 6. an infinitum in hac categoria contineatur. 683

Sectionis unicae de accidentibus quaest.

- Q**uaestio 1. an inhaerentia sit de essentia accidentis. 688
Quaestio 2. an sit, & quid sit existentia accidentium. 693
Quaestio 3. an existentia accidentis differat ab accidente. 696
Quaestio 4. an accidentia habeant propriam, & peculiarem existentiam. 698
Quaestio 5. an omnia accidentia uendicent sibi determinatum subiectum. 700
Quaestio 6. an accidens praedicetur synonyme de nouem categoriis accidentium. 703

Sectionis primae de quantitate quaest.

- Q**uaestio 1. an prius agendum sit de quantitate quam de aliis categoriis accidentium. 718
Quaestio 2. an dialecticus, & metaphisicus disputent de quantitate sub eadem ratione. 720
Quaestio 3. an diuidi possit sit de essentia quantitatatis. 722
Quaestio 4. an esse mensuram, & diuidi posse sint proprietates quantitatatis. 727
- Zxxx 4 Quaestio

Index quaest.

Quaestio 5. an quantitas re ipsa distinguatur à substantia. 729

Sectionis secundae de quantitate quaest.

- Quaestio 1. an quantitas sit genus ad coniunctam, & disiunctam. 733
Quaestio 2. an numerus sit species quantitates. 735
Quaestio 3. an numerus sit species infima, uel subalterna. 738
Quaestio 4. an numerus differat re ipsa à rebus numeratis. 740
Quaestio 5. an ultima unitas sit forma numeri. 742
Quaestio 6. in qua proponitur censura quarundam dubitationum quae de numero se offerunt explicandae. 746
Quaestio 7. an oratio sit species quantitates. 748

Sectionis tertiae de quantitate quaest.

- Quaestio 1. an terminus communis sit actu in magnitudine. 752
Quaestio 2. an linea, extremitas, corpus & locus sint species quantitates. 752
Quaestio 3. an linea, extremitas, corpus, & locus sint entia positiva re ipsa distincta. 754
Quaestio 4. an locus sit uera species quantitates coniunctae. 757
Quaestio 5. an tempus sit species quantitates. 761
Quaestio 6. an motus sit quantitas per se. 763

Sectionis primae de relatione quaest.

- Quaestio 1. an optima methode obseruata egerit Arist. prius de relictis, quam de quantitate. 77
Quaestio 2. sitne relatio ens rei, uel rationis. 778
Quaestio 3. an dentur relationes rationis à parte rei absque operatione intellectus. 782
Quaestio 4. an relatio constituat particularem categoriam ab aliis distinctam. 784
Quaestio 5. an in categoria relationis sint duo genera suprema. 787
Quaestio 6. an omnia relata sint sub hac categoria comprehensa. 790
Quaestio 7. an prima proprietates recte fuerit tradita ab Arist. 795
Quaestio 8. sit ne secunda proprietates recte ab Arist. tradita. 096
Quaestio 9. sit ne tertia proprietates optime assignata. 797
Quaestio 10. an relata sint simul natura. 799

Sectionis secundae de relatione quaest.

Quaestio

Index quaest.

Quaestio 1. sint ne tria tantum fundamenta relatorum.	803
Quaestio 2. an relatio distinguatur re ipsa a suo fundamento.	805
Quaestio 3. an relatio idempritate sit relatio rei, uel rationis.	830
Quaestio 4. an aequalitas, & similitudo sint relationes rationis.	814
Quaestio 5. an relatio à fundamento obtineat realitatem.	815

Sectionis tertiae de relatione quaest.

Quaestio 1. an unum relatum sit definiendum per alterum.	817
Quaestio 2. an unum relatum terminet alterius relationem sub ratione absoluta.	820
Quaestio 3. quaenam sint relata eiusdem ordinis.	825
Quaestio 4. an multiplicatis terminis multiplicetur relatio.	826
Quaestio 5. an unum relatum per eandem relationem possit ad plures terminos referri.	828
Quaestio 6. à quo relatio obtineat unitatem.	830
Quaestio 7. an entis ad non ens possit esse relatio rei.	832
Quaestio 8. an relatio dicat aliquam perfectionem.	834

Sectionis vniuersae categoriae qualitatis quaest.

Quaestio 1. sit ne qualitas recte ab Arist. definita.	847
Quaestio 2. sint ne tantum quatuor species qualitatis.	849
Quaestio 3. an habitus & affectio sint species qualitatis.	852
Quaestio 4. an habitus & affectio specie differant.	855
Quaestio 5. an secunda species qualitatis à prima distinguatur.	859
Quaestio 6. an patibilis qualitas, & perturbatio sint distinctae species quantitatis.	862
Quaestio 7. an tertia species qualitatis à prima distinguatur.	865
Quaestio 8. an forma, & figura specie differant.	866
Quaestio 9. an pondus sit qualitas.	867
Quaestio 10. an rarum & densum, asperum, & lene in hac categoria collocentur.	868
Quaestio 11. de his, quae in singulis speciebus qualitatis collocantur.	869
Quaestio 12. num recte sint tres proprietates qualitatis ab Arist. assignatae.	872

Sectionis vniuersae de sex ultimis praedicamentis quaest.

Quaestio 1. an sex ultimae Categoriae significant rem absolutam.	877
Quaestio 2. an actiones immanentes contineantur in categoria actionis.	880
Quaestio	

Index quaest.

Quaestio 3. an actio transiens sit in agente, uel in patiente.	882
Quaestio 4. de natura & proprietatibus quando.	885
Quaestio 5. quid sit ubi, & an differat à loco, & quae sit illius natura & proprietates.	888
Quaestio 6. de natura scitum esse & de illius proprietatibus.	901
Quaestio de natura habitus & illius proprietatibus.	902

Sectionis unice de post categoriis quaest.

Quaestio 1. sint ne uera, quae ab Arist. tradita fuerunt de contrariis.	919
Quaestio 2. in quo sit ratio oppositionis relatiuae constituta.	922
Quaestio 3. an oppositio sit genus ad quatuor genera contrariorum.	925
Quaestio 4. sit ne oppositio contradictoria omnium maxima.	926
Quaestio 5. an qualitates contrariae possint esse in gradibus remissis in eodem subiecto.	928
Quaestio 6. an à priuatione ad habitum detur regressus.	930

De interpretatione quaest.

Quaestio 1. an sint uera, quae tradita sunt ab Arist. in praefatione.	941
Quaestio 2. in qua de signo disputatur.	942
Quaestio 3. num uoces significant potius res, quam conceptus, uel e contra.	946
Quaestio 4. an nomina significant res ex sua natura, uel potius ex hominum impositione.	956
Quaestio 5. an ueritas sit in solo intellectu.	962
Quaestio 6. an in sola simplici operatione intellectus, ueritas reperitur.	965

Sectionis unice de nomine quaest.

Quaestio 1. sint ne uera ea quae Arist. docuit in hoc cap.	973
Quaest. 2. sit ne uox materia uel genus nominis.	975
Quaestio 3. an uoces infinitae uocari debeant nomina.	977
Quaestio 4. an nomen infinitum tam dicatur de eo quod est, quam de eo quod non est.	979
Quaestio 5. an ens, & alia transcendentia reddi possint infinita.	981
Quaestio 6. an casus obliqui sint uera nomina.	983
Quaestio ultima in qua disputatio de terminis explicatur.	984

Index quaest.

Sectionis unice de Verbo quaest.

Q uestio 1. sint ne uera ea, quae ab Arist. in cap. de uerbo tradita fuerunt.	990
Q uestio 2. an uerbum significet cum tempore.	992
Q uestio 3. an uerbum sit pars enuntiationis.	994
Q uestio 4. an uerba adiectiua sint uoces simplices.	997
Q uestio 5. an uerba infinita collocentur in enuntiatione.	999

Sectionis unice de oratione quaest.

Q uestio 1. sit ne uera, quae tradita sunt ab Arist. in cap. de oratione.	1006
Q uestio 2. an enuntiatio sit ens rei.	1009
Q uestio 3. an enuntiatio sit simplex qualitas mentis.	1010
Q uestio 4. an enuntiatio sit genus ad aientem, & negantem.	1013
Q uestio 5. an enuntiatio sit genus ad categoricam, & hypotheticam.	1015
Q uestio 6. an una enuntiatio sit altera uerborum.	1016
Q uestio 7. quodnam sit diffinitum in diffinitione orationis.	1018
Q uestio unica de subiectis sint ne uera, ea quae ab Arist. in hoc cap. traduntur.	1025

Sectionis unice de futuris contingentibus quaest.

Q uestio 1. dentur ne aliqui effectus contingentes.	1034
Q uestio 2. quaenam sit radix contingentiae in rebus ipsis.	1039
Q uestio 3. num contingens quando est sit necessarium uel contingens.	1041
Q uestio 4. an propositiones futuri contingentis sint determinatae uerae.	1042

Sectionis unice de Priori analysi quaest.

Q uestio 1. num sit optima diffinitio syllogismi ab Arist. proposita.	1131
Q uestio 2. an in diffinitione syllogismi addi debeat haec particula & concessio.	1134
Q uestio 3. an conclusio sit pars syllogismi.	1135
Q uestio	

Index quaest.

- Quaestio 4. an argumentatio uitiiosa uocari debeat simpliciter argu-
mentatio. 1138
Quaestio 5. an syllogismus inductio, entimema. & exemplum disse-
rant specie. 1139
Quaestio 6. deturne quarta figura necne? 1141

*Sectionis vnicae proœmialium de demonstratione
quaestionum.*

- Quaestio 1. de ordine horum librorum ad alias partes Dialect. 1145
Quaestio 2. quanam sit materia subiecta huius libri. 1148
Quaestio 3. quanam sit huius operis inscriptio. 1150
Quaestio 4. an hi libri sint necessarij ad alias partes Philosophiae
consequendas. 1158

Sectionis vnicae in caput primum quaest.

- Quaestio 1. sint ne uera quae ab Arist. in cap. 1. de demonstra-
tradita fuerunt. 1160
Quaestio 2. an de subiecto illud existere praenoscere debeamus. 1163
Quaestio 3. an aliqua scientia possit confirmare suum subiectum esse. 1166
Quaestio 4. sitne de subiecto praenoscendum solum quid nominis, nō
autem rei. 1168
Quaestio 5. an de proprietate quid rei, uel quid nominis praenoscere
debeamus. 1170
Quaestio 6. an de proprietate praenosci debeat an sit. 1172
Quaestio 7. an de principijs solum praenosci debeat illa esse uera. 1174
Quaestio 8. an conclusio demonstrat. cognosci possit ante demonst. 1175
Quaestio 9. an propositio cognoscatur prius tempore, quam conclu-
sio. 1177
Quaestio 10. an conclusio simul cognoscatur cum praemissis. 1178
Quaestio 11. an eadem actione intellectus cognoscantur praemissae &
conclusio. 1180

*Sectionis vnicae in caput secundum de demonstra-
tione quaestiones.*

- Quaestio 1. sintne uera quae ab Arist. in hoc cap. tradita fue-
runt. 1189
Quaestio 2. sitne optime tradita definitio scientiae. 1191
Quaestio

Index quæst.

Quæstio 3. Sitne accurata prima diffinitio demonstrationis.	1149
Quæstio 4. Sitne diffinitio 2. Demonst. accurata.	1197
Quæstio 5. Num demonstratio per solam causam in essendo progrediatur.	1299
Quæstio 6. An demonstr. ex notioribus nobis, uel natura progrediatur.	1202
Quæstio 7. Num propositio immediata sit illa, quæ non habet medium à quo queat confirmari.	1204
Quæstio 8. Sit ne uerum illud pronuntiatum Arist. propter unum quodque, &c.	1207
Quæstio 9. An intellectus certius & euidentius, & intensius fertur in principia quam in conclusiones.	1209
Quæstio 10. An habitus principiorum sit nobilior habitu conclusionis.	1211

Section. unica in cap. 3. de Demonstratione.

Quæstio 1. An detur demonstr. in orbem.	1216
Quæstio 2. quænam sit propositio per se nota.	1218
Quæstio 3. an propositio in qua prædicatur proprietas de subiecto sit per se nota.	1223
Quæstio 4. an omnis propositio per se nota sit etiam nobis nota.	1227

Sectionis unica circa cap. 4. quæst.

Quæstio 1. an diffinitio de omni sit accurata.	1234
Quæstio 2. an sint tantum quatuor modi dicendi per se.	1235
Quæstio 3. an sit optime traditus primus modus dicendi per se.	1240
Quæstio 4. an secundus modus dicendi per se recte fuerit ab Arist. assignatus.	1244
Quæstio 5. an illa propositio in qua proprietas superioris prædicatur de inferiori sit in 2. modo.	1246
Quæstio 6. an 4. modus spectet ad solas causas extrinsecas.	1248
Quæstio 7. quænam modi sint conficiendis de demonstrationibus apti.	1251
Quæstio 8. an propositio possit in aliam conuerti, quæ sit per se.	1255

Sectionis unica cap. 5. de attributo uniuerso quæst.

Quæstio 1. sit ne accurata diffinitio attributi uniuersi.	1262
Quæst. 2. an attributū uniuersum reperiri possit extra suum proprium & immediatum subiectum.	1265
Quæstio	

Index quæst.

Quæstio unica an liber quinque uocum sit necessarius ad categorias intel-
ligendas. 124

Section. secunda de rebus vniuersis quæst.

- Quæstio 1. an dentur natura & uniuersa à parte rei. Pagi. 131
Quæstio 2. an uniuersum recte fuerit diffinitum unum in multis. 133
Quæstio 3. an natura uniuersa à parte rei sit una unitate commu-
ni 142
Quæstio 4. an uniuersam formale sit in rebus præter operationem intel-
lectus. 156
Quæstio 5. an natura fiat uniuersa per abstractionem, uel potius per com-
parationem. 163
Quæstio 6. an natura uniuersa sit in intellectu secundum rem. 172
Quæstio 7. an uniuersum uerius esse habeat in se, quam in intellectu, & sin-
gularibus. 174
Quæstio 8. an peremptis singularibus pereant natura & uniuersa. 177
Quæstio 9. an peremptis singularibus pereant res uniuersa quoad uerita-
tem enuntiationum. 182
Quæstio 10. an propositiones æternæ ueritatis habeant causam. 1190

Section tertia de rebus vniuersis quæst.

- Quæstio 1. quid sit ens rationis. 191
Quæstio 2. an aliquod ens rationis habeat esse formaliter à parte
rei extra operationem intellectus. 196
Quæstio 3. an ens rationis habeat essentiam & existentiam realem. 204
Quæstio 4. an entia rationis inhereant alicui tanquam subiecto. 207
Quæstio 5. an ens rationis cognoscatur per speciem entis rei. 210

Sectionis quarta de rebus vniuersis quæst.

- Quæstio 1. in qua explicatur quid sit prima, & secunda notio. 215
Quæstio 2. an prima & secunda notio sint formaliter relationes ra-
tionis. 217
Quæstio 3. in qua ad quæst. futuras intelligendas nonnulla iaciuntur fun-
damenta. 222
Quæst. 4. an primæ notiones in concreto de se inuicem prædicentur. 222
Quæst. 5. an notio prima in abstracto de prima in concreto dici possit. 228
Quæstio

Index quaest.

- Quaestio 4. an scientia subalternans progrediatur per causam remotam.* 1335
Quaestio unica an deficiente sensu deficiat etiam scientia. 1345
Duae aliae quaestiones explicantur. 1349

Sectionis unice in cap. 15. & alia. quaest.

- Quaestio 1. possit ne dari in attributis progressus in infinitum.* 1353
Quaestio 2. an demonstratio uniuersa sit nobilior particulari. 1355
Quaestio 3. an demonstrat aliens sit nobilior negante. 1357
Quaestio 4. an demonstrat. directa nobilior sit ducente ad impossibile. 1356

Sectionis unice in cap. 13. quaest.

- Quaestio 1. à quo petant scientiae suam unitatem.* 1362
Quaestio 2. an sit omnium entium una scientia secundum speciem. 1370

Sectionis unice in cap. 26. quaest.

- Quaestio 1. an opinio sit habitus.* 1376
Quaestio 2. an esse cum formidine sit de natura opinionis. 1379
Quaestio 3. an euidencia sit de ratione scientiae. 1374
Quaestio 4. an scientia differat à fide & ab opinione. 1383
Quaestio 5. an scientia & opinio possint esse simul in eodem, de una & eadem re. 1391

Sectionis unice lib. 2. de demonstrat. quaest.

- Quaest. 1. num sint uera quae de quaest. in 1. ca. docuerat Aris.* 1413
Quaestio 2. an distinctio proprietatis sint medium potissimae demonstrat. 1415
Quaestio 3. an prima principia sint naturaliter cognita. 1419
Quaestio 4. sit ne habitus primorum principiorum nobis inditus à natura. 1428
Quaestio ultima an experientia sit necessaria ad cognoscenda prima principia. 1425

Irrata

Errata sic erunt corrigenda.

Pagina 2. columna 1. linen 4. tom. 1. parentes, dic parentibus. Pagi.
33. columna 1. linea 19. tom. 1. Dialectica, dic Philosophia. Pagina 34.
colamna 1. linea 14. tom. 1. aqua, dic à quo. Pagina 140. columna 2. li-
nea 29. tom. 1. petito, dic petita. Pagina 188. columna 1. linea 14. tom. 1.
qua, dic quo. Pagi. 241. colum. 1. linea 8. tom. 1. altero, dic altera. Pagi.
242. columna 2. linea 6. ante finem, quod concipitur, legi debet quod
non concipitur. Pagina 256. columna 1. linea 18. tom. 1. de priori analy-
si, dic de posteriori. Pagina 260. columna 1. linea 28. tom. 1. sumptæ, dic
sumpta. Pagina 326. columna 2. linea 13. tom. 1. petito, dic petita. Pagina
525. columna 1. infine tom. 1. Caieta. 1. p. q. 12. dic q. 13. Pagi. 675. tom.
1. in titulo addendum est 2. pars huius operis de categoriis. Pagi. 810. col.
1. tom. 1. linea 10. essentia, dic de essentia. Pagina 811. columna 1. linea
4. tom. 1. distingui, dic distinguuntur. Pagina 814. colum. 1. linea 21. pro-
pone locum Soncina. qui est illius lib. q. 35. Pagi 931. col. 1. tom. 1. lin. 23.
qui, dic quod. Pagi. 969. col. 1. lin. 7. tom. 2. poterat, dic poterant. Pagi,
1372. columna 2. linea 2. tom. 2. inanum, dic inanem. Pagina 1380. col.
2. linea 15. tom. 2. tertia, dic tertio. Pagina 1381. columna 2. linea 29. tom.
2. dic hunc modum. Pagina 142. columna 1. linea 36. tom. 2. Canterus,
dic Contarenus. Pagina 1180. columna 1. linea 38. tom. 2. simul, dic si-
mus. Pagina 1181. columna 2. linea 9. tom. 2. obscuram, dic ob eius. Pag.
1182. columna 2. linea 22. tom. 2. de, dic &. Pagina 1192. columna 2. lin.
34. tom. 2. effectum, dic effectui. Pagina 1193. columna 2. linea 4. tom. 2.
deleatur vox illa eiusdè, lin. 14. eiusdè, dic euidès, lin. 15. in eundem, dic
ineuidens. Pagina 1337. columna 1. linea 24. tom. 2. loco, dic loca. Pagina
1429. columna 1. linea 10. tom. 2. huicuscunque, dic hucusque. Pag. 1430.
columna 1. linea 1. tom. 2. eos, dic ipsum. Pagina 424. columna 2. linea
40. tom. 1. Han quæritione, dic Hanc quæstionem. Pagina 427. columna
2. linea 18. tom. 1. omisimus, dic est omisa. Pagina 496. tom. 1. in titu-
lo quæstio, disputare, dic disputetur. Pagi. 260. columna 1. linea 27. tom.
1. atque, dic absque. Pagina 174. columna 1. linea 38. documus, dic do-
cuimus. Pagina 1466. tom. 2. in conclu. operis linea 19. corporibus, dic
corporeis.

Multa alia errata omittimus, quæ facile quisque poterit deprehendere,
neque enim nobis licuit tam diligentes excusores habere, vt absque ali-
quorum errorum vitio possent hæc commentaria prodire. Rogo autem,
vt si illa digna esse videantur alicui, vt alibi typis mandentur, vt in pri-
mis hæc errata, & alia si deprehenderit corrigant, & deinde, vt reliquam
partem textus Arist. quam nos prætermisimus apponant: nam vsque ad
primum lib. de interpreta. totum textum apposuiimus, deinde ob papyri
penuriam, ne nobis in commentariis, & disputationibus deesset, coassi
fuimus ibi sistere, neque reliquam partem textus Arist. adhibere: Propo-
suimus autem textum Arist. iuxta interpretationem Perionij à Gruchio
correctam.

L A V S D E O.



4.
i.
i.
gi.
y-
ic
na
a.
l.
ea
ro
3.
gi.
ol,
a.
s,
i-
g.
n.
2.
dic
na
e.
ea
na
u-
n.
do
dic
re,
li-
n,
ri-
m
ad
yri
fi
o-
nio

[Faint, mostly illegible text on aged paper with significant staining and bleed-through from the reverse side.]

~~Handwritten text, heavily obscured by dark ink smudges and bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to the extent of the obscuring marks.~~

